UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Nostrorvm Temporvm Calamitas, Et Deploratio

Du Préau, Gabriel

Parisiis, 1560

urn:nbn:de:hbz:466:1-30459

Visual Library



Th. 2957.

J. VII
31.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex donatione R D Sebastiani Schollten.

NOSTRORVM TEMPORVM CALAMITAS, ET DEPLORATIO:

In qua luculenter, ac perspicuè ostenditur, quicquid patimur, id peccata nostra mereri: indéque adeò signa colligenda, extremum totius orbis excidium haud procul abesse portendentia.

Authore Gabriele Prateolo Marcosio.

Ad ornatissimum virum, Dominum Franciscum Thomam, in supremo Senatu Parisiorum regium consiliarium.

Collegij Societatis Jesu Paderbornæ. 1598.

Psal. 7.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum.



PARISIIS,
Apud Gabrielem Buon, in clauso Brunello, ad insigne diui Claudij.
1560.
Cum priuilegio Regis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EXTRAICT DV PRIuilege du Roy.

IL eſt permis de par le Roy, à Gabriel Buon, Libraire iuré en l'vniuerſité de Paris, de faire imprimer, & expoſer en vente vn liure intitulé, *Noſtrorum temporum calamitas & deploratio: Authore Gabriele Prateolo Marcoſsio*: Veu & viſité par deux docteurs de la faculté de Theologie en l'vniuerſité de Paris. Et ſont faictes inhibitions & defenſes à tous Imprimeurs, Libraires, & aultres, de n'imprimer, ou faire imprimer, vendre, ou diſtribuer aux Royaume, pays, terres, & ſeigneuries dudit ſeigneur, ledit liure, ſi ce n'eſt de ceulx que ledit Buon aura fait imprimer: Et ce pour le terme de dix ans conſecutifs, à commencer du iour, que ledit liure ſera paracheué d'imprimer. Sur peine de confiſcation des liures imprimez, & d'amende arbitraire. Ainſi qu'il eſt plus à plain contenu au priuilege, Donné à Paris, le vingtieſme iour du mois d'Apuril, 1559.

Par le Conſeil: Signé, Grenier.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ORNATISSIMO AC IN PRIMIS
SPECTABILI DOMINO, DOMINO
Franciſco Thomæ, in ſupremo Senatu Pariſienſi Regio conſiliario, Gabriel Prateolus S.

MEmoriæ produnt veterũ collectanea, Senator cõſultiſſime, pleroſque ex magnis illis, & præſtãti fœcũdoque ingenio Philoſophis, qui velut lumina quædã terreſtria mũdo inclaruerũt, cũ ſemel doctrinæ ſtudio ſe dedidiſſent, turbulẽtiſſimo rerũ humanarum ſtatu defuncti (in quo, Ennio teſte, tollitur è medio ſapiẽtia, vigeritur res) tum quidẽ omne ſuũ otium ingenuis philoſophiæ præceptis tradẽdis cõtuliſſe. Hac vtiq; ratione ad id impulſi, quòd ſic priuatorũ & publicorum officiorũ moleſtiis expediti, vitæ publicæ inſtituẽdæ prodeſſe poſſent & facilius & efficacius. Nã, autore Marco Tullio, quò maior eſt vis animi quàm corporis, hòc ſunt maiora ea quæ concipiuntur animo, quàm illa quæ corpore. Adeò vt cùm multùm obſeruetur vt caſta corpora adhibeantur, multò ſit in animis id obſeruandum magis. Nã inceſtum (inquit) vel aſperſione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi verò labes, nec diuturnitate euaneſcit, nec manibus vllis elui poteſt. Quo ſanè effectũ, vt poſtea qui-

inertia quadam turpíque quæſtu, ſapientes & eloquentes, iunctiprius natura, & officio copulati (nam, eodem Tullio teſte, tertio de Oratore, idem erant antiquitus viuendi præceptores, atque dicendi) diſcreti fuerunt, maiori in gloria apud Græcos illi, quàm oratores ſint habiti. Idque duas ob cauſas: vna, quòd illi (vti iam diximus) contempto dicendi labore, formandis animis, & ad beatè viuendum tradendis præceptis ſolùm incumberent. Exiſtimantes porrò, cum Lactantio Firmiano, nihil eſſe poſſe homini tã cõueniẽs, támque præclarũ & congruũ, quàm erudire homines ad iuſtitiã. Altera, quòd eorũ plerique ageret quod docebant: facere optima, quàm verbis ſolùm hortari & promittere, malentes. Rati, opinor, quemadmodum benè dicere ad paucos, benè autem viuere ad omnes ſpectat: ita plus eſſe, non præclaris ſolùm præceptis, ſed vitæ quoque integritate, ad benè viuendũ alios inſtituere, ſuóque exẽplo hortari, quàm verborũ phaleris, quò lingua ornatior eſſet & cultior, quoquomodo docere. Nã, vt idẽ aſſerit Lactãtius inſtitutionũ Chriſtianarũ libro tertio, qui docẽt tãtùm nec faciũt, ipſi præceptis ſuis detrahũt. Bonũ eſt autem recta & honeſta præcipere, ſed niſi id facias, mẽdaciũ eſt: & incõgruens atque ineptũ, nõ in pectore, ſed in labris habere bonitatẽ. Quò accedit & illud quod de Ariſtotele ſuo præceptore Alexã

der ille Macedo dictitare solebat: nimirũ honorabiliores eos esse qui doctrina & exemplo instruunt, quàm qui generãt: quòd ii quidem viuere, illi verò benè viuendi disciplinã ac documentũ dare soleãt. Quod sanè postremũ ferè prorsus negligentes oratores, in hoc maximè impenderunt operã, vt verborũ quadã electione ac claritate dicẽdi, ad fictarũ litiũ exercitationẽ, argutámque (vt ita dicã) malitiã, alios erudirent, & instituerẽt. Id nihilominus eo facientes animo, vt præclaras illas sentẽtias, quas ab ipsis exceperant philosophis, in animos auditorũ infunderẽt potentius & fixius. Nempe quòd, Marco Tullio dicente, nihil sit tam incredibile, quod dicẽdo non fiat probabile: nihil tam horridum, támque incultũ, quod nõ splendescat oratione, & tanquàm excolatur. Quorũ alioqui philosophorum professionẽ & institutũ, Senator prudentissime, pro mei ingenioli captu insecutus, cùm me ab hinc aliquot annis à literis humanioribus subduxissẽ, quo Theologiæ cãdori operã darẽ facilius & fructuosius: quicquid tẽporis interea lusu fortassis aut ocio terere potuissẽ, id penè vniuersũ, citra vllã meorũ grauiũ studiorũ intermissionẽ, in præsentis seculi calamitatẽ deplorãdã cõtuli: partim, ne vllã omnino portionẽ rei tam precioſæ sine fructu elabi permitterẽ: partim, vt ad decantandã palinodiã vitæ prioris, quotquot hac ætate innumeris tenẽtur sceleribus (quorũ

vtique gratia tam acri vindicta nos Deus vlciſcitur) tanquàm è ſpecula quadã ſublimi, & in medio cõſtituta, alto euocarẽ præconio. Ad hoc ſanè quorumdã prouocatus inſcitia, imò verius amentia & ſtoliditate, qui cùm eodẽ morbo decumbant, eius tamen obliti, in Deum verũ mortaliũ æquũ arbitrũ nihil aliud quàm obgãniunt: ſe neſcire paſſim declamitantes, quî, aut vnde fiat, vt tot quotidie ſubagitemur calamitatibus, tótque miſeriis afficiamur: quum contrà liquidò conſtet, eas noſtro merito ab eo nobis iure immitti. Ad quod nihilominus & ornatius, & copioſius, liquidiúſque patefaciendũ, dicendi vim oratorũ, & quantũ mei ingenioli valet infirmitas, leporis cultũ nequaquã ſum aſpernatus: nẽpe quẽ cũ illuſtriũ illorũ philoſophorum (diuinos prophetas, ſummóſque illos Eccleſiæ catholicæ antiſtites dico) oraculis cõiungerẽ. Vtpote qui hoc habere cũ Tullio perſuaſum, legẽtis animũ non admodũ capi ſentẽtiarum ſubtilitate, ſi eſt orationis ſiccitas: nec item flumine & ſtrepitu inaniũ verborũ cõmoueri, vbi nulla ſubeſt ſententia. Nã quẽadmodũ (inquit) compoſitè & aptè ſine ſententiis dicere, inſania eſt: ſic quoque ſine verborum ordine & modo, vbertate & copia, infantia. Proinde ſi quid venuſtatis & argutiæ in vtriſque, philoſophis videlicet & oratoribus, aſſequi potui, in hoc itidem meo opere, pro mea exilitate, ſedulò congeſſi,

ſimul & induxi. Ad id nimirum non ſola tãtùm Macrobij ſententia adductus, ſaluberrimum exiſtimantis hunc eſſe crebræ lectionis fructũ, æmulari meliora, & quæ in aliis maximè probes & mireris, & quæ abunde in tuam rem faciunt in aliquem vſum cum venuſtate & concinna deriuatione conuertere: ſed quòd etiam legerem noſtros maiores, doctos quidem illos, probos, & graues, eiſdem in rebus non parum promouiſſe, cùm meo more in hominum vitia inueherentur, eáque reprimere & emendare conarentur. Non tamen in hoc me parans, vt vel arguta quadam aſtutia, vel timenti verborũ ſtrepitu, móxque peritura voluptate, teneras delicatáſque huius temporis mortalium aures, qui nihil audire, niſi quod illos maximè titillet, & eis arrideat, volũt, delinirem, vt mos eſt pleriſque aſſentatoribus. Verùm vt hac re, delectationis velut quodam aucupio, eos, prætẽto Chriſtiano pabulo, tãquam ineſcarem, atque cũ ſummo illo Gentiũ doctore Paulo, Chriſto lucrifacerẽ, iacentes eorũ animos excitarem, in ſpei cogitationem meliorem inducerẽ: tenaces denique, ſi quoquomodo valeam, aculeos eis infigerem, qui raperent, transformarent, & qui poſtremò eos multò alios dimitterent, quàm cùm huc ad nos, ſuas velut in ſpeculo contemplaturi, quibus conſtringuntur, miſerias, tandem profecti eſſent. Tum præterea vt veritas,

quæ per se subaustera à pleriſque creditur, & odiũ parere aſſolet, ni aliqua dulcedine cõdiatur, illa hoc pacto, ceu voluptatis illecebra & lenocinio commendata, iucundius illabatur, penetret faciliùs, acriúſque inſideat quorumcunque mortalium pectoribus. Videbã enim quàm eſſet hoc infœliciſſimo ſeculo eorum natura propenſa & procluis in vitia: quantùm blandiciis ſuorum ſcelerum irretita: indéque adeò quàm difficili negotio poſſent illi, citra huius dicendi vis illectamentum, & velut quandam delinitionem, ab his, quibus ſcatent, vitiis abſtrahi, & in veritatem pellici. Quam alioqui veritatem idoneis aſſertoribus, magniſque præconibus (vt verba Lactantij accommodem) nunc egere palàm eſt, ſi vſpiam eguit: ne certè contemptui vel doctus habeatur, vel odio indoctus, ob eam vel præcipuè quam ſibi perſuadent illi inſitam auſteritatem, vt paulò antè dixi, niſi eloquentiæ oblectamento cõdiatur. Veritas (inquit ille) licèt poſsit ſine eloquentia defendi, vt eſt à multis ſæpe defenſa, tamen claritate, ac ſermonis nitore illuſtranda, & quodãmodo diſſerẽda eſt, vt potẽtius influat in animos & vi ſua inſtructa, & luce orationis ornata.

Proinde viſus ſum mihi cõſultò reperiſſe rationẽ, vt huius tempeſtatis delicatis hominibus, hac ceu nitida expolitáque permiſtione & ſuadela, tanquam obrepere, quò hac illecebra eorum animis in

scelera assiduè gliscentibus mederi possem faciliori cum negotio. Conspexeram enim hac arte (vt iam dixi) nõ paucos Christiana philosophia imbutos, cũ in re literaria, tum vel potissimũ in huiusmodi vitiorum vepribus & tribulis ex mortalium pectoribus eruendis expurgandísque, & in eorũ loco virtutibus inseminãdis non vulgariter promouisse. Cuius quidem rei primùm cùm argumẽto, tum exẽplo nobis est idem ille Lactãtius Firmianus: qui Christianæ religioni aduersus gentes patrocinaturus, vt erat tẽpori omnis eloquentiæ vicinus, ita in his ipsis asserendis illustrandísq; virtutibus, atq; expurgãdis vitiis ex hominum pectoribus, sibi facile palmam vendicat & obtinet. At quãta (quæso) eloquentiæ vi, verborũ cultu, & sentẽtiarum pondere, id præstat? Quãta sermonis venustate atque gratia, in ea ipsa declamat vitia? Quàm denique oppositè miram illam Ciceronis venustatẽ atque iucunditatẽ in his quæ veritatis sũt elucidãdis exprimit? Habuit profectò ætas illa inauditum omnibus seculis celebrãdúmque miraculum, vt tanto viro Christianæ defensionis caussam perorante, & quæ veritatis sunt vbertate dicendi quadam aperiente, mox cessãrit dira illa cruentáque in Christianum nomen rabies: atque tyrannorum profunda caligine obtenebratæ menti infusa sit lux illa Euangelica, propter quam paulò antè in eorum animis accendendam, tot illustres Christi martyres morti adiudicati fuerant.

Quid illius contemporaneum, paleſtræ literariæ militem itidem exercitatiſsimum, diuum Hilarium referam? Quid illum perinde in muſarum ſtadio verſatum Cyprianum? Quem ſanè ſuis depingens coloribus idem Lactãtius, fuiſſe aſſerit ingenio facili, copioſo, ſuaui, & (quæ ſermonis maxima eſt virtus) aperto, vt diſcernere, inquit, nequeas, vtrúmne ornatior in loquendo, an facilior in explicando, an potentior in perſuadendo quiſquam fuerit. Quid demum vndecunque doctiſsimos illos Baſilium, Anaſtaſium, Cyrillum, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronimum, Gregorium, Fulgentium, Chryſoſtomum, Theophilactum, Iſidorum, reliquóſque penè innumeros, homines ſanè ornatiſſimæ facundiæ, & Græco & Latino ſermone per celebres? Nónne omnes illi, cùm inuehendũ foret in vitia, cùm inculcanda excitandáque eſſet veritas, atque virtutes in hominum quauis ſilice, adamante, ac ferro duriora pectora inſerendæ, cùm eſſent dicendi maieſtate, & orandi præſtantia clariſsimi, ſuis quoque pereruditis ſcriptis maximam ſermonis elegantiam adiunxere? Etenim num quicquam eſt eorum oratione & phraſi purius, terſius, lepidius? Cui profectò rei non aliam ob cauſam, eos curam impendiſſe nemo inficiabitur, qui eorum volumina & lucubrationes perlegerit, niſi vt verborum & ſententiarum quadam vbertate & copia, veritatis illam, quam ſibi homines perſuadẽt, ama-

rulentiam condirent. Quandoquidem, teſte Lactã-
tio ſunt amara vitioſis & malè viuentibus præce-
pta iuſtitiæ. Quódque illis videtur in ea eſſe indeco-
ræ & minus ſplẽdentis ſuppellectilis, hoc miro quo-
dam verborum lenocinio, ceu peregrinarũ acceſſio-
ne gẽmarum intertexerent, illuſtrarẽntque. Nam
& ipſa vitæ præcepta (ait Quintilianus) etiã ſi na-
tura ſunt honeſta, plus tamen ad formandas mẽtes
valẽt, quoties pulchritudinem rerum claritas ora-
tionis illuminat. Sed & literæ ſine rerum ſcientia,
ſteriles ſunt & inanes: & ſcientia rerum quamuis
ingens, ſi ſplendore careat literarum, abdita quodã-
modo et obſcura videtur. Quid enim prodeſt multa
& præclara ſcire, ſi neque loqui de his cũ dignitate,
neque mãdare literis niſi ridiculè poſsis? Hæc duo ſi-
mul cõiuncta veteres illos, quorũ memoriã venera-
mur, ad celebritatẽ nominis gloriãq; prouexere, Pla
tonẽ, Democritũ, Ariſtotelẽ, Theophraſtũ, Varro-
nẽ, Ciceronẽ, & Senecã. In quibus omnib⁹ diſcerni
vix poteſt maiórne ſciẽtia rerũ, an peritia fuerit li-
terarũ. Sed quorſum tã multa? Num vt in me meiſ-
que ſcriptis talia fore, aut inueniri poſſe & arbi-
trer, & confidã? Minimè gẽtiũ. Sed vt oſtendã (vt
aliquid de me citra arrogãtiam ingenuè fatear) pro
ingenij mei tenuitate, non tã libẽter quã neceſſariò,
tot grauiũ hominũ exemplũ in quærendo ſermonis
lepore & cultu, præter theologicũ inſtitutum: quos
ſanè ſatis peruidiſſe vel hac re cõſtat, fieri non faci-

le posse, vt quicquam tenacius inhæreat mortalium animis, nisi id, quicquid est, istiusmodi sit, vt aures hominũ blandiori quodam sono permulceat, & ad se alliciat. At quantò minus hac corruptissima tẽporũ ætate, in qua ferè nihil verum putat quisque, nisi quod auditu suaue: nihil credibile, præter quàm quod in decretis eorũ est! Vtpote qui rẽ nõ tam veritatis cognitione, quàm sermonis politura, cultu, et magnificentia metiantur: nullã vtique, aut quàm minimã ingenij gratiam sperantes circa res, etiam si necessarias, procul tamen ab ostentatione positas. Nam assueti (vt verbis Lactantij vtar) dulcibus & politis siue orationibus, siue carminibus diuinarum literarũ, simplicem cõmunémque sermonẽ pro sordido aspernãtur. Id enim quærunt, quod sensum demulceat. Persuadet autem quicquid suaue est, & animo penitus dũ delectat insidet. Eò fit, vt sapientia & veritas idoneis præconibus indigeant. Nam hæc in primis causa est, cur apud sapientes, & doctos, & principes huius seculi scriptura sancta fide careat, quòd prophetæ, qui communi ac simplici sermone, vt ad populum, sunt locuti, contemnũtur. Quid ergo agerem ad huius tam lætalis morbi discutiendam nauseam, qua hac tempestate plerique omnes laborant, nisi vt hac re, ceu dulci quopiam pharmaco, eam tollerem, aut saltẽ leuarem? Itaque cùm pro mea virili in id incumbere mihi persuasissem, nẽpe vt tam aduersa valetudine presso homini

si possem cãdidè mederer, operæprecium etiam fore censui, vt quod illi videtur amarũ catapotiũ, blanda quadã sermonis suauitate, ceu dulcore quopiam circũlinirẽ. Illud interim sanctorũ prophetarũ, veteris iuxtà ac noui Testamenti, illustrium denique Ecclesiæ catholicæ doctorũ plausibilibus attẽperãs paradigmatibus & sententiis. Quò vel tandẽ posset ille haurire citra horrorẽ & fastidium, quæ sibi vidẽtur amara remedia: dum allicies prima dulcedo, acerbitatẽ saporis asperi, sub obtentu suauitatis occultaret: tum demũ ius degustatus, à vino malitiæ resiliret, quo potus ac totus madens, in lacu miseriæ & cœno fæcis, hoc est, flagitiorũ omnium, perinde atque sus quædã in volutabro luti, volutatur. Sícque postremò velut è medijs tetræ mortis faucibus exutus, fœtidóque vitiorum putore reiecto, ad vitæ prioris nitorem exurgeret.

Tum deinde ego, qui, ex quo te primũ cõueni, Senator amplißime, aliquo mearum lucubrationum (quãuis pro tua amplitudine nimis exilium) monimẽto te donare instituerã, quò hinc tui memoriã ab hominũ obliuione atq; silẽtio pro meo captu vindicarẽ, hoc qualecũque est cùm absoluissem, quàm potuit à me fieri maximè operã dedi, vt non nisi tuo honorificẽtißimo conspectui appositum, tuæque dignitati accõmodum efferri in auras, & in manus hominũ venire permitterẽ. Idque vel hac vna potißimũ ratione, quòd me nõ fugiat plerosque huius

tempestatis homines, tã in obtrectationẽ & sycophantiã pronos, vt plerũque non autores solùm operũ, quæ in lucẽ prodeunt, sed eos quoque, quibus nominatim dicata sunt, improbent, & cauillẽtur, nisi omni barbarie detersa, illa variis rhetorũ schematis & coloribus, qui alere facundiã, vires eloquẽtiæ augere possint, & aspergãtur & lasciuiant. Proinde tuũ fuerit, vir eruditissime, pro illa tibi ingenita tũ admirabili humanitate, tũ beneuolẽtia, tũ prudẽtia, reliquisq; tuis ingenuis virtutibus, in quarũ gratiã ad hoc opus tibi dicãdũ sum impulsus, eo animo illud suscipere, quo cætera, quæ ad pietatẽ cõducunt Christianã, æqui boniq; cõsulere, amplecti, fouere, & prouehere assoles. Hoc nempe quantulũcũq; est ex nostra chartacea suppellectile depromptum, tibi do, atque consecro, tuũque esse percupio, vt si quid fortè portendat boni ominis, hoc est, si quid frugis ad huius tẽporis mortaliũ emendandã atque corrigendã vitã in melius, quæ vitiorũ labe vndecũque scatet, decerpi aut accedere possit ex nostro labore & industria, hanc gratiam tibi debeat lector.

Cognoscet autẽ ille in hoc opere, quo in statu nũc res versetur Christiana: quãta temporum calamitate laboremus, & quamobrẽ: qui fit denique, vt tot tantisque rerum dispendiis quotidie vexemur. Perpendet verò id quatuor de causis fieri, quibus vtique hoc opusculum partitũ est. Ad hoc sanè ita prosequẽdum, Marci Tullij Ciceronis, viri summo

ingenio, & scientiæ copia, inter ingenuos scriptores haud dubiè primatũ tenentis, æmulatione inuitatus: qui libellum, quem de Senectute inscripsit, quatuor causis cõplexus, eisdem aperit, plerisque grauẽ ac molestam senectutem falso videri. Ego vicissim totidem causis patefacio, pleroſque immeritò de his cõqueri, quas hoc tẽpore perpetimur, rerũ calamitatibus & miseriis. Quinimo Deũ iure optimo ob flagitia & scelera hoc seculo vigẽtia in iram concitatũ, de nobis etiã meritò supplicia exigere. Quippe qui grauissimis quibuslibet criminibus, quæ maximè odit ille, simus obnoxij, nec eorũ tamen nos vlla ratione pœniteat, quod multò vehemẽti⁹ ipsius in nos (vt ita dicã) mouet stomachum, irã exuscitat, alit, & inflãmat. Vnde & propediem extremum orbis excidium & ruinam affuturã, ob hæc eadẽ scelera, quæ, velut signa quædam idipsum euidentissimè testantia, iam vbique locum habent, præsagio.

Sed hìc forsan aderũt nasuti quidã, ac male feriati homines, tristes, & imperiti, alieno deniq; malo vel semper pasti, vel assidùe crescentes, qui canina (vt verbo Appij vtar) nobilitati facũdia oblatrẽt, ac meæ, nõ meæ tamẽ solius, sed cuiusq; suũ archetypũ Christũ referẽtis, libertati declamãdi in cõmune crimẽ ostrepãt, méq; asserãt verbis nimiũ aculeatis, nimiũq; Satyricis quorũdã obrdines hominũ incessere. Quibus hoc sit à me respõsũ, nẽpe qui cõmunes hominũ corruptorũ mores ita taxo, vt neminẽ tamẽ

prorſus perſtringam nominatim, non videri debere ea ratione aliquem mordicus inſectari. Quin potius vnũquẽlibet nomine Chriſtiano inſignitũ docere & monere. Alioqui ipſum obiurgent Hieronimũ neceſſe eſt, ſæpius inculcãtẽ, vbi generalis eſt de vitiis diſputatio, ibi nulli fieri quantũlibet delicatæ auris perſonæ iniuriã. Sciuerit itaq; quiſquis hac in re cõtra me ſcriptorẽ deblaterare, indéq; adeò ſe læſum mecũ expoſtulare voluerit, ſe hinc ſuã prodere conſcientiam, ſuúmque hulcus attactum profiteri. Præſertim cũ id tanta fiat moderatione ac tẽperãtia, vt ne poſsit quiſquam lædi, præter quàm qui ſemetipſum ſtudio læſerit: vt qui declarârit hoc ad ſe propriè pertinere, quod ita dictũ eſt de omnibus, vt de nemine ſit dictũ, niſi ſi quis volens ſibi vẽdicet. Nimirũ cùm ea ſim tantùm traditurus obiurgaturúſque, quæ quotidiana intelligentia, & communi peruulgatóque vſu præſentis ſeculi hominũ cõprehẽduntur. In citandis verò authorum ſentẽtiis, pleraq; meo ſtilo elicui, nõnulla verò ita vt apud ipſos erant admiſcui, quò facilius (vt verbis vtar Iſidori) lectio de ſingulis fidei authoritatẽ teneret. Si qua tamen ex his diſplicuerint, erroribus meis paratior venia erit: quia nõ ſunt adferẽda ad culpæ meæ titulũ, de quibus teſtificatio adhibetur authorũ. Benè vale, Senator ornatiſsime, & me, tui porrò ſtudioſiſsimũ, atque obſeruantiſsimum ama. Lutetiæ Pariſiorũ, calendis Octobris, anno Chriſti nati, 1559.

NOSTRORVM TEMPORVM CALAMITAS, ET deploratio: in qua luculenter, ac perspicuè ostenditur, quicquid patimur, id peccata nostra mereri: Indéque adeò signa colligenda, extremum totius orbis excidium haud procul abesse portendentia.

LIBER PRIMVS.

SI quis paulò altiùs expendat, & subducta ratione aliquantò viuidiùs secum reputet, quàm tragica sit nostrorum temporum scena, & conditio: vix, aut mea me fallit opinio, contineat sese (nisi sit ab omni humanitate longè alienus) quin flebilibus modis lamentetur, & eiulet. Quis nempe erit vsqueadeò saxeus, & duræ ceruicis homo, adeò humanitatis expers, adeò excors & animi cęc°, adeò denique nomini Christiano inimicus, qui non propemodùm se deiiciat in luctum & lachrimas, cùm dispiciet, quàm insanis

A cauſsis, quibus adducitur, ad huiꝰ tẽporis deplorãdam cõditionem.

bellorum tumultibus, ſacra prophanáque ſurſum ac deorſum omnia miſcentibus, vltro citróque his ſuperioribus annis confuſus ſit Chriſtianus orbis? Cùm diſpiciet, quàm varia rerum incommoda deſignantur? Quàm truculenta rabies hoſtium nominis Chriſtiani, vbique genẽtium per ſtrepit? Quàm ſæuientium hereſeõn damnoſa peſtis, ſpecie recti, ſubrepit in vitam, & mores huius temporis mortalium? Quantus ſycophantiæ, & hypocriſeos fucus gliſcit? Quanta nefandę ambitionis, ac tyrannidis violentia graſſatur? Quàm immaniter ſynceræ fidei ſacramentum violatur? Quanta denique amplectendæ charitatis iactura fit, & pietatis cõtemptus? Adhęc quàm auido animo in dictu factúque pudenda, & penè inſana ſtudia congerendarum diuitiarum, quiſque incumbit? Quis, inquã, hanc, ſi quicquam aliquando in rebus mortalium dignum deploratione duxit, tot vndique malis cõtaminatam temporum conditionem, diris ſingultibus, ac ferè tragico eiulatu non deplanxerit, ſi illam contempletur, vt conuenit? In quæ alioqui tempora, extremos ſeculorum fines deueniſſe, nemo ſanæ mentis reperietur, qui non inde meritò cum diuo Paulo fateatur, ſi illa qua par eſt mente recogitet. Vtpote quibus neutiquam præteriſſe legeris vel magis impia, vel calamitoſiora, vel malo addicta tenacius. Adeò vt nil futurum eſſe arbitrer vlteriùs, quod deteſtandis noſtris moribus, præ huius ſeculi hominum abundante malitia, addere poſsit ipſa poſteritas: nẽpe quòd, poëta teſte, omne vitium ſtet

1. Cor. 10.

in præcipiti. Quid igitur quæso in sensibus pij, verique Christiani constare possit amplius iucunditatis? quid denique inesse lætitiæ, aut gaudij? Quid cõtrà non mœroris? quando sic perdit virtutum magnitudem, prodigiosa, quæ modo omnia occupat, scelerum magnitudo? Et vt ait poëta:

-Cùm iam opresso virtutis honore,
Regnet in humanis vitiorum infamia rebus?

Atqui nihilominus (ô cæcitatem humanæ mentis!) perinde quasi omnium incommodorum expertes essemus, pacata forent omnia, omnia tuta, omnia prospera, cùm eò tamen miseriæ decidimus, tanta calamitatum indagine cingamur, tot appetamur ærumnis, tot denique bellorum assultibus vndique circunuallemur, vt nemo sit, qui illa non persentiscat, & re ipsa experiatur: ferè hoc æuo nullum repereris, qui ea curet, aut, quo addecet, perpendat animo. Qui recogitet, inquam, ac inde recenseat Deo cum Isaia omnes annos suos in amaritudine animæ suæ. Qui zelo dei moueatur in impios, dum pacem peccatorum videt. Qui cõsurgat aduersus malignãtes, aut qui stet cũ Deo aduersus operãtes iniquitatem. Qui doleat super contritione Ioseph. Qui denique stet ex aduerso, & opponat se pro domo Israël murum. Sed contrà, neminẽ ferè nunc inuenias, qui non omnium istorum oblitus, intẽpestiuas agat ferias: qui non prorsus aliter, quàm in certissima pace, mira viuat securitate, otiosúsque in vtrãque dormiat aurem. Adeò sunt huius seculi duræ ceruicis homi-

Exclamat in eos, qui nulla tenentur sollicitudine earum calamitatũ, quibus quotidie affligimur.

Psal. 38.
Psal. 72.
Psal. 93.
Amos. 5.
Ezech. 18
Act. 7.

nes, & corde incircũciſi. Adeò conſuetudo mali, in qua conſenuerunt, quandam illis parit confidentiam: ſimul & procliuior vſus quotidie in peiora datur. Vnde nullo ſeculo iſtud ita probatum, expertúmque fuiſſe arbitror, quàm hac ætate vt probatur, ita vulgari iactatur ſermone: ſcilicet nihil tam ſceleratum eſſe, nihil tam atrox, nihil à ratione tam diſſentaneum, flexibile, & deuium, quod non probetur, ſi id quidem commendet aſſuetudo. Quò fit rurſus, vt non immeritò vulgariter dicatur, conſuetudinem in naturam tranſire, atque quouis tyranno potentiorem. Nẽpe quòd, vel Marco Tullio autore, videre ſit, corruptela malæ conſuetudinis, igniculos extingui à natura datos, exoriríque, & firmari vitia contraria: & (vt Quintilianus ait) difficile ſit mutare habitum animi ſemel conſtitutum. Dum enim in dubio eſt animus, & à natura ſua deſciſcens, ac mutabundus, vitæ neſcio quodam errore ducitur: paulo momento huc illuc facilè impellitur. At receptum vtrumuis, haud noſtro ducitur arbitrio, ſed ſuo fertur impetu. Arduũ quippe eſt (inquit Hermes Triſmegiſt.) conſueta, ac præſentia relinquere, & ad ſuperiora ſe, potioráque conuertere. Sed & (eodem Cicerone autore) magni eſt ingenij reuocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere: idque, cùm ſemel de ſpacio, curriculóque virtutis, iam aliquantulum conſuetudo deflexerit. Serpit enim deinde res, quæ procliui⁹ ad perniciem cùm ſemel cœpit, labitur. Quò cùm redacta ſint hęc ſecula, fit vt hinc, Iſaia

Conſuetudo mali.

Li. 3. de leg.

Hermes Triſmegiſtus.

dicente, eò pariter redacti ſimus miſeriæ, vt immundi nos omnes & appellemur, & ſimus, & quaſi pannus mẽſtruatæ vniuerſæ iuſticiæ noſtrę fiant, ſicque quotidie cadamus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus auferant nos. Cuius rei rationem planius ſubinferẽs, Quia, inquit, non eſt qui inuocet nomen domini, quique conſurgat, ſequatur, & teneat eum. Ideóque (ait) abſcondit faciem ſuam à nobis, & alliſit nos in manu iniquitatis noſtræ. Quod quàm verè non ſolùm de ſui ſeculi hominibus, ſed de hac potiùs, qua degimus, corruptiſsima ætate, protulerit Propheta, huius temporis hominum ſtudia diſcute, & videbis. Quid enim in ea ſani conſpicias? hunc quidem in nil aliud, quàm in pudendos amores propenſum intueberis. Illum ad id furoris, & amentiæ perductum, vt quicquid libido imperat, quicquid ſuadet inſatiabilis intemperantia, rectum id ducat, & amplectatur. Iſtum nil aliud, quàm aurum ambientem, latentia indagantem lucra, ac auidiſsimæ voragini auaritiæ inhiantem. Alium denique (vt cum Sapiente omnia in pauca conferam) per inuidiam alium occidere, aut adulterando contriſtare: & omnia mixta eſſe, ſanguinem & homicidium, furtum & fictionem, corruptionem & infidelitatem, turbationem & periurium, tumultum & ſeditionem, bonorum dei immemorationem, animarum inquinationem, natiuitatis immutationem, nuptiarum inconſtantiam, inordinationẽ poſtremò mœchiæ, & impudicitiæ. Adeò vt hac ætate paucos reperias, quos

Iſaiæ. 64.

Huius temporis hominum ſtudia.

Sap. 14.

hoc mali contagium non attigerit, hoc est, qui iamvllum delectum habeant honestatis, & turpitudinis : imò qui aliud bonum aut laudabile existiment, nisi quod emolumentum adferat, aut sensus voluptate titillet. Et qui mox (vt verbis vtar Satyrici).

Horat. saty. 4. li. 1. sermonum.

Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborent.
Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum.
Hunc rapit argenti splendor, stupet alius ære.
Hic mutat merces surgente à sole ad eum quo
Vespertina tepet regio: qui per mala præceps
Fertur, vti puluis collectus turbine, ne quid
Summa depereat metuens, aut ampliet vt rem.

Cuperes rationem patentiorem, cur æquus ille rerum arbiter suum vultum à nobis ita retraxerit, vt vix amplius splendor eius super nos esse videatur, & opus manuum nostrarum dirigere? o-

Psal. 89.

stendátque nobis dura, & potet nos vino compunctionis? Sícque tandem nos alliserit (vt Propheta loquitur) in manu iniquitatis nostræ? O tempora! O mores! O sors priscorum temporum, eorúmque infœlicium, vel vna infœliciſsima, miſerrima, omnium denique sceleratisſima. Veterum cùm domesticorum, tum peregrinorum monimentis satis supérque aspera effluxisse quondam tempora, & bellorum tumultibus, & scelerum monstris immista, memoriæ produnt autores. At si iis, quibus vitam trahimus miseram, illa adæquaueris, lõgè fœliciora, multóque minorib⁹ calamitatum molestiis implicita, facilè iudicaueris; non aliter planè, quàm si ad assem semiũciam

Psal. 59.

conferas. Vt hinc etiam veriſimè cũ Sileno mox iudices (ſi certè vtraque aliquantò penſiculatiùs imis ſenſibus reponas) optimum hac ætate aut non naſci, aut quàm ociſsimè aboleri. Nimirum quòd, teſte Seneca, *Silenus.*

Bona mors ſit homini, vitæ quæ extinguit mala.

Aut certè cũ Plinio (licèt tamen Chriſtiana id minus ferat pias, vtpote ꝙ, teſte Marco Tullio, vetet dñans ille in nobis Deus, iniuſſu hinc nos ſuo de migrare) nihil à ſuperis præſtãtius meliúſve hoĩi datũ, quàm vitæ cõpendioſam viam, qua nulli negat hãc abrumpendi vitam facultas. Si enim priſcis illis aliquãdo contigit ob detractæ aliquantiſper, aut neglectę religionis ſegnitiem, aut alterius cuiuſpiam rei erga diuina decreta malè obitæ incuriam, Dei optimi maximi aliquam pœnam dependere: eos tamen nunquam legeris huc deueniſſe miſeriæ, vt prorſus (ſaltem vt nunc fit) ſeſe ab eo auerterint. Verùm potius ingruente diuinæ indignationis, ſimul & vltionis tẽpore, amicti quibuſdam operimentis, pœnitudinem porrò, quam animo circunferebant, præ ſe ferentibus, aut gregatim de domibus ſuis in templum domini Dei ſui confluebant, & aggregabantur: aut per plateas vrbium luctus ſuos extendebant: ſicque protendentes manus humiles in cœlum, omnipotentem Deum vt publico, ita & humili voto, certáque in eum fiducia aut adprecabantur, aut certè ſolenni ſacrificio ipſius voluntatem explorabant, ambiebántque fauorem: quò ſanè ille pro ſua immenſa pietate clementer cum eis ageret: totius ſuæ in- *Plinius.* *2. Macha. 3*

Omnem spẽ in deum reponere, quid efficiat.

terim spei proram ac puppim (quod aiunt) in eo collocantes: non inscij vtique, hoc tantam vim habere, támque firmum & stabile robur, vt in maximis etiam malis, & penè deploratis rebus, seruet, ac tueatur alacritatem animi sibi benè cõscij: moxque tanquam ardenti voto, & intentissima quapiam voce diuinas aures feriẽte, obtineat quæ deum semel postulauerit. Idipsum etiam-

Eccle, 35.

num attestante Sapiente, cum ait, Orationem humiliantis se, nubes penetrare. Quò fit itidem, vt non abs re vulgò diçatur, Animi laborãtis medicinam esse orationem: solámque spem in miseriis solere hominem cõsolari. Quid enim? Nónne (vt quod ago verissimis exemplis cõprobem) duce Israëlitici germinis in orationem procum-

Moses. Exod. 17. Deut. 25.

bente, & iamdum graues manus in cœlum attollente, vnde sibi venturum auxilium haud hæsitabundus sperabat, indignus venia succubuit Amalec⁹, dum toto nisu dei populo obnititur, ne in sedem à deo promissam cõscendat? Prope est enim

Psal. 144.

dominus (teste Psalmographo) omnibus se inuocantibus in veritate, vt voluntatem timentium se faciat, & deprecationem eorum exaudiat. Custodit porrò omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdit. Nonne etiam ille deo acceptissimus

Iosue. 10.

Iosue supplici oratione ad Deum fusa idem præstitit, dum solem continuit, ne à sibi præscripto tramite dimoueretur, donec suos capitales hostes fœliciter ac dextrè vlcisceretur? vt quos è cœlo lapidum imber delapsus, voci vnius homunculi obaudiens dominus non absumpserat, tandem

sibi illatarum iniuriarum vltori gladio, illi occumberent? Vsqueadeo spei in Deum firmiter, & non hæsitabundè fixæ, simúlque fidelis & purę orationis, ingens & efficax est virtus: & perinde ac cordatissimus nuncius mandatum peragit, & penetrat, quò caro non peruenit. Quid de illo fidelissimo vate Helia referam? Hic quanti est habenda iusti deprecatio assidua, quóve penetret & pertingat, si vehementi spiritus impetu eiaculetur, facilè commonstrauit: dum humili ad Deum fusa oratione, sesquitriennio cœlum continuit, ne pluuijs languida, & arescens terra madere ret. Quo nimirum extremæ famis angustia confectus perfidiosus populus, à nefandorum idolorum cultu sese subduceret. Rursus eodem orante, plus satis sicca tellus proluitur, ac perfunditur imbre. Vt hac quidē re omnibus palam insinuaret, quanta bona iustos maneant: contrà, quàm æqua Dei vltione percutiūtur, qui, eo deserto, animum aliò deflectunt. Rex subinde iustus ille ac pius Ezechias, precibus potius quàm armis cum hoste congressurus, cùm aliquándo dispexisset vrbem Ierosolimitanam, expedita acie vndiquaque obsessam à duce illo sceleratissimo, crudelissimóque Rabsace, eundémque ore sacrilego Deo malè precantem audîsset: mox vbi ad eam ipsam orationem se contulit velut sacram animæ anchoram, tutam, ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, Deo sibi fœliciter auxiliante, in quo spem omnem constituerat, in Assyriorum castris centum octoginta quinque milia vna no-

Helias. 3. Reg. 17. Iacob. 5.

Ezechias. 4. Reg. 19. Isa. 37.

Heb. 6.

cte ab angelo interempta sunt. O bellatorem fortissimum, strennuum militem, ducem inuincibilem, spe potius, quàm telis armatum! Immittet (inquit spiritꝰ sanctus per os Dauîdis) angelꝰ domini terrorem suum in circuitu timentium se, & eripiet eos. Iuxta nempe est dominus iis, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit: angelúsque domini persequitur, & coartat impugnantes iustum, & quærentes animam eius. Sed quid hæc refero? Cùm Niniuitarum promiscuum, ignobile, barbarum, & indoctum vulgus, nec quidem aliquibus diuinæ prouidentiæ beneficiis assuetum, non legibus, non mirabilibus, non denique vllis prẹceptis fultum, ad vnius tamen homunculi vocem, quem habitu naufragum, vultu peregrinum, & extorrem cernebant, primo statim ingressu dicẽtis, Ab hinc triduo Niniue subuertetur, sui sceleris pœnituisse acceperimus? Nedum hoc, sed & fœlici ieiunio, iram diuinam detorsisse iamiam, ni resipuissent, ingruentem? Quarum etiam rerum dum fama loquax mobilitate sua viget, dum tota fremit, vocésque refert, iterátque quod audit, & facta pariter atque infecta canens, multiplici populos sermone replet, mox cunctos penetrans aditus, regis tandem peruenit ad aures. Qui certè non supinè, aut oscitanter perspiciẽs in ea, quæ ab vnoquoque diuulgabantur, sed in eis permanẽs, non quidem diuinorum nunciorum obliuiosus factus, sed factor operis, omni cunctatione posthabita, à sede regia surgit, vestibúsque purpureis consciscis, vili ac sordido cultu se amicit. Dignum

Psal. 33.

Niniuitæ. Ionæ. 3.

Iaco. 1.

Rex Niniue voci peregrini obaudiens resipiscit.

ſanè exiſtimans, vt qui præcellentiori maieſtate, & gloria, alios antecellebat, ſubmitiorem quoque eiſdem præ ſe ferret. Non inſcius planè, quòd quò maior eſt fortuna, hòc amabiliorem eſſe modeſtiam apud eum, qui humilia reſpicit, iuxta dictũ Sapientis: Quantò maior es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Vtpote qui (teſte Pſalmographo) nunquam auertit hominem in humilitate: nec vſpiam ſpernit preces eorum, qui certiſsimam ſpem in eum defigere, quauis ſublata hæſitantia, non detrectant. Vnde ſua ſuorúmque principum autoritate & conſiliis, hoc ab illo exiit edictum, vt tum homines, tum pecora duriorib⁹ ieiuniis adigerẽtur. Quò in ipſum vſque cœlum flebile quiddam emugientes, hoc pio voto deum demererentur propitium, atque illi ſqualore quodam obſiti, intenta cum ſupplicatione, ipſius eblandirentur fauorem. Hincque tandẽ eò res euaſit, vt & diuinæ vltionis amaritudinem, vario lachrimarum imbre diluerent: & fideli penſatione ſuorum ſcelerum peracta, diuinitùs (vt paulò antè dixi) iamiam promulgatam reuocarent ſententiam: atque demum vrbem ſiſterẽt, metu excidij nutãtem, ac mox, ni reſipuiſſent, perituram. Quò fit quidem vt quod poëta ait, Componi orbem regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus humanos edicta valere, quàm vitã regentis, veriſsimum habeatur. Et, mobile mutari ſemper cum principe vulgus. Cui ſententiæ accedens & Seneca, Rex velit, inquit, honeſta, nemo non eadem velit. Vbi autem non eſt pudor, nec

Eccle. 3.

Pſal. 89.

Pecorum ieiunium.

Claudianus

Seneca.

cura iuris, ſanctitas, pietas, fides: inſtabile regnum eſt. Vnde neminem fore, quẽ oportеat vel plura, vel meliora ſcire, quàm principem, affirmat Vegetius: vtpote cuius doctrina, & exemplum, omnibus (inquit) proſit, vel officiat ſubiectis. Vt enim cupiditatibus principum, & vitiis ſolet totus orbis infici: ſic emendari, & corrigi continentia. Et Cyr⁹ ille Perſarum rex maximè illuſtris, dictitabat imperium nemini competere, qui, quibus imperaret, melior non eſſet. Vt pueri ludentes (inquit Horatius) rex eris, aiũt, ſi rectè facias. Vnde & ab Homero, paſtor populorum dicitur.

Vegetius.

Cyrus Perſarum rex.

Habes hactenus ex prefatis exemplis, quantum momenti habet ſui deiectio, cum ieiunio prece feruẽti exercitato, & indiuidua ſocia oratione. O fœlix lachrima (diuus ait Auguſtinus) quæ tantum vales, vt aſpectum iudicis non verearis: quæ ſola intras ad regem, ſed ſola non recedis: quæ demum vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem. Qua ſanè quò vberius culpa flendo rigatur, hòc altior veritatis attingitur cognitio. Quæ ſicut pœnitentiæ comes, ita teſtis doloris. Quandoquidem qui neſcit lugere quod grauat, nõ valet proferre quod ſubleuat. Vis nempe intimę compunctionis, poros etiam cordis aperit, & pennas fundit virtutum. Quúmque ſe alacri, ac vigili ſtudio, mens à marceſcẽte ignauia, ac pigra vetuſtate, generoſum etiam quemlibet eneruante, ſeſe ſubduxerit: mox amplectenda nouitate pubeſcit, ac iuueneſcit animus. Quod profectò plus ſatis quondam ſua abiectione demonſtrauit faſtuoſus ille

Auguſtinus.

Nabuchodonozor rex Babylonicus. Is cùm eò deuenisset impudentiæ & inusitatæ elationis, vt spreto mortali habitu, diuinũ caput æmularetur, eáque ratione tandem potentissimo, ac penè inuincibili regno deturbatus, éque contubernio hominum depulsus fuisset, rationali sensu interim carens, & ferarum more, & pabulo alitus: nihilominus tamen cùm pristina mente donatus, animi morbo conualuit, atque eorum quæ sibi meritò accidissent non immemor, quis satis dixerit quanto studio, quantáque animi alacritate, diuinam in se exuberantem gratiam, cunctis euulgauerit populis? Quàm accuratè, ac sagaciter supremo illi Deo vnũquemlibet parêre, eum colere, timere, ac reuereri imperauerit? Quantum ad pœnitudinem prioris vitæ, & vitijs relictis ad capessendum iter virtutis, suo exẽplo cũctos instigauerit? Hæc siquidẽ est prima suæ abiectionis, suíque contemptus, & inde adeò diuinæ gratiæ promerendæ pars, reminisci vnde excideris: postrema, illuc sese attollere. Nam non ægrè ferre quòd peccaueris, diuinam iram in te colligis ob hoc acriorem, & infensum inde vehementiùs habes Deum: quam ob idipsum, quo ei peccaueras. Perpendis itaque quantis & quàm sæpe isti sua culpa subacti fuerint calamitatibus, & dispendiis: quàm acriter in eos animaduersum: quanta vindicta eorum scelus expiatum: quàm denique debita vltione expurgatum facinus indignum. Sed quid tum præterea? Num ob hoc illi in dies, vt modò fit, cer uicosiores euaserũt? Num inde quotidie suorum

Nabuchodonozor rex Babylonic⁹. Dani. 4.

Notandum.

scelerum accreuit immanitas? Num hinc obdurati Pharaonis in morem, suis criminibus alia quælibet innumera cumulârunt crimina, flagitium flagitio adaugentes? Neutiquam profectò, quemadmodum habitis exemplis plus satis perspicuum est. Quin potius (vt dixi) simul atque diuinam in se sensérunt deflagrare vindictam, & à summo iudice corripi, mox tanquam libero patre progeniti, salutarem disciplinam æquo animo suscipientes, cuncti sui facinoris ducti sunt pœnitudine: nihil non agentes interim, quo diuinam illam in se desæuientem iram aut lenirent, aut prorsus sedarent. Nunc verò quorumcunque videas, qui à via sua sinistra deflectat, pedémque referat, & ad Deum conuertatur, quò viuere possit? Etiam si miranda prodigia quotidie, totum orbem territantia, nascerentur? Etiam si assiduo tonitru stridente, aut torquẽte fulgure, cœlũ ipsum ruere videretur, aut ferri in præceps? Aut si volẽs Deꝰ parcere cœlicę machinę, lapidibus, sulphure, aut sanguine plueret? Si denique procellosa quadam tempestate, non minimam stragem in orbem inueheret? Quid enim? Nũquid non hæc aliquãdo cõspecta fuere? & propter hominum scelera, quædam eorum singulis ferè annis fieri cõspicimus? Ecquem tamen eam ob rem à sua nequitia, à suo scelere, à sua stultitia resilire, aut resipiscere videas? Vsqueadeo stipites & plumbei, inertes & stolidi, inconsulti & excordes sunt huius seculi homines, & somniis quibusdam immersi, vt vix ad Stentoris vocem (vt est in prouerbio) vi-

Priscorum correctio, vbi senserunt se à deo affligi.

Duritia huius seculi mortalium.

deantur experrecturi. Sed & consentanea quadam libidine, & vltronei in mortem labentes, illud Horatianũ, quasi pro Lydia regula, qua suam vitã & metiãtur, & explorẽt, mihi amplecti vidẽtur, quod in eorum cõtumeliã aliquãdo protulit:

Nil mortalibus arduum est:
Cœlum ipsum petimus stultitia. Horatius.

Et item illud ex scola Asotorũ deprõptũ, quod plerique omnes, quorũ deus venter est, dicere assolẽt, dũ alios secũ in exitiũ abducere conãtes, aut à corrigẽda in melius vita auocãt, aut eis tantã securitatẽ incãtãt, vt citra vllã futuri sollicitudinẽ, Epicureorum instar molliter æuum trãsigant. Comedamus, inquiunt, & bibamus: cras enim moriemur. Nã, poëta teste,

Qui fruitur pœna ferus est, legũmque videtur
Vindictam præstare sibi. Huius temporis epicureorum sententia.

Et item illud, Non est Deo curæ quid agant homines: nihil habet momenti nostra sollicitudo, quando deus (nolimus, velimus) hoc de nobis facturus est, quod semel statuit. Indéque adeò 1. Cor. 15.

Quid sit futurum cras, fuge quærere: & Horatius.
Quem sors dierum cumque dabit, lucro
Appone: nec dulceis amores
Sperne, puer, neque tu choreas,
Donec virenti canities abest
Morosa.

Venite ergo (inquiunt) fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino precioso & vnguentis nos implea mus, & non prætereat nos flos tẽporis. Corone mus nos rosis, antequam marcescãt: nullum pra- Sapien.

tum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Et item reliqua, quæ sub eorum persona protulit Sapiens. Quo hominum genere, quid quæso deploratius? Quid Sardanapalo Assiriorũ regi, mollitia, luxu, desidia, libïdine, omni deniq; voluptate notissimo, æquè cõueniẽs, & cõsentaneũ? Is etenim humanis excedẽs, suo in mausoleo inscribi mãdauit hoc epigrammatum: *Ede, bibe, lude.* Et,

Epigrammatũ Sardanapali.

Cùm te mortalem nôris, præsentibus exple
Deliciis animum: post mortem nulla voluptas.

Quid rursus stultius, & brutis æquè conueniens? Stultus siquidem malo accepto, quanuis serò, tamen aliquando sapit. Sapit & ictus piscator. Quum videlicet quam paulò antè præsentem minus animaduertebat virtutem, sublatam ex oculis mox inuidus quærit: quidvé valetudo det commodi, ægrotus pòst intelligit. Bruta verò (vt ait Marcus Tullius) tametsi tantum quantum sensu mouentur, ad id solum quod adest, quódque præsens est, sese accommodent, paulùm admodum sentientia præteritum ac futurum: vitam nihilominus, corpúsque duce natura tuentur, declinántque ea, que sibi nocitura vidẽtur. Neminem verò mortalium existere, qui ita curet calamitates & dispendia, quæ nos quotidie erudiunt, stimulant, & ad Christianiùs conuersandum, quàm cùm erroribus Gentilium teneremur, non mediocre calcar addunt, vt videlicet inde ad meliorem frugem quisque veniat, ac resipiscat: hoc certè quauis stultitia & insania stultius & insanius, tum & plusquàm belluinum, meritò censendum est.

Argumentum à stultis.

A brutis.

Quando-

Quandoquidē insanus habetur, qui nō vitat, cùm possit, præcipitiū: & sanus videtur is, qui nullis sermonib⁹, imò nec verberib⁹ adduci potest, quātūlibet etiam incitamenti addideris, vt in melius praua commutet vitam? Est proprium stultitiæ, inquit Marcus Tullius, aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. Vt aliquid auri, inquit Seneca, extrahamus, terram peruertimus, vt summum bonum occupemus, scrutari pectus pigebit? 3. Tuscul.

Vt corpus redimas, ferrum patieris, & igneis:
Arida nec sitiens ora leuabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones:
Vt te ipsum serues, non expergiscēris?

Cùm desæuierit conflagratio in proximum parietē, aut in domo aliqua obortum incendium, & podagricos, & claudos maturare fugam, vt amburenti igne se veloces eximant, omnibus palam est. At cùm tantorum malorum strue & calamitatum pyra, rotam natiuitatis nostræ iam inflammatam à gehenna, quotidie succendi videamus: non solùm ex tam cādescenti incendio ligna detrahimus, quò ignem extinguamus: sed & eisdem adauctis, Babylonicā fornacem septuplò succēdimus, quàm quondam succendi consueuerat. Nulla interim formidine perterriti, ne erumpens flamma incendat, quos repererit iuxta fornacem de Chaldæis, hoc est, de dæmoniacis huius seculi hominibus. Adeò audacter Deum prouocamus, diuitiásque bonitatis ipsius, ac patientiæ cōtemnimus. Ignorantes interim quoniam eadem ipsa

Ab incendio.

Iaco. 3.

Daniel. 3.

Chaldæa Hebraicè Chasdīm, id est, quasi dæmones.

Ro. 2.

bonitas,ad pœnitentiam nos inuitat. Iuxta verò duritiam noſtram, & cor impœnitẽs, nobis vltro iram accerſimus in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei,qui dat,diuo Paulo autore, vnicuique ſecũdum opera eius: iis quidem qui in bono perſeuerantes quęrunt vitam æternam,gl̃oriam,honorem, & incorruptionem: iis verò qui contentioſi ſunt,& qui non acquieſcũt veritati, credunt autem iniquitati, iram, & indignationem. Tribulatio ſiquidem, & anguſtia, in omnem animam operantis malum.

Abſurda quorundam admiratio,conquerentiũ cur tantis quotidie afficimur calamitatibus, et miſeriis.

Atqui nihilominus cùm hæc veris veriora eſſe nemo non ſciat, audiũtur tamen plerique,qui nocenti quodam faſcino mentis oculos obcæcatos habentes non vulgari teneantur admiratione (in Deum velut demurmurãtes,qui inferat iram) vnde huic ſeculo tot prorepant calamitates, tot infortunia emergant: vnde tam ſæua bellorum tempeſtas quotidie ingruat:vnde tam crebris incurſibus tumultuetur vndique res Chriſtiana: bonis omnibus tam frequenter exuamur:depellamur poſſeſsionibus: proterantur ſegetes: trucidentur agricolæ: exurãtur oppida:cur fas verſum ſit atque nefas:& (vt verbis poetæ vtar)

Vergil.1. Georg.

Tam multæ ſcelerum facies,nec vllus aratro
Dignus honos:ſqualent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces curuantur in enſem.
Hinc mouet Euſrates,illinc Germania bellum.
Vicinæ ruptis inter ſe legibus vrbes
Arma ferunt,ſæuit toto Mars impius orbe.

Vnde rurſus accidat,vt tot ſeculis extructæ flo-

rentissimę vrbes, vna subuertantur procella: aliæ denique atque aliæ, terræ vasto, ac repentino hiatu subruantur. Postremò quamobrem suis limitibus non cõtenti hostes Christiani nominis toties nos impetãt, támque crebra incursione lacessant. Quumque ferè iam totum orbem subegerint, ac sibi vendicent, adhuc tamen tam auido animo inhient Christi substantiolæ, vt interim cædibus, & sanguine misceant omnia. Cur demum tam graui tributorum, vectigalium, pẽsionum, decimarum, quarumlibet denique angariarum sarcina premamur. Adhæc cur nunc mater omnium tellus minus quàm olim fructuum, eorúmque tenuium, & nullo ferè dignorum pretio, suis cultoribus rependat, quæ quondam tanto cum fœnore reddebat quod acceperat. Quumque in flore spem maximam dederint, in fruge decipient: & cùm produxerit illa ferè recõdédis in horreis, & apothecis aptos, sic nũc graui imbre, nũc gelu, nũc grandine, nunc cõstãti rubigine, & carbunculo viciantur: aut certè fulmine tacti conflagrantur. Hæc, inquam, plerique huius miseri seculi homines cogitant apud se, & mirantur, atque velut cum Deo expostulant, qui hæc mala immittat, errantes vtique cùm non probant ea suis flagitiis accidere. Mihi profectò propemodum visi in erroneam Epicuri sententiam incidere, qui (vt autor est Lactantius) diuinam prouidentiam cupiens tollere, contendebat hoc futili argumento probare, Deũ nihil omnino curare mortalia, inficians solo decreto numinis regi omnia. Deus, aiebat ille, aut

Turcæ.

Erronea Epicuri sententia

erga diuinam prouidentiã.

vult tollere mala, & nõ poteſt. aut poteſt, & non vult: aut neque vult, neque poteſt: aut & vult, & poteſt. Si vult & non poteſt, imbecillis eſt, quod in Deum non cadit. Si poteſt, & nõ vult, inuidus, quod æquè alienum eſt à Deo. Si neque vult, neque poteſt, & inuidus, & imbecillis eſt, ideóque nec Deus. Si vult & poteſt, quod ſolum Deo cõuenit, vnde ergo mala? Aut cur illa nõ tollit? Hæc, inquam, meditantur apud ſe non rectè cum voluptuario illo Epicuro illi, qui hac tempeſtate de his quibus afficiuntur malis tantopere expoſtulãt. Sed perinde atque Epicurus, ij ſua malitia excęcati, diuina ignorant ſacramenta: neque mercedem ſpectant cùm iuſtitiæ, tum iniuſtitiæ. Deus enim, eodem Lactantio autore, poteſt quicquid vult, & tamen in illo nec inuidia, nec imbecillitas vlla. Poteſt igitur mala tollere, ſed non vult, nec ideo tamen inuidus. Idcirco enim non tollit, quia & ſapientiam homini tribuit, qua omnia imperio, ac ditioni ſuæ ſubiugaret, ſecernerétque bona à malis: ſimúlque quòd in eis plus boni, ac iucũditatis eſſet, quàm in malis moleſtię: cuius alioqui ratio in ſuſtinẽda, ac ſuperãda malorũ acerbitate conſiſtit. Quibus ſanè forti, & inuincibili animo ſuperatis, ac euictis ſapientia, fit vt Deum intimius cognoſcamus: à quo nimirum cùm corripimur, arguimur, ne cum hoc mundo damnemur. Atque tandem per eam cognitionem, exercitationémque, non ſimulachrum boni, ſed minimè ſeneſcentem vitam, hoc eſt, immortalitatem aſſequamur, quod eſt ipſum verum, & ſummum

Dnab⁹ de cauſsis De⁹ a nobis mala non tollit.

1. Cor. 11.

bonum. Ille etenim, qui ſolet manſuetis auxilio eſſe, humiliare autem peccatores vſque in terrã, quiq́ue iuſtificatur ſemper in ſermonibus ſuis, & vincit cùm indicatur, iuſtus vtique, & ſeruans promiſſorum, in hoc eſt totus, vt à Sara contumeliis, & verbẽibus Agar afficiatur: quò aliquãdo quæ ſit, ſe intimius agnoſcat, ſummittátque ceruicem haud grauatim, & mãſueſcat. Huic enim (vt Geneſeos capite ſextodecimo refert Moſes) à dominę ſuæ famulitio alienam facere cupienti, & ab ea, tanquam à domina agreſti & dura, imperioſáque diffugienti obuius factus angelus, ſic eam ſubducta fronte compellat. Quid tibi eſt, ô Agar, Saræ ancilla? Quid tecum agitur? Quæ cùm de domina ſua expoſtularet, hoc tandem ab angelo reſponſi habuit. Regredere, ait, ad dominam tuam. Quamobrem, inquit illa, ad eam reuerti mihi ſuades, a qua tantopere affligor, & excrucior? Nimirum quòd ad hoc te affligat (blandè reſpondet angelus) vt te ream meritò, vt es, diiudices, & cognoſcas: quò poſtremò tua ſoboles, paterna hæreditate, cum Iacob vitiorum ſtrennuo ſupplantatore, fœliciter potiatur: aliâs forſitan infœliciter, & indecorè exhæredãda. Quę ſunt, inquit Paulus, per allegoriã dicta, ſcripta autẽ propter nos, in quos ſeculorum fines deuenerunt. Omnis enim diſciplina, eodem teſte Apoſtolo, in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſsimum iuſtitiæ reddet exercitatis per eam. His quidem verbis liquidò commõſtrans, Deum nobiſcum perinde agere, atque

Pſal. 146.
Pſal. 50.
Sara et Agar allegoria.
Gala. 4.
1. Cor. 10.
Hebr. 12.

prudẽs,& generosa domina agit cũ ancilla sua cer uicosa:aut pater cordatus cum filio immorigero,
Pro.3. cuius alioqui partes sunt,vel præcipuè filiũ corripere,vbi deliquerit.Quis enim filius,quẽ nõ cor-
Eccle.30. ripit pater?Et item: Qui diligit filium,assiduat illi flagella. Quare? Vt lætetur,inquit, in nouissimo
Seneca. suo.Quódque, teste Seneca, vitia transmitttat ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit. Vnde
Metelli Numidici dictum. ethnicus quidã, Metellus Numidicus nomine,dicebat,Deum immortalem plurimũ posse,sed non plus velle debere nobis,quàm parẽtes. Atqui parentes,si pergunt liberi errare, bonis exhæredãt.
Seneca. Quid ergo nos à Deo immortali diutius expectemus,nisi malis rationibus finẽ facimus? Deus siquidẽ(vt idẽ Seneca ait,libello, cuius titulus est, Quare bonis viris multa mala accidant, cùm sit prouidẽtia)homines pro liberis habet:sed corruptos,& vitiosos,luxuriosè, ac delicatè patitur viuere, quia non putat emẽdatione sua dignos.Bonos autem,quos diligit,castigat sæpius,& assiduis laboribus ad vsum virtutis exercet, nec eos caducis, ac mortalibus bonis corrumpi, ac deprauari sinit.Vnde nemini mirũ debet videri,si pro nostris sæpe delictis castigamur à Domino, imò verò cùm vexamur,ac premimur,tũ maximè gratias agamus indulgentissimo patri necesse est, quòd corruptelam nostram non patitur longius procedere,sed plagis,ac verberibus emendat. Propositum(inquit alibi)optimi viri,& ingẽtis animi est,
Lactant⁹. tandiu ferre ingratum, donec feceris gratum. Ex quo intelligimus, esse nos Deo curæ, quibus quoniam peccamus, irascitur.Nã cùm posset po-

pulo suo & opes, & regna largiri, sicut dederat antè Iudæis, quorū nos successores, & posteri sumus: idcirco cum voluit sub aliena ditione, atque imperio degere, ne rerum prosperarū fœlicitate corruptus, in luxuriā laberetur, ac Dei præcepta contemneret, sicut illi maiores nostri, qui sæpe terrenis, ac fragilibus his bonis eneruati, aberrauerunt à disciplina, & legis vincula ruperūt. Prouidit ergo, quatenus cultoribus suis præstaret quietem, si mandata seruâssent, & tamen eos emē daret, si pręceptis non obtemperâssent. Itaque ne tam corrumperentur otio, quàm patres eorum licentia, premi eos voluit ab iis, in quorum manibus eos collocauit, vt & labentes confirmet, & corruptos ad fortitudinem reparet, & fidos experiatur, ac tentet, donec pressuræ verberibus defluentem corrigat disciplinam. Hæc ex Lactātio, libro de iustitia, capite 23. Quapropter, si, autore Philosopho, prēmiis prouocandi sunt boni ad virtutes, mali pœna, insanabiles autem sunt exterminandi: quòd nimirum (diuo Bernardo teste) impunitas sit incuriæ soboles, insolētiæ mater, radix impudicitiæ, transgressionum nutrix: sed & qui vetat peccare quum possit, iubeat: & autore Seneca, consueta vitia seramus, nisi reprehendamus: cur itidem mirum cuiquam videri debet, si eodē pacto Deus ipse nobiscū agat? Si qui sua lege cautum sancitumque voluit, pro mensura delicti, fieri & plagarum modum: nobis similiter, qui tot peccatis sumus obnoxij, quæ iusto iudicio meremur, vtputa, tribulationem, iram, & anxietatem,

Aristoteles.

Bernardꝰ.

Deut. 25.

pari mensura,aut(vt conuenit) cumulatiore immittat?Si cùm oportunitas necessariæ reprehensionis emergit,malè meritos malè perdat,& vindicet?Si denique in obfirmatos,duros, & ceruicaces,asperiori quodam castigationis genere vtatur:in simpliciores verò,& minus malos, paulò mitius agat, & in vtrosque multò lenius, quàm addeceat tantam, qua hac tempestate quamplurimi tenentur occupati,inclementiam, duritiem, & cor pœnitere nescium?Impij siquidem,auctore Sapiente,secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt,qui vtique neglexerunt iustũ, & à domino recesserunt: à quo nimirum omnis sapientia(qua omnes affatim impartitur,nec opprobrat,vt est autor diuus Iacobus)manat, & est ante æuum.At qui(ait)sapientiam,& disciplinam abiicit,infœlix est,& vacua spes illius, & labores sine fructu,& inutilia opera.

Sapien.3.

Iaco.1.

A charitate argumentum.

Pręterea quemadmodum concordia res paruę crescunt,& discordia maximæ dilabuntur:ita accrescente feruida charitate, rationes pariter charitatis(à qua sanè proficiscitur quicquid est boni in rebus naturæ)subolescere necesse est.Dilabente autem ea,& refrigescente, dilabi & has oportet:aboleri insuper, & defloreſcere virtutis amorem,ac totius pietatis robur, atque firmamẽtum. Si tuo pectori virtutes inserueris,illius vitia sponte decedent:si vitia exemeris,virtutes vltro subibunt.Succumbunt,inquit Seneca, vitia virtutib⁹, si illa concitò odisse properaueris. Sic enim bonorum ac malorum constituta ratio est, vt se in-

uicē ſemper oppugnent, ſemper expellant. Vnde contigit, autore Hermete Triſmegiſto, in multis remanere malitiam defectu prudentię, ac ſcientię rerum omnium quæ ſunt. Ex intellectu enim religionis diuinæ, qua conſtituta ſunt omnia, contemptus, ſnedeláque naſcitur vitiorum totius mũdi. Perſeuerante autem imperitia, atque inſcitia, vitia omnia conualeſcunt, vulnerántque animam inſanabilibus vitijs: quæ eiſdem infecta, atque vitiata, quaſi venenis intumeſcit, niſi eorum, quorũ animarum diſciplina, & intellectus, ſumma curatio eſt. hæc ille. Mala itaque quò patent latius, hòc plus adferunt, ſecumque trahũt calamitatis, & miſeriæ. Atq; hinc ab his, quæ naturâ ſunt corruptelę obnoxia, deducamus exemplum. Quę ſanè nónne corrumpi neceſſe eſt, vbi eorum hæbuerit, languerit aut defecerit vigor? Nõne ligni, ferríque duritiem corrũpit caries, & rubigo, cùm vſu alterno carent, aut à proprio deficiunt exercitio? Secus, ferrum ſplendere conſueuit, dum nullo torpeſcit otio. Inſtrumenta ceſſant, inquit Seneca, niſi illa in opus ſuum artifex mouerit. Quid lanam lædit niſi ſitus, ac tinea, cum arcæ interclu ſa ergaſtulo, nulli adaptatur vſui? Rurſus quid aceſcit, & in deterius permutat vini fragrantiam, præterquam liquoris alicuius inſipida perfuſio? Quid item mellis dulcedinem, quàm amaritudo, inficit, & vitiat? infœlix lolium ſegetibus officit: grando & carbunculus vineæ nocẽt: virgulta, cęteraque plantaria locuſtarum, & bruchorum expediti exercitus depopulantur, ac vaſtant. Aliis

Hermes Triſmegiſtus.

A rebus corruptioni obnoxiis.

denique atque aliis corporibus ineſt aliquid corruptelę, qua eorum ſpecies, robur, & vigor quippiam patiantur detrimenti, ac labaſcant ſi à propria vi naturæ deficiant. Nihil nempe tam firmum, ſtabile, aut ſolidũ, cui periculum non ſit ab inualido. Mortalibus autẽ huius ſeculi cùm nihil ferè ſani ſuperſit, pietas, fidéſque penes eos modò delitiis, ac ſitu, modò officij inſcitia torpeat, & velut intermortua iaceat, charitas neglecta, in earumque locum ſubierint inquilinæ impietas, perfidia, impudicitia: ſuperbia inſuper (vt verbis diui Hieronimi vtar) libertatis loco ducatur, adulatio pro humilitate ſuſcipiatur, malitiam denique prudentiæ loco amplexetur quiſque: quis non meritò dicat, quin illi in morem operę longa intercapedine quieſcentis, minus habeant ſenſus ad virtutem exercitatos? Sícque tandem tot rerum incommoda, illos vndecunque excruciantia, eis à Deo iure immittantur? adeò vt neque per ſuum ipſorum ſcelus, eum patiantur iracunda ponere fulmina? Si, quoniam ipſorum peccata (vt eſt in diui Ioannis Apocalipſi) peruenerunt vſque ad cœlum, recordans itidem Dominus iniquitatum ipſorum, reddat eis, & duplicet duplicia, ſecundũ ſua ipſorum opera? Et quantum glorificauerunt ſe in deliciis peccatorum ſuorum, tantundem det illis tormenti, & luctus? Veniant denique vna die plagę eorum, mors, & luctus, & fames? Quandoquidem enim fortis eſt Dominus, qui eos diiudicat. Proinde hactenus ſanæ mentis nemo erit, arbitror, qui his ad calculos reuocatis, poſsit ambi-

Hebr. 5.

Apo. 18.

gere,eas calamitates, quas hoc tempore ſufferimus,noſtra promereri peccamina: quódque ſic extra diſciplinam ſumus (cuius participes facti ſunt noſtri maiores)in nos,ceu adulteros, tã acri vindicta vlciſcatur ille. Nec adhuc nihilominus tantiſper inde moueamur,vt à prauitate, & cordis noſtri duritia reſilientes,ad eum reuertamur: qui tãquam morigeris filiis, paterna quadam beneuolentia & alacritate ſe nobis propitius offert, & clemens. Quò fit,vt clamet Iſaias: Quoniam, inquit,populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe,& Dominum exercituum nõ requiſierũt,ideo in omnibus his non eſt auerſus furor Domini,ſed manus eius extẽta. Quandoquidem nunquid nõ (ait vir ille rectus Iob)perditio eſt iniquo,& alienatio Dei operantibus iniuſtitiã? Nónne ipſe cõſiderat vias noſtras, & cũctos greſſus noſtros dinumerat?Si ambulaui, inquit,in vanitate,& feſtinauit in dolo pes meus, appendet me in ſtatera iuſta, vt ſciat Deus ſimplicitatem meam. Si declinauit greſſus meus de via,& ſecutus eſt oculus meus cor meum: & ſi in manibus meis adhæſit macula,ſerã, & alius comedet, & progenies mea eradicabitur. Cui ſententiæ ſuffragatur & Ozee propheta,cùm ait:Perditio tua,ô Iſrael, ex te eſt. Quod veteri lege luculentiſsimè aperit ille, cùm Iſraelem & commonefacit, & ipſius, noſtræque ſub eius typo,prauæ libidini minitatur,in hęc verba.Si præceptis meis obedieritis, tribuam vobis, congruis temporibus,pluuiam volũtariam.Terra gignet germen ſuum,& pomis arbores redunda-

Hebr. 12.

Iſa. 9.

Iob 31.

Ozee 13.

Leuit. 26.

Perditio noſtra ex nobisipſis.

bunt. Apprehendet meſsium tritura vindemiam: contrà vindemia occupabit ſementem. Panibus ſaturabimini, citra ã quoquã incuſſum pauorem, terram veſtram placida pace incolentes. E regione, ſi mandata mea ſpreueritis, pactum quod vobiſcum pepigi ad irritum perducentes; viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui oculos veſtros conficiat. Fruſtra ſeretis ſemẽtem, ab hoſtibus mox deuorandam. Auerſabor vos, vt coruatis coram hoſtibus veſtris, & ſubiiciamini his qui vos oderunt: nemine etiãnum perſequente fugientes. Quò certè conteram aliquando ſuperbiam duritiæ veſtræ. Ex quibus quidem verbis ſatis videre licet, quicquid patimur, id nos merito noſtro pati: noſtrámque perditionem non aliunde, quàm ex nobis ipſis proficiſci.

Venusta exhortatio ad huius tempo vismurmu ratores.

Diſcutiat itaque ſe iam quiſque, qui velut Deo obmurmurans, ſe neſcire aſtruit, vnde tot nobis quotidie ſuppullulant rerum calamitates, & infortunia, ſi diuinis obtẽperet edictis, an non: ex quorum alioqui vel contemptu, vel adimpletione, quicquid mali patimur, aut nanciſcimur boni emergit, quemadmodum ex præhabitis ſententiis animaduertere eſt: & illic ceu in ſpeculo contempletur, & agnoſcat ſe earum rerum aut indẽnem, iuſtum denique aut iniuſtum, pium aut impium. Hæc enim ex lege diuina, ad noſtram ſanè conditionem ſcripta, deprõpta ſunt, indubitata res eſt: nullo tropo, nulla metaphora, nulla catachreſi adeò inuoluta, quò minus intelligas. Hinc ergo ſe quiſque exploret, ac liberrimè conſcientiam di-

scutiat,& examinet,quò se intimè agnoscat tantorum malorum,de quibus conqueritur,sontem, aut insontem:iustum denique,aut iniustum. Si se iustum,hoc est(vt hîc accipio) edictis diuinis,pro humanę fragilitatis captu,obtẽperantem reperet-rit,reperèrit similiter & harum calamitatum nos in dies lacessentium immunẽ.Indéque adeò summo rerum iudici gratias agat, per quem ei contigit, vt fide perductus sit in gratiam hanc, in qua stat, & gloriatur in spe gloriæ filiorũ Dei. Nec id solúm,sed glorietur in afflictionibus,quas ob pec cata aliena perpetitur : non vtique inscius quòd afflictio patientiam parit, patientia verò probationem,probatio autem spem:iuxta illud Psalmographi:Multe tribulationes iustorũ:sed de omnibus his liberabit eos dominus. Ad postremum summis votis Deũ efflagitet, vt in eo proposito perseueret fœlix, quò spes eũm non pudefaciat. Sin secus res habet,vt plus satis perspicuũ est, vt quid tanta tragœdia transgressori? Si dixerimus, inquit Ioannes, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Quis est enim homo iustus in terra,qui faciat bonum,& non peccet? Quis potest dicere,Mũdum est cor meum,purus sum a peccato?Quis est homo,vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? Ecce video sanctos Dei,nemo immutabilis.Periit enim sanctus de terra, & rectus in hominibus non est:& te purum & harum calamitatum indemnẽ reputabis,qui tot scates sceleribus?Si iustus,inquit Salomon,in terra recipit,

Rom.5. *Probat nos iustè multis his calamitatib⁹ affici.*

Ro.11.

1. Ioan.1. *Eccle.7.* *Pro.20.* *Iob.15.* *Mich.7.*

Prou.11. quãtò magis impius,& peccator? Et diuus Petrus
1.Pet.4. priori Canonica, Si vix iustus saluabitur, hoc est, variis multiplicibúsque malis,& periculis exercetur, vt ab illis saluus non fiat: impius & peccator vbi parebunt? Vnde alibi sic loquitur Sapiẽs: Impiis vsque in nouissimum, sine misericordia, ira
Sapiẽ. 19. superuenit. Ducit nempe illos ad hunc finem digna necessitas, vt eorum quæ illis accidunt commemorationẽ amittant,& quæ desunt tormẽtis, repleat punitio: mortẽ vtique illi nouã inuenientes. Malorũ enim amatores digni sunt morte, vt pote qui Dei laudem, & benedictionẽ effugiunt.

Atqui si Deus impiis,& iniustis non succenseat, nec pios illum iustósque diligere, fatẽdum est. In rebus siquidem ex diametro pugnantibus, aut in vtranque partem moueri necesse est, aut in neutram. Itaque qui bonos diligit (vt verbis Lactantij vtar) & malos odit: & qui malos non odit, nec bonos diligit: quia & diligere bonos, ex odio malorum prouenit: & malos odisse, ex bonorũ charitate proficiscitur. Nemo est enim qui amet vitam sine odio mortis: nec qui appetat lucem, nisi qui tenebras fugiat. Adeo naturâ ista connexa sunt, vt alterum sine altero fieri nequeat. Vnde
Eccle.7. Ecclesiasticus, Noli, inquit, facere mala, & te non apprehendent. Discede ab iniquitate,& deficient mala abs te. Rursus Azarias propheta, in libris Paralipomenon, regi Asa, omníque Iuda, & Beniamin in hãc sentẽtiã dicebat: Dominus vobiscum,
2.Par.15. quia fuistis cũ eo. Si enim eũ quæsieritis, inuenietis: si autẽ dereliqueritis, derelinquet vos. Porrò

Elegans antithesis.

(vt rem exemplo comprobem) si quis paterfami lias duos seruos dedititios habeat in sua familia, quorum alter cordatus & probus, alter vecors & improbus sit: num ambos odio, aut beneficiis, & honore prosequetur, & cumulabit? Minimè gentium, imò verò probum amicè alloquetur, & cõpluribus beneficijs donabit: suæ denique domui ac familię præficiet. Improbũ contrà, ceu durũ & peruicacẽ verberibus, nuditate, fame, siti, carcere, aliis denique atq; aliis angustiis domabit, & cicurabit, sic illius puniens vesaniam. Quò tãdem hic cæteris sit exemplo ad minimè peccandum: ille ad promerendum: vt alios metus in officio conti neat, honor alios ad decus prouocet. Id autem liquidò constat ex euangelica illa seruorum parabola, quam diuus Lucas recẽset, euangelij sui capite decimo nono. Quemadmodum itaque is qui diligit, confert bona in eos quos diligit, cõtrà ma la irrogat iis, quos odio prosequitur: haud secus etiam existima, nobiscum Deum nostrum agere. Nam cùm, teste Sapiente, sit illi inuisus impius, & impietas eius: & in Deuteronomio abominetur Dominus, & auersetur omnem iniustitiam, qua porrò tantopere tenentur obnoxij huius tempestatis homines, vt iniustus propemodum esset hã bẽdus is, cui quotidie occinitur, Iustus Dominus & iustitiam diligit, æquitatem cernit vultus eius: nisi vicissim, vt merentur, mala eis inferret: quæ tandem malis & iniustis tanta fiducia, vt perinde quasi iusti sint, & iniustus ille qui inferat iram, cęlum terre miscere non vereantur, quî fiat, vt tot

Ab exẽplo patrisfamilias.

Sapiẽ. 14.
Deut. 25.

Psal. 10.

quotidie, tantísque iactentur rerum anxietatibus, & incommodis? Atqui, vel Ethnico quodam autore, nec domus, nec respublica stare potest, si in ea nec rectè factis premia extent vlla, nec supplicia peccatis. Sed &, diuo autore Chrysostomo, si nullus malus supplicio afficeretur, nemo putaret Deo humanarum rerum curam imminere. Si omnes punirentur, nullus resurrectionem speraret futuram, quòd quasi merces hîc omnibus redderetur. Idcirco hîc punit quosdam, plerosque non punit: Ideo hîc premuntur iusti, quia peregrini & aduenæ sunt, atque in aliena patria viuunt. Iusti ergo probationis caussa hæc tolerant. Peccatores verò etsi quid aliquando patiantur, huiusmodi peccatorum pœnas expendunt. Vtraque autem pro nostra vtilitate molitur Deus, nihil odiés, aut auersans nos: sed curam nostri ac prouidentiam gerens.

Chrisostomus in Epist. 2. ad Thim. cap. 3.

Sed quid hoc tandem rei est? An hinc isti mussitatores cum Deo cõtendere, aut illum ad iustitiæ disceptationẽ prouocare nituntur? An ipsum iustitia non consummatum esse ambigunt? An malorum inuectorem putant, cùm propheticum illud audiunt, Nõ est malum in ciuitate, quod nõ faciat Dominus? Aut illud Isaię, Ego Dominus, & non alter, formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum? Aut denique illud Ecclesiastici, Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt? An inquam ob hoc putant, æquum illum rerum iudicem, mala citra caussam hominibus inuehere: quum id vel prisci illi

Amos, 3. Isaiæ, 45.

Eccle. 11.

ſci illi Philoſophi, qui paulùm admodum diuinæ ſapientiæ guſtauerũt, prorſus inficiati ſunt? Hinc Hermes ille Triſmegiſtus, Deus profectò, inquit, extra culpam malorum à nobis cauſſa venit, Nã mala bonis anteponim⁹. Et rurſus in Æſculapio: Vnica Deo gloria, omnium conſtitutio eſt: atque id eſt velut corpus dei effector. Ab ipſo profectò factore, nihil malum, nihilque turpe. Hæ ſiquidẽ paſsiones, ſunt ſequentes creata opera, quemadmodum ęs, rubigo, inanimata corpora limus. At neque faber ferrarius inducit rubiginem, neque inanimati corporis genitor cœnũ, ac ſordes: eodẽ modo nec Deus etiam malũ. Generationis autẽ perſeueratio, malum ſubrepere cogit, eáque de cauſſa mutationem Deus rebus inſtituit, ceu quã dam generationis ipſius purgationem. Et Æſculapius ad Ammonẽ regem: Dei enim eſt (inquit) bene facere: hominũ, piè, ſanctéq; colere: dęmonum, vlciſci. Nam hominũ facinora aut ſunt error, aut audacia, aut neceſsitas, quam fatum appellant, aut ignorãtia. Omnia hæc apud Deum in reprehenſionem non incurrunt: ſola impietas eſt obnoxia ſupplicio. Quam ſententiam Plato ille diuinus, libro quem de legibus edidit, confirmat in hũc modum: Bonus eſt Deus. Et quidem Deus cauſſa bonorum, malorum autem omnium, non cauſſa. Et Ariſtoteles in Metaphiſicis. In æternis non eſt malum, nec corruptio, nec peccatum. Et poëta.

Hermes Triſmegiſtus.

Plato.

Ariſtoteles.

Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoſte Mortales.

Vergil. 11. Æne.

Sed quid hiſce riuulis immoror, quum longè firmiorem habeamus Apoſtolicum propheticũque ſermonem, ex quo ceu fonte omnis ſcientię & veritatis vberrimo, affatim hæc ipſa hauriamus? & velut lucerna in caliginoſo loco ſplendidè lucente has, quibus circunuallantur illi, retegamus tenebras? Nemo, inquit, cùm tentatur, dicat ſe à Deo tentari. Deus enim intẽtator malorum eſt: ipſe autem neminem tentat. Quod perinde eſt ac ſi diceret: Cùm Deus ſuapte natura bonus ſit, & malorũ expers, malus eſſe non poteſt. Quò fit quidem, vt neminem tentet, hoc eſt, neminem ad malum ſollicitet. Quiddum? Vnuſquiſque, inquit, tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortẽ. Porrò quàm procul ſit ab eo, qui Deús nõ exiſtit mortuorum, ſed viuentium, hac item ſententia probat Salomon: Quoniam, inquit, Deus mortem nõ fecit, nec lętatur in perditione viuorum. Creauit enim vt eſſent omnia, & vt ſalutem conſequantur, fecit nationes orbis terrarum: & non eſt in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis: iniuſtitia autem mortis eſt acquiſitio. Nunquid (ait regius Pſaltes) adhęret tibi, ô Deus, ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in prȩcepto? Et Moiſes in cantico: Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate: iuſtus, & rectus. Nemini etenim, teſte Sapiẽte, mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatiũ

Iaco. 1.

Concupiſcẽtia fons omnium malorum.

Sapien. 1.

Pſal. 93.

Pſal. 109.

Deut. 32.

Eccl. 15.

peccandi: non enim concupiſcit multitudinem filiorum fidelium & inutilium. At ſanè cùm impij huius tẽporis homines, manibus & verbis eã ipſam iniuſtitiã, accerſant, & ęſtimãtes illã amicã, defluãt (digni ſunt enim morte, qui ſunt ex parte illius) appropinquent denique vſque ad portas illius: adhæc domus illorum viæ ſint inferi, penetrantes interiora mortis (quia teſte Sapiente, in ſemita iuſtitiæ, vita: Iter autem deuium, ducit ad mortem) quis hinc non coniiciat, nedum hebes, manare ſcaturiginem malorum omnium, quæ quotidie in vitam noſtram effunduntur: nimirũ ex ea cõcupiſcentia, quæ militat in membris noſtris? Vnde ſiquidem (idem ait Apoſtolus) bella, & lites in vobis? Nónne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? Concupiſcitis, & non habetis: occiditis, & zelatis, & non poteſtis adipiſci. Litigatis, & belligeratis: non habetis, propterea quòd non poſtulatis. Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis, vt in concupiſcẽtiis veſtris inſumatis. Adulteri, neſcitis quòd amicitia huius mundi, inimica eſt Dei? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.

Pſal. 106.

Prou. 7.

Iaco. 4.

Amicitia mundi, eſt Deo inimicitia.

Ex his itaque ſententiis perſpicuum eſt, illos non parum allucinari, qui quæ in dies tolerant, & patiuntur, in Deum tanquam iniquarum rerũ autorem, ſuo murmure retorquere videntur, quum è diuerſo ex ſuis ſceleribus, quorum ſunt immemores, ea ſolùm proueniant: à patre verò luminum, omne datum optimum, & omne donũ per-

Iaco. 1.

fectum descendat. Alioqui, quis (inquit ille per
Isa.50. Isaiam) liber est repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Nullus sanè. Quid ergo? Ecce (ait) in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: quia veni, & non erat vir, haud dubiè qui faceret bonum: vocaui, & non erat qui audiret. Nunquid etenim abbreuiata, & paruula facta est manus mea, vt nō possim redimere? aut non est in me virtus ad liberādum? Au-
Isa.59. det item Isaias. Ecce, inquit, nō est abbreuiata manus domini, vt saluare nequeat: neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat: sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Quinetiam (inquit Ieremias) prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber nō fuit: ob id videlicet, quòd cùm frons mulieris meretricis facta sit vobis, nolitis erubescere. Quid ergo vultis mecum iudicio contendere, dicit Dominus, & nitimini bonam ostendere viam vestram, ad quęrendum dilectionem? Omnes dereliquistis me, dicit Dominꝰ, frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator. Insuper malitias vestras docuisti vias tuas, & in oris vestimentorū tuorum, iuuētus est sanguis animarum pauperum, & innocentium. Et dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum: propterea auertatur furor tuus à me. At ego iudicio contēdam tecum, eo quòd dixeris, Nō peccaui: & item

Peccata nostra nos à Deo seiungunt.
Ierem.3.
Ibidem 2.

reliqua quæ illic habentur. Vbi quidem ostendit propheta quicquid patimur, id nostra peccata iure mereri, dignéq; cõtingere vt die ac nocte grauetur super nos manus Domini: affligamur denique, & humiliemur nimis, rugiẽtes à gemitu cordis nostri. Quia, eodẽ teste Psalmographo, multa flagella debentur peccatori: sperantem autem in Domino misericordia circundabit. Vis rursus proferam & alium testem nõ minus fidelem, qui tuam vesaniam, crassamq; ignorantiam, imò certam malitiam, imò nequitiam, & cor impœnitẽs in præceps deiiciat: quò tandem in ore duorum, triũm ve fide dignor testiũ, stet omne verbũ? Accede huc Ozee propheta, exili in medium, clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocẽ tuã: nuncia populo huic in diuina prescripta agẽti, peccata sua: peruicaces huius infidelis, & in Deum mussitãtis generationis mẽtes, malleo spiritꝰ cõtũde, quæ se mundam astruit, & nõ est, se à nequitia & corruptelis alienã putat, sed fallitur. Audite, inquit, sermonem Domini: Quia iudicium Domini est aduersus incolas terræ, eò quòd neque misericordia neque agnitio Dei sit super terram: sed execratio, & mẽdacium, & cædes, & furtum, & adulterium inũdauerint, sanguíq; sanguinem tetigerit. Quæ omnia ne putares diuinam non subsecuturã vindictam, Propter hoc, inquit, lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Hanc sententiã diuus interpretans Cyprianus tractatu primo in Demetriũ: Ecce, inquit, Deũ indignari ait prophe ta, & in incolas terræ irasci, eo quòd nõ agnosca-

Psal.31. *Psal.37.* *Deut.17.* *Ozee 4.* *Cyprian.*

tur in terris,nec timeatur:indéque adeo illos increpare ob mendaciorũ,libidinũ,fraudũ,crudelitatum,fœnorũ,blaſphemiarũ,impietatum, hæreſum denique paſsim graſſantia ſcelera : quem tamen cernas inde ad vitę prioris pœnitentiã conuerti?indignantur nihilominus,moleſtóque ferimus animo,Deũ nobis iraſci,quaſi boni quippiã ſceleratè & perditè viuẽdo,iure mereamur : perinde atque hæc omnia quę accidunt,non minora adhuc ſint,& leuiora peccatis noſtris. De ſterilitate, aut inopię magnitudine querimur:quaſi verò aſperiorem famem ſiccitas ſecũ ferat,quàm auaritia. Aut maiorẽ ſtragẽ mortalibus inferat fames:aut ex cõcitatis, exundãtibúſque fluminib⁹, aut deniq; ex cœleſtibus corporib⁹ parũ cõmodè cõiũctis,plus incõmodi capiatur,quàm ex rapacitate. Quum nimirum ita vbertatis magnitudinẽ perdat auaritię magnitudo:déque acceptis prouẽtuum incrementis,& prędiorum cumulis,flagrantior vbique ardor acquirẽdi increſcat.Querimur inſuper cœlũ claudi imbribus,quũ ſic horrea paupertibus claudãtur in terris.Querimur minus quã olim fructuũ à terra progigni,quum noſtri ſolùm cauſſa videre videamur à Deo donari.Querimur denique ex quibus rebus ſumma proficiſci debet vtilitas,ex eiſdem extremã naſci pernicię,quũ eã nobis accerſamus vltronei,ac volentes.Peſtẽ atque luem indignabundi criminamur, quũ omni peſte vel lue exitialiora detegantur quotidie, vel etiam augeãtur ſingulorum crimina, in eo quòd nõ ſolùm ex inopia laborantibus quicquã adhi-

Auaritia omni ſiccitate, et ſterilitate aſperior.

Siccitas,et alia temporum incommoda ex pauperum negletu.

betur misericordię: sed (quod pernicios⁹ est) eorum bonis & possessionibus, velut corui, quisque inhiet. Adeo tãtus, ac in dies magis ac magis inualescẽs pestiũ terror, dare nequit innocẽtiæ disciplinã: vt inter populũ frequenti strage moriẽtẽ vel cõsideret se aliquis esse mortalẽ. Passim discurritur, rapitur, occupatur. Prędandi dissimulatio nulla, nulla cunctatio est. Quasi concessum sit, aut licitum, aut certè opportunum. Quasi ille qui rapit, damnũ non sentiret, si quid tale illi contingeret: ita à rapina nemo remittit animũ. Viarũ grassatoribus inest quid scelerũ verecũdię, vastas solitudines, & loca abrupta deligunt sibi, quò sic delitescentes, suum illic exerceant sceleris negotium. Auaritia verò nulla verecundia remoratur, quum palam sęuiat, & ipsa sua tuta audacia, in fori luce abruptæ cupiditatis arma prostituat.

Pestis.

Prædatio.

A viarum grassatoribus.

Abi iam, & te hac mẽsura metire, diligenter perpendẽs, num nostra hac tempestate hęc locũ habeant, idque cõmunius, & idcirco detestabilius, quàm hîc recẽsẽtur. Quę cùm ita habere videris, dic tandẽ nos, earũ calamitatũ, quibus tantopere in dies afficimur, indẽnes esse, aut caussam nescire, vnde suboriãtur. Quod q.d quęso aliud est, quã eo morbi genere teneri, quod ęgris mali ac doloris sensum eripere tradũt medici? Quo sanè quãtò quisque grauius ęgrotat, tantò minus admittit opẽ medicantis. A quo profectò morbi genere, si tãdẽ curari volum⁹, eã, q̃ oculos mẽtis nostrę excęcat, mẽbranã tãtisper detegam⁹ oportet, dũ quę in dies patimur rerum discrimina, nostris meritis

Phreneſis huius ætatis mortalium.

accidere perpendentes, miremur potius, tam leui misericordia nobiscum hucusque Deũ nostrum egisse, vt iam olim ad suum imperium tot scelerũ agmine grauatos ima tellus non absorpserit, & infernus non deglutierit viuentes, cum seditiosorum illorum hominum turba Chore, Dathan, & Abiron. Dicamúsque cum Propheta,

Thre. 3. Misericordiæ Domini, quòd non sumus consumpti nos: non enim defecerunt miserationes

1. Cor. 10. eius. Et cum ter maximo illo Gentium doctore Paulo: Fidelis Deus, qui hactenus non passus est nos tentari supra quàm potuimus, sed fecit etiam cum tentatione prouentum, vt valeremus eius iram in nos concitatam sustinere. Quia, vt rex

2. Para. 36 ille scelestus Manasses ob sua facinora graui ferri pondere pressus dicebat, Quamuis insustentabilis sit ira diuina in peccatores, immensa tamen est, & inuestigabilis misericordia promissionis

Psal. 96. sue. Et, vt dicit Dauid, Altissimus Dominus super omnem terram, lõganimis quoque, & multũ misericors, pœnitens denique super malitiam hominum: eorúmque potissimùm, qui ei promptè flectunt genua cordis sui. Quia non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur. Atqui non adhuc secũdum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Et Ieremias, Bonus, inquit, Dominus sperantibus in eum, animę quęrenti illum.

Thre. 3. Quia si quis se abiecerit, illius miserebitur, secun-

dum multitudinem misericordiarũ suarum. Quid ergo (ait) murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis? Scrutetur potius quisque vias suas, & quęrat, ac reuertatur ad Dominũ. Leuet ad eũ cor suũ cũ manibus in cœlos, donec illius misereatur, dicẽs: Nos iniquè egimus, & te ad iracundiã prouocauimus, idcirco ipse inexorabilis es. Oppo- *Psal. 122.* suimus nubem tibi, ne nostra transeat oratio. At *Psal. 102.* nunc miserere nostri Domine, quia multum repleti sumus despectione, & opprobrio. Ea sunt profecto, quæ (si veri christiani essemus) exequi par esset, & congruum, vt nimirum morbum nostrum agnoscentes, salutaris medelæ remedia per Christum à Deo supremo rerum moderatore efflagitaremus humiles: non verò vt eum iniustitię propemodum argueremus tumidi, cùm pro merito scelus nostrum variis afflictionibus expiat. In hęc si pro virium conatu incumberemus, haud credere dignum est, quin auditam nobis idemidem faceret misericordiam suam, notámque fa- *Psal. 142.* ceret viam in qua ambularemus: doceret denique facere voluntatem suam, & eriperet nos de inimicis nostris. Sed & Spiritus suus bonus nos tandem deduceret in terram rectam, & propter nomen suum viuificaret nos in æquitate sua, educens de tribulatione animã nostram, & in misericordia sua disperdens omnes inimicos nostros, sic tandem illius serui effecti.

Operis dimissio, vbi causa redditur, quare sit hoc opus aggressus.

Verùmenim verò quoniam huius tẽporis homines mihi videntur his nihil, aut parum moueri, sed suis tantùm vitiis palpum obtrudere: eã ob rẽ

inceſsit mihi cupido,quatuor potiſsimùm elicere cauſſas,quas patefaciam ex his, quę antè fuſius & indiſcriminatim aperuimus: quibus eas calamitates,quas quotidie ſufferimus,nõ rerũ euentu, aut fortuitò(vt quidã exiſtimant)ſed ipſorum peccatis metiendas eſſe,pateſcat.Et id quidẽ ĩprimis, quò eorum abſurdę cõqueſtioni,ne dicam impię amentię ceu antidoto quopiã ſuccurſum ſit, & ſatisfactum.Tum quò tantorum malorum miſerẽda imagine audientiũ, legentiúmque hoc quãtulũcunque eſt operis, pectoribus inſerta : ſuæ etiã tandem prioris vitę emendandę cupiditatem ingenerem:vt hinc poſsint illi aliquãdo , Deo opt. max.auxiliãte,ad meliora,ſalubrioráq; cõſilia reuocari.Tũ deniq;ego,q ad publicã orbis Chriſtiani calamitatẽ,&in dies magis ac magis inualeſcẽs diſpẽdiũ ingemiſco(vt eſt ingenui, & Chriſtiana philoſophia imbuti pectoris)graſſanti huic latius malo præſentaneum pro virili remediũ , ceu validiſsimo & periclitãti morbo qualecunque pharmacũ, adferam:quò ſi malũ funditus hominum pectori adimi non poſsit,certé vel leniatur.Cętterum cuilibet cauſſę extremũ colophonem impoſiturus,oſtendã diuinarũ ſcripturarũ teſtimonio, hęc omnia,ſigna eſſe,totius orbis occaſum haud procul abeſſe ſignificantia. Non tamẽ quaſi Pythius Apollo(cuius oracula certiſsima,& maximè veridica apud priſcos cenſebantur) certa vt ſint, & fixa prorſus quæ dixero : ſed vt homunculus vnus è multis probabilia, diuinarũ ſcripturarum coniectura,inſequens. Vltrą enim,circa hæc,quò

progrediar,quàm vt verisimilia videam, non habeo,cùm sciat solus ille qui & percipi ea temporum momenta nostrũ non esse profitetur, quæ pater suus posuisset in sua solius potestate. Sed & cum Lactantio non tam arrogantes sumus, vt comprehẽsam nostro ingenio veritatem gloriemur:sed doctrinam Dei tãtùm sequimur, qui scire solus potest,& reuelare secreta. *Actu.1.*

Vna ergo, qua in nos diuinam iram concitamus caussa, oboritur ex detestanda, effrenique Deum deierandi assiduitate,simul & impunitate. *Quatuo caussæ earum calamitatum quas quotidie perferimus.*

Altera,ex sacrę Dei ecclesię quorundam huius seculi pastorum damnanda auaritia, ouiúmque suarum neglectu.

Tertia,ex charitatis(quę finis legis euangelicæ dicitur)contemptu,cum sui cuiusque admiratione nimia.

Quarta,ex virulentarum hæresẽon, nunc vbique glisscentium,sibilanti rabie,fidem catholicam fuco prauitatis maculante.

Quarum quidem caussarum,quantum quamque detestetur,& quàm horrẽda prosequatur vindicta,rerũ ille omniũ vel vnicus arbiter, per prophetã suum Amos luculenter demonstrat,dum quibusdam methonimiis, octo populos quatuor grauissimis sceleribus obnoxios taxat: nec eos quidem se ad pœnitẽtiam recepturum,nec quicquam impensurum misericordiæ, sed scelerum vltore igne prorsum consumendos denunciat. Eas porrò in fine cuiusque caussæ, sum rursum explicaturus,Nunc à prima auspicemur. *Amos,1. 2.*

DETESTANDAM, EFFRENEMQVE DEVM DEIERANDI ASsiduitatem, simul & impunitatem, primam caussam esse, cur tot afficimur calamitatibus.

Liber secundus.

Lex triplex.

Triplicem itaque ferè legem (quam nos imperandi, prohibendíque scientiã meritò nuncupamus) omnibus ferè patrum monimentis memoriæ proditũ esse, nemo est, qui, si primoribus labris literas attigerit, non fateatur: vt pura Naturæ, Mosaicæ, & Euangelicæ. Ad quorum ideam, & iudicialem conditam esse, indéque velut appendicem quandam defluere, iuris prudentiæ candidati affirmant. Eam nos ius ciuile, aut forense, aut gentium dicimus, hoc est, interprete Marco Tullio, dogma hominum sapientum, quod in generis humani societate situm est. Harum porrò omnium legum solerti industria, præcepto, cautione, senatuum denique consulto, vetitum est, ne summi illius Dei modis omnibus venerandum nomen, inconsultò, ac citra rationem, à quoquam assumeretur. Nimirum quòd extrema impietatis linea censeretur esse, illum, in quo viuimus, mouemur, & sumus, aliqua affici contumelia. Hoc imprimis perpenderũt illustratione quadam speciali diuini

Lex iudicialis, appendix legis diuinæ.

Lex naturæ.

luminis,& inspiratione infusionéque diuinæ sciẽtiæ,non solũ Adam,Abraham, Isaac,Iacob,cæteríq; illi celebrandi patres, qui sub lege naturæ degerunt:verùm etiam illi, qui insanientis sapientię tantũ studiosi, Dei sacrã ignorârunt philosophiã, nec gustauerunt donum cœleste, participes effecti spiritus sancti,aut bonum Dei verbum, virtutésq; venturi sęculi hauserunt. Cùm enim tantùm sibi ipsis(vt Paulꝰ ait)lex existerẽt,opus legis scriptum in cordibus suis humana ratione deprehẽdentes,ostendebant,exprimebántq; attestante illorum cõscięntia,& cogitationibus inter se accusantibus,aut etiam defendentibus. Erat quippe in illis domina illa omniũ(vt verbis Ciceronis vtar) & regina ratio, hoc est,cõsignata in eorũ animis notio, non minùs quàm nobis inest:profecta qui dẽ illa à rerum natura,& ad rectè faciẽdũ impellens,& à delicto auocans. Qua vtique appetitus omnes suos,affectúsque & contraherent,& sedarent: atque demum ita excitarent animaduersionem,& diligentiam,vt ne quid temere, ac fortuitò,inconsideratè, aut negligenter agerent. Quæ alioqui non tum demum(vt idem asserit) incepit lex esse,cùm scripta est,sed tunc,cùm orta est. Orta est autem cum mente diuina. Quamobrem (inquit) lex vera, atque princeps apta ad iubendum,& ad vetandum, ratio est summi Dei. Quæ vt patrimonium homini ab homine relinquitur,sic illa homini à Deo:& cùm per se connexa, & progressa est longius,fit perfecta virtus, indéque adeò ritè sapientia nominatur. Quò fit qui-

Hcb.3.

Rom.2.

Ratio domina ac regina omnium.

Cicero,2. de legibꝰ.

dem, vt non abs re illa Phocylidis, viri cum primis à Græcis celebratæ sapientiæ, à nostris maioribus laudata sit sententia: Non iurabis neque pure, neque sponte. Cuius rei rationem inferens cultioris ille literaturæ consultissimus, quem paulò antè adduximꝰ, Cicero: Nec fides (inquit) nec iusiurādū debet esse cōmune. Nā falsum iurare, peierare est. Periurij autē pœna, diuina exitū, humana dedecus. Quò fit rursus, vt Menāder ille Græcus eleganter censuerit, improborum virorum iusiurandum in aqua scribi oportere. Ratus, quantum coniicio, deierantis aut vltricibus aquis delendam memoriam, aut protinus à Deo ipso exigendam vindictam: iuxta illud grauissimi poetæ:

Phocydes.

Cicero.

Menāder.

Iuuenalis. saty. 13.

Nulláne periuri capitis, fraudísque nefandæ
Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena.

Et Tibullus.

Tibul li. 1. Elegia 9.

Ah miser, & si quis primò periuria cælat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Hinc denuo Menander, vnumquemlibet in id mali propensum exhortans, Iusiurādum fuge, & si iustè fugias. Rursus: Deum deierans, ne putes latere. Et Pythagoras: Venerare iusiurandum. Refert Iuuenalis huic rei satis cōsectarium exemplum, sed hac ętate vulgò nimiùm receptum, quò magis deplorandum (si quid tamen fidei interim adhibendum est poëtis) Spartanum videlicet quē dam, Pythiam Apollinis vatem adiisse, rogaturū nunnam inultum ferre posset,

Menāder.

Pythagoras.

Iuuenal. sat. 13.

-quod non dubitaret
Depositum retinere, & fraudem iure tueri

Iurando. Quærebat enim quæ numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.

Quẽ quũ scitè, & pro experto docuisset Pythias haud impunitum quondam futurum, illéque par uipendẽs hæc ipsa subrideret, mox vatis responsum diuina subsecuta vindicta,

Extinctus (inquit) *tota pariter cum prole, domóque.*

Hac in re proximè accedens sententiæ illius sapiẽtiæ studiosioris Thaletis, qui rogatus, an facta hominũ Deos fallerent, Nec cogitata: inquit. Vt hoc sanè dicto nos instrueret, nõ solũ manus, sed mẽtes etiã puras habere debere, cùm secretis cogitationib⁹ nostris cœleste numẽ adesse credidissem⁹. Quin etiã si Deũ ipsum cælare possem⁹, nihil tamẽ iniustè cõmittendũ. At multò minùs iniuriis lacessendus venit. Vnde nullũ sceleratius flagitium, & in quod velocius, acriúsve diuina vltio desęuiat, quàm negare Deũ, aut illius nomen perperã deierare affirmârunt Stoici: à qua sententia nec multũ etiã abhorruerũt Peripatetici. Alioqui quonã pacto diceres apud quosdã Ethnicos quõdã factũ fuisse, vt tantę infamię notaretur, qui per Deos prophanos, aut Iouẽ lapidẽ iurâssent, nisi eorũ mentibus inhęsisset (Stoicorũ vtiq; ac Peripateticorũ freti sentẽtia) hoc extremũ esse malũ, & penè inexpiabile facinus? Ex quo sanè tã religiosa apud eos inoleuerat cõsuetudo, vt pueri qui vellent iurare per Herculẽ, nõ sinerẽtur id facere sub tecto, sed iuberẽtur sub diuũ secedere. In hoc toti, vt vel hoc more docerentur iurare parci⁹, & circũspectius. Apud Ægyptios fas nõ erat, nomẽ Mercurij legislatoris sui, temere vulgò proferre.

Thaleti.

Stoici et Peripatetici grãde flagitium existimauerunt deierare nomẽ Domini.

Religiosa Ethnicorũ iurandi cõsuetudo.

Egyptij.

Romani. Apud Romanos itidem inhibebatur flamini diali, quouismodo iurare. Cuius quidē religionis ab Erasmo, eo libello quem de lingua inscripsit, variæ causſæ redduntur: quas sanè, ne diutius eis immorer, nunc omittendas censeo, obiter hîc vná vel præcipuam affigens. Nimirum qūòd periurus (inquit) velut impius, inuisus sit numini, & periurij periculo vicinus est quisquis iurat, ne si homo impius, quique deos habet iratos, pro ciuitate vota suscipiat, citius prouocet iram numinū, quàm fauorem impetret. Hoc in animum scelesti, inquit Plautus in prologo Rudentis, inducunt suū, Iouem placare se posse omnibus hostiis. Sed operam & sumptum perdunt: atque id ideo fit, quia nihil ei acceptum est à periuris. Supplicij facilius pius à diis supplicās, quàm qui scelestus est, inueniet veniam sibi. Atque hæc paucis, & iis qui tātùm lege naturæ donati, siue legē fidei, siue adminiculo diuinæ scripturæ, à iureiurando temerario, periuriòque, summopere cauerunt.

Plautus.

Lex scripta, seu Mosaica. Quæ si ita fecerunt illi, quid aut dicendum, aut çstimandum de iis, quibus non ea ipsa solùm lege tabulis animi sui insculpta, sed & stylo diuini spiritus tum lapidibus, tum chartaceis membranis scripta frui datum est: nec tamen tanta cura & solitudine abhorrent ab hoc crimine, quanta illi superstitione verius, quàm religione moti à spurcorum Deorum suorum conuitiis abstinuerunt sese? An isti putant fortè plus illis adfuisse rationis, qua hoc indignum facinus effugerent, qui paulùm admodū diuinæ naturæ hauserunt: quàm nobis,

Ioan. 1.

nobis, qui auctore diuo Ioanne, primitias spiritus habentes, de plenitudine Dei gratiæ accepimus? Lex nempe per Moysem data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta. Porro si inuisibilia Dei, diuo Paulo teste, à creatura mundi, per ea solùm quæ facta sunt, & cõspecta, & intellecta fuere ab iis, qui naturę instinctu tantùm donati sunt: quid de illis existimãdũ, quibus sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas est eo modo, quo lucidior nõ est hoc in seculo, propalata, & exhibita? An non prodigiosum meritò videri debet, vt ij quibus apparuit gratia Dei omnibus salutifera hominibus: illos nimirum erudiens, vt abnegata omni impietate, & mundanis concupiscentiis, & sobrius, & iustius viuerẽt in hoc seculo, quàm cũ errore tenerẽtur gentilium, pro tantis sibi repositis meritis, execrandis conuitiis eum afficiant? Prodigiosum sanè, & diuina vltione dignum, vel etiam bene meritum homunculum contumeliis afficere, nedum summum illum rerum omnium fabricatorem. Qui alioqui dedit semetipsum pro nobis, vt nos (inquit Paulus) redimeret ab omni iniquitate, & mũdaret sibi populum peculiarem, sectatorémque bonorum operum.

Ioan.1.

Rom.1.

Tit.2.

Christi beneficia erga hominem.

Perpendens itaq; (vt à ratione, quà lex fuit promulgãda, incipiam) summus ille rerum moderator multam malitiam esse in terra, & omnẽ cogitationem eorum in malum propẽsissimam, indéque adeò naturæ legem penes illos prorsum defecisse, nec alicuius momenti haberi peccatum: vt tandem se peccare, cùm Deum offenderent,

Lex scripta qua de causa promulganda fuit. Gene.6.

agnoscerẽt,eúmque contumeliis afficere,quoties suum sacrosanctum nomen perperam assumerẽt, scitum quiddã eis, ídque literis deformatũ cuiuslibet in posterum tergiuersationis, ac ignorantiæ illis pręcludendę ansæ gratia,promulgauit.Quod sanè quamuis homini infusum fuisset à principio: nihilominus quia illius malitia vitiatũ, ea de caussa iterum promulgãdum fuit:atque culpæ,& malitiæ iam latius peruagantis coercendæ, ac vindicandæ gratia,constituendum. Id nos legem Mosaicam vulgò appellamus.Qua porrò rebellibus, & dura ceruice virtuti obnitẽtibus, circũspectissima religione sancitum fuit, vt octo pœnarum generibus plecterentur,damno,vinculis,verberibus,talione,ignominia,exilio,seruitute,morte denique ipsa,qui deintegro huius vetiti septa transilirẽt.Vt quos ipsa natura (vt verbis Ciceronis vtar) retinere in officio non posset, magnitudine pœnæ maleficio sumouerẽtur.Quia quemadmodum verus iustus, atque honestus labor, honoribus,præmiis,ac splendore decorari debet : ita vitia hominũ, atque fraudes, reliquáve scelera dãnis,ignominiis,vinculis,verberibus,exiliis, morte denique mulctanda veniunt. Quotus quisque enim reperietur, qui impunitate proposita,abstinere possit iniuria? Impunitas namque,peccandi maxima est illecebra. Quapropter compluribus in locis apud legem Mosaicam repereris, cautum fuisse,vt omnis, qui nomen Dei sui vltro, ac citra caussam deieraſſet, nõ impunè ferre deberet: verùm simul atque peieraſſet, absque vlla venia de-

Octo pœnarum genera legis antiquæ transgressoribus indita.

1.de Orat.

Leuit.5.

beret lapidibus obrui. Sed & eadem mulctãdum vindicta, qui abiurantis consçius, deferre iudici distuliſſet. Quod vt exemplo firmaretur, Iſraëlitæ in quemdam ex ſuis, Deum blaſphemia impetentem, ſimul alterum iniuriis afficientem, idipſum exercuerunt. Eo nempe comprehenſo, & in vincula coniecto, cùm quid de eo agẽdum decerneret rogaſſent Dominum, velut rerum omnium æquiſsimum iudicem: tum protinus ille lapidum grandine exigẽdam vindictá, oraculo edixit: quò imprimis, reliquis terror, ſi pudore diuino non coercerentur, ne in tã audax facinus prorumperent, néve in eũdem (quod dicitur) impingerent lapidem, incuteretur. Nẽpe quòd (vt vulgò fertur) bonis noceat, quicquid indulgetur malis: veterémq; ferendo iniuriam, ad nouã quiſque inuitetur. Neq; enim, poëta teſte, lex iuſtior vlla eſt, quàm necis artifices, arte perire ſua. Et (ſi quid Tullio credimus) nõ ſatis eſt eum qui laceſsierit, iniurię ſuæ pœnitere: ſed pœna afficiendus venit, ne quid ipſe tale poſthac committat, & cęteri ſint ad iniuriã tardiores. Eſtque vtilius vnius improbi ſupplicio, multorũ improbitatẽ coercere: quã ppter multos improbos vni parcere. Quò fit quidem vt ad hunc modũ D. Paulus ſuum Timothęũ commonefaciat: Peccantes corã omnibus argue, vt & ceteri timorẽ habeãt. Deinde, vt Dominus oſtẽderet ſuo præſcripto, in euidenti ſcelere lõgũ publicę quæſtionis tempus expectandũ non eſſe. Nempe quòd, autore D. Hieron. cõuinci non habeat, quod ſua ſtatim profeſsione blaſphemũ eſt.

Deierant nomẽ Dñi, lapidibus obruuntur.

1. Tim. 5.

Hebr.6. Omnis enim controuersiæ finis ad confirmationem, aut condemnationem, est veritatis inquisitio: blasphemia autem veniã nõ meretur. Vnde
Leuit.24. in Leuitico dicitur: Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum. Et qui blasphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur. Lapidibus obruet eum omnis multitudo populi: siue ille sit ciuis, siue peregrinus. Qui blasphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur. Quæ bis repetita sentẽtia, quóáq; morte moriatur edicit, sceleris grauitatem arguit. Quod & vir ille rectus & timens Deum Iob, spiritu prophetico, cuiq; nominis Dei
Iob 34. sui conuiciatori imprecans. Ne desinas, inquit, Deus ab homine iniquitatis, qui addit super peccata sua blasphemiã. Blasphematores vtique, homines iniquitatis appellãs, iuxta quod eidem Iob improperat Eliphas Themanites, cùm illũ de sapientiæ munditiæq; arrogantia, & vendicatione
Iob 15. obiurgat, in hunc modum. Quantum in te est, inquit, euacuâsti timorẽ, & detraxisti ipsi Deo. Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. Vnde D. Augustinus asserit
August. non minori peccato obnoxios fieri, qui blasphemant Christum regnantem in cœlis, quàm qui cruci affixerunt degentem in terris.

Quæ res cùm ita habeat, quid futurũ existimas de his, quos hac tempestate mundus infœliciter alit, & patitur, qui vsqueadeo sunt huic vitio addicti, vt vix vnum, aut alterum verbum efferre possint, quin tam dira illum deierẽt blasphemia,
Eccl.27. ac detestentur, vt horripilationem capiti piorum

Christianorum statuant, & ipsius irreuerẽtia obturationem aurium? At cur æqua istius tam horrendi sceleris pensatio, vt ex eorũ ore extirpetur, suum non sortitur vigorem apud nos, perinde atque apud Iudæos, aut Ethnicos? Cur minorem animi feruorem seruatori nostro præstamus, quàm illi suis diis præstiterunt? Cur lege Christiana plus sceleris illis permittitur, quàm sub lege Naturali, vel Mosaica degentibus, permissũ est? An quod id Christus sua lege non vetuerit? Aut certè, q̃ eius sanguine renatis plus fortè sit libertatis in scelere eóq; in scelere, quo non est sceleratius vllum, aut execrabilius, quàm cuiuis alteri aut lege naturæ duntaxat insignito, aut Mosaica fulto? Absit hoc à Christiana pietate. Illud enim Euãgelio suo solerter interminatus est diuinus ille legifer Christus, vt qui nõ venerit legem veterẽ soluturus, sed quod minus erat perfecturus: idque dum quod lõga verborum serie præcipiebatur, in tam compendiosum sermonem redegit, vt paucissimis his vocibus, est est, non nõ, consistere voluerit. Quod nihilominus nõ alia lege neq; omine feciſſe existimandus est, nisi quòd suos instruere vellet, iusiurandi consuetudinem, periurij vsum plerumq; consequi. Ceu quemadmodum difficillimum est in multiloquio deesse peccatũ: ita vix fieri posse, frequenter deierantem, in periurij crimẽ non incidere: hoc est autem Christi præscriptũ. Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, Non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, nõ iurare omnino, neq; per cœlũ: quia

Docet Euangelica lege blasphemiæ crimen vitãdum.

Prou. 10.

Mat. 5.

thronus Dei est: neq; per terrã, quia scabellum est pedũ eius: neq; per Hierosolimã, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuũ iuraueris, quia nõ potes vnũ capillum album facere, aut nigrũ. Sit autem sermo vester, est est, non non. Quod enim his abundantius est, à malo est.

Percellit Christus duritiem Iudæorũ, exemplo Ethnicorum.

Habes iam ex trifaria lege probabile testimonium (si tamen Christiana pietas sufferat interim quicquã adduci ex prophanis monimentis, quod sacris accinat: quãquam Christus ipse his exẽplis, & institutis velut efficacib⁹, percellere assolet Iudaicæ gentis duritiem, illi ingerens Cananeam, Centuriones, Publicanos, Peccatores, Reginam Sabæ, Niniuitas, Tyrios, atq; Sidonios) quo quidẽ facilè & videas, & iudices, quàm extremũ sit piaculũ, quàm ingens facinus, quàm Deo crimen inuisum, sacrosanctum nomen suum cõuitiis impetere. Quando etiam (vt verbis D. Hilarij vtar) veritas ipsa non solùm nos reddere Deo sacramẽta non patitur, sed tanta seueritate voluit nos in totum non iurare, vt etiam superstitionẽ veteris cõtumaciæ condemnet, nimirum quòd omnis Dei veritas dicti factíque nostri simplicitate retinenda sit. His enim elementorum nominibus, Iudæis religio erat iurare, & cœli, & terræ, & Hierusalẽ, sed & capitis sui: quibus in cõtumeliam diuini sacramenti venerationem deferebant. At tu Christiane, quonã pacto hoc facinorosum crimen tibi impunitius, aut licẽtius concedi putas, quàm illis? Minus pendis Christi sanguinem tui caussa effusum, quàm Iudæi suam religionẽ, imò verius su-

Hilarius in Mat.

Iudæorũ in iurando religio.

perſtitionē? aut quàm Ethnici ſuum Iouem, Herculem, Venerem, Mercurium, Dianam, Palladē, Apollinem, & id genus ſuperſtitioſorū atq; ſpurcorū deorū figmēta? Proinde pudeat, pudeat, inquā, te omnibus diuinæ religionis ſacramētis imbutū, vel in hoc Iudæis, imò & Ethnicis, eſſe imperfectiorem. Quum certè illi naturæ tātùm ductu, & ſuperſtitione verius quàm religione moti, ita cauerunt à iureiurando: tu nihilominus eum ipſum, vnde quicquid boni aliquādo in vitā mortaliū effuſum eſt hauritur, tā diris cōuitiorum iaculis conficias: cui porrò in cœlū neutiquā aditus futurus eſt, niſi Scribarum, & Phariſęorum iuſtitiam æquitate anteeas. Hinc D. Iacobus Chriſti verba ferè exprimēs, fideles in hunc modum cōmonefaciebat. Ante omnia (inquiēs) fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terrā, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non non, vt non ſub iudiciū, vel (vt alij voluerunt) in ſimulationem incidatis. Quod nec immeritò quidem protulit, nēpe q̄ qui iuramento aſſueſcit, incidat plerūq; in hypochriſim, & ſimulationē, quū videlicet is, qui mētitur, iuramēto ſuo affectat verax videri. Vbi quidē cū D. Iacobus, tū imprimis Chriſtꝰ, loco apud Matthęū iam paulò ſuprà adducto, vetāt omnē deierationem, volunt ita abſtineamus à iuramēto, vt niſi fidei neceſsitas vrgeat, aut ſalus proximi extorqueat iuſiurandū, aut magiſtratus veritatis cōfirmandæ gratia exigat (tum enim iuramentum præſtare Deus non prohibet, vt in Exodo, capite

Mat. 5.

Iaco. 5.

Iuramentū licitū circunſtātiæ.

Leuit. 19. *Deut. 5.* vigesimo secundo, & aliis quàm plurimis diuinæ scripturę locis inuenire est) iurare non liceat. Nẽpe quòd (vt iam diximus) tantam dilectionẽ inter homines constare velit ille, vt sub simplici vel affirmatione, vel negatione, quisque alteri fidat, nõ minus quàm sibimet ipsi. Reuerenter ii. super, religiosè, constanter, & purè, citra deniq; vllã simulationis, aut dissimulationis, mẽdacii ve aut in Dei ignominiam vergentis, aut proximi detrimentũ, fictionẽ, quisque loquatur. Quoniã quod amplius est, inquit, à malo proficiscitur. Adeò vt si quis sãguinem, crucem, redemptionem, fidem, variásque alias similes blasphemias deierando addiderit, aut expresserit: huiusmodi homo iterũ in semetipso Christum crucifigere censendus sit, & diuinum iudicium, seu condemnationem incurrere. Quid enim? Si, autore D. Augustino, is qui per lapidem, aut aliud quippiam tale iurat, aut certè per falsos Deos, se fidem alteri præstiturum, & pollicitis nõ steterit, bis delinquat, ob id imprimis quia per illud quod prophanũ, & non sanctũ putat, falsum iuret (Nam per creaturas vt creaturæ sunt, iurare non licet: sed ea tamen ratione, qua diuina veritas, aut potestas in eis relucet) deinde quòd contra faciat pollicitam fidem, quod non debet: cui putas crimini sunt obnoxij, qui in horas plus millies non per lapidem, aut per falsos Deos, sed per Dei sacrosanctum nomen citra vllam causſam deierant? Rursus si iudex quispiam, aut alius quiuis, alicuius perpetrati in Christianum fratrem delicti rationem vi, & tormentis exacturus, cui

Augusſt.

Exod. 23.

tamen interim desunt testes in promptu, quorum testimonio possit hominis inflexibilem animum euincere, eum tandem ad iusiurãdum conceptis verbis prouocare non debet, non ignorans etiam illum falso iuraturum: quid quæso cẽsendum putaueris de iis, quos nulla sollicitatos reipublicæ vtilitate, sed citra vllam necessitudinem, aut commodi spem, non plus suppudet impiæ cuiusdam consuetudinis, ad decem verba miscere iusiurandum, quàm coccygem suæ cautionis? Non absque pernitioso interim, & graui cùm audientium, tum totius christianæ pietatis offendiculo. Non obtestantes quidem illi aut Iouem, aut Herculem: sed mortem, & vulnera Christi, ventrem denique & caput, aliáque quàm plurima, à quorum etiam commemoratione abhorrescit pius, & religiosus animus. Hoc etenim detestandum perperam deierandi vitium, eò nunc loci contra quascunque leges deuenit, adeóque impudenter in vitam huius corruptæ ætatis Christianorum obrepsit, vt vix vllum inuenias, nedum adolescentiæ vestibula ingressum, qui non huius mali laboret infamia. Qui nomen Dei sui impuris maledictis, quàm promptissimè non detestetur. Qui denique dira conuitia citra vllum delectum in eum non congerat, & execrabili, acerbáque blasphemia illum mille modis non dilaniet. In tanta temporum corruptione versamur. Adeò nostri impuberes, quorum prima ętas manifestum iter ad Euangelij lumen ostendere deberet, si quid veri Christianismi ab ineunte

Coccyx, auis temporaria, alio nomine Cuculus dicta.

Huius tẽporis impuberes.

ætate imbiberent, fœlicibus & decoris, primis ſtatim Chriſtianæ militiæ documentis, & profectibus adoleſcũt: quibus ſanè altis radicibus ſubnixi, plerumque ſeneſcant, ingenium, & adoleſcentiam nefario opere auſpicantes. Nec mirum quidẽ, quum illos nos ea doceamus: ex nobis audiant: molli interim educatione permiſſa, & ea, qua ſimus omnes deteriores, licentia, neruos mentis eorum frangentes. Sed quid plus paulò ætate prouectiores, & pubertatem ſupergreſſi, non facient: quum modò tam diras, támque execrabiles auditu, ſimul & dictu pudendas voces, ne ſacris quidem illis Serapidis, aut Alexandrinis permittendas deliciis, riſu, frontéque porrecta, lætabundi plerumque excipimus? Si in humido, & adhuc penè herbeſcente frutice, id exequi non formidant, in vireſcente, aut certè arido ligno, quid fiet? Si ineuntes adoleſcentiam, & ferè adhuc ephœbi loquuntur, quod nemo nõ horreſcit pius Chriſtianus: quid paululùm ætate prouectiores, vel in ipſa conſtanti, & matura, facient? Quis illorũ quotidian⁹ vſus ſermonis fuerit? Quę oris proprietas? Quę loquellæ aſſuetudo? Ex quo planè fit, vt ne mirũ quidem cuiquam videri debeat, ſi in ſenectutẽ vergentes, id audent ſceleris, quũ ne iſtud quidẽ ab ipſis incunabilis (vt ita dicã) iuuentutis, fugere illos docuerimus. Quin potius, quaſi oleũ lumini inſtillemus, ſimul atq; editi in lucẽ & ſuſcepti ſunt, atq; grãdiuſculi effecti, illos ad hæc noſtro quotidiano inuitemus ſceleroſo ſermone; ſuggentes interim illi cum ipſo nu-

Luc. 25.

Inextricabilis error huius tẽporis aduleſcentulorum.

tricis lacte, inextricabilem errorem, qui in extremam ætatem perduret. Quis enim dignè dixerit, quanta in eluendis vitiis, quæ semel insederunt, difficultas cõsequitur, quámque difficili negotio ab errore reuocãtur iam lapsi, quum geminatum onus eos premit, & omnis ad quęuis flagitia, continuò vt in lucẽ prodierunt, prauitas: & maxima deinde totius detestandi sermonis peruersitas? Quid ergo boni, ac solidi fructus anquiris in arbore, in qua nil florum vsquam videris? Porrò generosioris arboris (vt est in prouerbio) planta cũ fructu est. E squilla siquidem, rosa non nascitur. Et, Christo contestante, de spinis vuæ non collĩgũtur, aut de tribulis ficus. Nec arbor mala potest bonos fructus producere. Quid ergo in sene illo virtutum frugis postulas, qui nullis vnquam vitæ Christianę ornamẽtis decoratam duxit ætatem? Quid contrà non infamiæ, dedecoris, impudentiæ, in eo inuenias, qui nulli cultiori arti animum adiunxit, quàm sceleratissimo cuidam sermoni, ex quo ceu Lætheo fonte, omnium rerum promanant incommoda, & calamitates?

Mat. 7.

Ex quo non abs re effectum, vt huiusmodi antiquis sint nuncupati Adoxi, Ganeones, Sycophantæ, Helluones, Nebulones, Parasiti, Scurræ, Lixæ calicum, Epotores. Quídnon? nimirum quòd qui huic sceleri sunt addicti, eos vt plurimùm, velut obscuros, & inglorios, circa ganæas versari conspicias, nugari, insontes falso crimine calumniari, mendaciis, & astutiis nebulam quandam, & tenebras

Blasphemarum nominã.

ſuis offundere, aliorum menſas & cibaria ſectari: poſtremò riſum ab audientibus captare, non habita ratione aut verecũdiæ, aut dignitatis Chriſtianæ. At cui væ quæſo (inquit Sapiens) cui rixæ, cui foueæ, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffoſsio oculorum? Nónne iis qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ea porrò ratio eſt, cur Ariſtotelés ille Politicorum ſeptimo, & nomine ſapientiæ admirandus Salomon pleriſque in locis, tum maximè Prouerbiorum 31. vetent adoleſcentioribus dari vinum: quòd, quemadmodum ferè fit, vt inde in aliquod dedecus prolabantur, vnde nequeant ſe facilè eximere (proximus ſiquidem à libero patre intemperantiæ gradus, ad inconceſſam libidinem, cæteráque vitia, eſſe conſueuit) ita libidinoſa, intemperánſque adoleſcentia, effœtum corpus tradat ſenectuti. Adeo vt (autore Gellio lib. 4. Noct. Attic.) compertũ ſit pueros impuberes, ſi nimio cibo, nimióque vino vtantur, hebetiores fieri, atque hinc elici ſtupiditatem, improcera denique eorũ corpora fieri, minúſque adoleſcere. Tum denique quòd, teſte Salomone, nullum ſecretum ſit, vbi regnat ebrietas: neque qui delectatur in vino, futurus ſit ſapiens. At quãto magis, & arctiore lege inhibẽdũ venit omni ætati, nedũ adoleſcẽtulę (quãquam huic diſtrictius, quòd, atteſtãte Seneca, peiora iuuenes facilè præcepta audiãt) ne quis in id flagitij labatur, aut defluat, quo Deo opt. max. non eſt offenſius vllum: aut quod æquè obturet, & hebetet animum hominis: aut quod facilius in diſ-

Pro. 23.

Ariſtoteles.

Periuria, & blaſphemias, ex vini intemperantia plerumque oriri.

Aul. Gellius.

Pro. 31.

Seneca.

crimen eum impellat: aut denique quod citius ſplendorē diuini ſpiritus à mēte cuiuſq; excutiat, & præcludat, qui ſuper modeſtū, & quietum conquieſcere ab Iſaia dicitur! Cauendum arctiſsimè docet Quintilianus, ne eo tempore, quo præcipuè alenda veniunt puerorum ingenia, atque liberali quadam indulgentia nutrienda ſunt, quis aſſueſcat, nedum infans, ſermoni, qui dediſcendus ſit. At quantò amplius, ne tam execrandis, & deformibus verbis aſſuefiat, cura habenda eſt, qualia ſunt quæ quotidiano ſermone abs quiuis huius impuriſsimi ſeculi homunculo impunè iactantur in rerum omnium dominatorem Deum! Sed quid? Qui fratri ſuo iraſcitur, aut dicit illi Racha, aut cum probro fatuum vocat, iudicio, conſilio, & gehennæ igni obnoxius fit: qui Deum cōtumeliis afficit, cuius quæſo gehennæ reū exiſtimas? Et qui ad hæc exemplo alterum prouocat, qua putas morte plectendum? Vnde dicebat Chriſtus: Qui offendiculo fuerit vni puſillorum iſtorum, qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eiº, & demergatur in profundum maris. Fit itaque tandem, vt iis quibus imbuti ſunt vitiis, pernitioſo ipſorum exemplo, ceu nequitiæ irritamento atque fauoris nutrimētis, alios imbuant & inficiant, quæ in robuſtos quoq; ac perfectos viros ab illa inſtitutione puerili perſequantur. Nam, vel poëta teſte, quis.

Isa. 65.

Quintilianus.

Mat. 5.

Mat. 18.

Iuuenalis Saty. 13.

Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit
Iectum ſemel attrita de fronte ruborem?
Quiſnam hominum eſt, quem tu contentum videris vno

Flagitio?

Sed &, eodem autore Satyrico,

-Ad mores natura recurrit.

Damnatos, fixa, & mutari nescia.

Quia quemadmodũ lignum tortũ haud vnquam rectũ fit: ita distorta, prauáque ingenia, vix vnquã ad bonã frugem traducuntur. Quemadmodũ etiã Iudæis Dominus apud Ieremiam opprobrat, cùm inquit: Si mutare potest Æthiops pellem suã, aut pardus varietates suas? & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum? Hinc fit, vt cùm huius tempestatis iuuenes, partim sua natura, quæ sedulò in malum propendet, & in pessima sequax est: partim suorum peruersa educatione, in quælibet vitia illecti, ac exemplo præfracti, vixdum nôrint tria, quatuórve Christianæ pietatis, & disciplinæ verba proloqui, iam nihilominus tam horrenda & execrabili blasphemia audent lacessere nomen illud quod est super nos inuocatum, vltra quod non est aliud datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri: vt qui illos audierit, futurus sit nemo Christiana pietate imbutus, quem non exterreant, cui animi quendam horrorem nõ incutiãt. Atque adeò ab iis initiis sumpta audacia (nemo siquidem repentè fit turpissimus) innascitur quædam consuetudo, quæ eos ab illa ætate prima pudoris, ad extrema vsque vitæ dispendia prosecuta, & in eum indurescens habitum, penè in naturam abit, dulcescítque tandem, & grata fit temporis intercapedine. In tantum vt deinceps, non vulgaris molis sit, ab iis, in quibus iam nati sunt,

Iere. 13.

Corruptio huius ætatis iuuenum.

Iere. 14. Actu. 4.

& diu assueuerunt, in alios trãsformari homines: paruulis nimirum illis igniculis, qui nobis à natura ipsa, velut semina quædã virtutũ innascuntur, deprauatis. Quò spectat illud Aristophanis præceptũ, in quadam Comœdia introducẽtis remissum ab inferis Athenienſem Periclem, qui vaticinaretur non oportere in vrbe leonem alere: sin autẽ esset alitus, ei obsequi cõuenire. hac re quidẽ monens, vt concitati ingenij iuuenes refrænentur: maximo autem fauore, & profusa indulgentia pasti, quo minus quodcunque libuerit faciant, ne impediantur. Quòd stultum & inutile sit, eas obtrectare vires quas ipse foueris. Quandoquidem & altissimè insidet, & tenacissimè hæret, quod primùm rudis illa animi testula combiberit, vt sapor, quo noua imbuas, durat. Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Sed &, poëta teste,

Aristophanis præceptum.

Iuuc. Sat. 14.

-Docilès imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus.

Sic itaque soluti atque fluentes huius miserrimi seculi adolescentuli, nulla nec ratione, nec lege remorati, nulla reuocati verecundia, nullo sui honore suorúmve ob oculos habito, membratim Deum dilaniare conuitiis, & maledictis (sic enim Græcis sonat blasphemia) ad vnumquodque verbum non trepidant: antequam sanè probè nôrint reprobare malum, & eligere bonum, ad omne opus Christiano dignum reprobi. Primùm, sacratum caput Christi impudentissimè

Isa. 7. Membrorũ Christi horrẽda detestatio.

Caput Christi.

deierare non verentur, priusquam nostri causſa diris ſpinarum aculeis perfoſſum, & crudeli arundine contuſum, ſatis teneant. Necdum latus eius puriſsimum illum cruorem, nitidiſsimámque illam vndam, noſtrarum ſordium abluendarum efficaciſsimam, profluxiſſe nôrunt, & Chriſti digniſsimum ventrem ad omnes quaſque nugas confirmandas, quas plerumque effutiunt inſulſiſsimas, citra delectum accommodant. Carnem eius deierant, priuſquam edocti ſint, verbum illud quod in principio erat apud Deum, mediatorem dico Dei & hominum, hominem Ieſum, carnem factum fuiſſe, & habitâſſe in nobis: quò noſtrarum offenſionum immanes culpas leuaret, & nos Deo coniungeret per carnis ſuæ cõtubernium. Mortem denique, cuius gratia aboleuit eum, qui tetræ mortis habebat imperium, hoc eſt, Diabolum, & liberos reddidit, quicũque metu mortis, per omnem vitam obnoxij erant ſeruituti: quò inter Dei filios, illius hæredes, cohæredes Chriſti, aſciſcerent, ſi quidem in nouitate vitæ, vt filios lucis addecet, ambularent. Poſtremò, eius virtutem contumeliis afficere, eis prorsus ludo eſt & auocamento, qui cùm ſit ſplendor glorię diuinæ, & figura ſubſtantiæ eius, portánſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgatione peccatorum noſtrorum facta, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tantò melior præſtantiórque angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.

Veter Chriſti.

Caro Chriſti.

Ioan. 1.

1. Tim. 2.

Mors Chriſti.

Hebræ. 2.

Rom. 8. 6.

Virtus Chriſti.

Hebr. 1.

Atqui nihilominus cùm paſsim hæc omnia ita habere

habere quique conſpiciant, tamen neminem ferè qui huic letali morbo ſuppetias ferat, inuenias. Medicinam Chriſti reuomunt omnes, priuſquam totam hauſerint, cùm vix ſit aliquis, qui latius inualeſcẽti morbo ſubueniat, qui vulnera alliget: qui plãgat membrum percuſſum & ſauciũ: qui ei fomenta applicet: qui denique tumẽti vulneri emplaſtrum adhibeat. De morbo tantùm quæſtio eſt, de cauſſa doloris quęritur, nil interim adhibetur medelæ, nullus ægri miſeratione tangitur. Vnde irrepſit plaga mirantur omnes, nil interim remedij, quo illi medeatur, inueſtigatur: quinimò, autore poëta.

Ignauia huius aui mortaliũ.

-Incurata pudor malus vlcera celat,
Quum ad medicam dubius confugit æger opem.

Ouidius.

Cæterum ſi inter legendum ſacra euangelia, forſan occurrat locus, vbi diuum Petrum ſub anathemate ſe noſſe Chriſtum abnegâſſe inueniatur, cùm ancillulæ interrogantis tentatione nutaret: papè quanta admiratione tenemur, quonam pacto tã pudẽdo errore cęcutiit, vt advnius mulierculæ vocem iureiurando Dominum ſuum ille denegârit, quicum tãta familiaritate egiſſet, eiũſque doctrina & quotidiano conuictu fruitus fuiſſet! Adhæc quantis notis afficimus! Quot modis traducimus, & peragimus reum! Quàm ineluibili (vt ita dicam) commaculamus dedecore! qui tam mitem, támque manſuetum deteſtatus ſit didaſcalum: cui paulò antè roganti num vellet cum his qui ſuam doctrinam aſpernabantur diſcedere, reſpondiſſet, Domine, ad quẽ ibimus, qui

Ioan. 6.

verba vitę habeas? Postremò, quàm præsentanea remedia huic iã iamque carioſa pœnitudinis vetuſtate attritę blaſphemię, ac deteſtationi diſquirimus! At cùm hoc corruptiſsimo tẽpore videam⁹ non quidẽ Symonem Petrũ, ſed maximã partem eorum, qui etiã Chriſtiano nomine appriмè gloriantur, eò impudentis audacię prorupiſſe, vt non ſemel atque iterũ, ſed in horas plus millies citra delectũ ſcelerata in Deum detorqueant conuitiorũ iacula, aut conniuemus, aut certè noſtro ſilentio nil vitij huiuſmodi cõtraxiſſe ſubindicamus: laudantes etiam plerumque peccatores in deſideriis animæ ſuæ: nihil interim efficacis remedij tã exitiali labi eluendę perueſtigãtes. Quũ illi nihilomin⁹ Chriſtũ multò efferati⁹, multóq; petulãtius (meo quidẽ iudicio) ſe noſſe abnegẽt, his quib⁹ cũ impetũt blaſphemiis, quã Petr⁹ vſquã fecerit. Ille ſiquidẽ vt erat vixdũ ſtabili ac firma fide cõfirmatus, & omniũ in ſe vndequaq; conclamãtiũ voce cõſternat⁹, & perterritus, adeò vt in promptu nõ haberet quid ſani impulſantibus reſpõderet, præter quàm quòd non noſſet hominẽ: ita nondum ſacra paligeneſia innouatus, nec ſancto afflatus ſpiritu, nec Chriſti potentis reſurrectionis, & in cœlum triumphantis aſcenſionis fide conſtabilitus. Nos verò, nos inquam, qui illius titulo tantopere efferimur, quíque illi nomen dedimus cùm ſacri lauachri vnda perfuſi ſumus, atque illius fidẽ ab ineunte ætate imbibimus: adhæc qui apprimè cœleſtem philoſophiã edocti ſumus, & ſacræ Dei menſæ, reliquorumque ſacramentorũ participes

Pſal 9.

Probat nos deteſtabilius Chriſtum abnegare, cùm eius nomẽ blaſphemiis affici mus, quàm vnquam diuus Petrus fecerit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

effecti: & qui denique nullo impulsore aut motu concitamur, sed destinata quadã malitia, tot iniuriis quotidie Deũ afficimus, non inde quęso atrocius Petro in crimen blasphemiæ labimur? Non illum nosse nos detestabilius abnegamus? Non crudelius detestamur? Illum subinde suæ abnegationis subiit pœnitudo: vbi se peccâsse agnouit, mox in lachrimas solutus est. Et recordatus est (inquit Lucas) verbi Domini, quod sibi dixerat, antequàm gallus cantet, ter me negabis. Vnde & cõtinuò foras egressus, fleuit amarè. Quotũquę; verò nefariorum istorum, Deũ continuè iniuriis prouocantiũ, sui sceleris pœnitudine moueri videas: quũ sciant nihilominus se Deum eo crimine in iram prouocare, quo non est offensius, aut detestabilius vllum? Aut metu vindictæ prohiberi, quominus in eum conuitiorũ furore grassentur? Adeò sanè vt propè videãtur, ipsius cõtumeliis, more impiorum illorum militum pendentẽ in cruce iniuriis lacessentiũ, saturari non posse. At ille interim, nil iustæ talionis, maledicis istiusmodi rependet? Nihil aduersi infliget tam detestandis sui conuitiatoribus? Nihil irrogatæ sibi iniurię pensabit vindicta? Nullas sui contemptus pœnas exiget? Quum alioqui insit regula humanis etiam legibus, quæ peccatis æquas pœnas irroget? Quandoquidem si homo hominem iniuria lacessat, si aliquantulum probrosis compellationibus enecet, aut certè scommatum nescio quid intorserit: nónne qui iniuria se affectũ sense rit, si qua detur ansa, probrũ probro, dictũ dicto,

Luc. 22.

Deum in nos iure succẽsere

Leges humanæ.

conuitium conuitio, retaliabit? Id ipsum etiã plerunque refundens cum fœnore? Aut certè alterũ, à quo conuitio affectus est, in ius vocabit, vltionem, si quoquomodo possit, de eo capturus? Qui in Deum sumus toties contumelioſi, qui illum toties irrisui, opprobrio, & contemptui habemus, nil inde vindictæ nobis inferet? nihil meriti repẽdet, quo iudice non est æquior? Ante cuius oculos nuda & aperta sunt omnia, contra quem est nobis sermo? Quod si secus foret, foret itidem erroneum illud prophetæ: Exaltabitur (inquit Isaias) Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

Hebr. 4.

Isa. 5.

Non minus autem peccant, qui negant Deum esse iustum, quàm qui negant esse Deum. Iustus verò non sit oportet, si nec piis rependat præmium, nec impios vlciscatur. Vnde concedendũ, eum iustum æquissimo iudicio nos iniustos, & sui sanctissimi nominis impuros blasphematores vlciſci. Absit nempe, teste Iob, à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas: nimirum qui (vt autor est Boetius) sedeat conditor altus, rerúmque regens flectat habenas, rex, & Dominus, fons & origo, lex & sapiens, arbiter æqui. Cuius etiam fortitudo à propheta Baalam rhinoceroti meritò assimilatur: vtpote qui (dicente Sapiente) tantum valeat, vt planè vitæ mortísque habeat potestatẽ: deducat denique vsque ad portas mortis, & reducat. Porrò nemo est qui iurè inficiari queat, quin quod minus est, ab eo quod præstãtius & fortius est, vindictam accipiat, si suorum præscriptorum

Iob. 34.

Boetius li. 4. met. 6. conso. Phi.

Nu. 24.

Sapiẽ. 12.

Hebr. 7.

fixos limites transiliat. At qui condignam peccatis vltionem irrogat, Deus est, pro sua indicibili prouidentia cuique quod suum rependens. Non est enim quasi homo, vt mẽtiatur: neque vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo: Mihi vindictam relinquite, & ego retribuam, & non faciet? locutus est in Psalmis, Mea est vltio, quam in hostes meos retribuam in tempore, nimirum vt labatur pes eorum, & non implebit? Zelus & furor viri (ait Salomon) non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redẽptione dona plurima: & ille qui ore suo protulit, Zelus domus tuæ (patrem alloquens) comedit me, non faciet vindictam in hostes suos, detestantes vtique nomen suum die ac nocte, & diutius patietur illos? Dico, inquit, vobis, quòd citò illos vlciscetur, quoniã Dominus vindex est, & non est apud illum gloria personę. Sed & fortissimus non habebit in illis patientiam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribulet: donec reddat hostibus suis secundũ actus suos, & secundum opera Adæ, & præsumptionem illius: Deus enim (vt quondam Israelitas, & nos quoque sub eorum typo, hortabatur strẽnus ille Iosue) sanctus & fortis ęmulator est, nec ignoscet sceleribus cuiusquã, atque peccatis. Quod multis pòst seculis confirmãs Salomõ, Negantes, inquit, nosse te, supreme Deus, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt, vtpote nouis aquis, grandinibus, & pluuiis, persecutionem passi, & per ignem consumpti. Et Paulus: Si negauerimus

Deut. 32.
Ezech. 9.
Ro. 12.
Nu. 23.
Pro. 6.
Ioan. 2.
Psal. 68.
Lu. 18.
Eccle. 35.
Iosue. 24.
Sapiẽ. 16.
2. Tim. 2.

Psal. 36. mus eũ, & ille negabit nos. Rursumque Psalmographus: Benedicẽtes Domino, hæreditabũt terrã: maledicẽtes autẽ ei, disperibunt. Quid enim? ir
Deut 17. ritam quis faciẽs legẽ Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quãtò putas deteriora mereri supplicia, qui filiũ Dei blas-
Hebr. 10. phemauerit, & sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit: Ego ero
Mala. 3. velox malefictis, adulteris, & periuris. Porrò, horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Nam si homo hominis cuiuspiã alterius pertæsus ineptias (vt ferè fit) in eum peccare cõtingat, aut forsan mutuò donabunt delictũ, si quidẽ legem implere voluerint regalẽ, qua dicitur, Diliges pro
Iaco. 2. ximũ tuum sicut teipsum: aut certè placari Deus illis poterit, iuxta suam illã immensam misericordiã, qua neminẽ vult perire, sed ad agnitionẽ veritatis venire, quẽadmodum suos quõdã erudiẽs
1. Reg. 2. filios dictitabat senex ille sacerdos Heli. Si autem in Deum peccauerit homo, quis rogo orabit pro
4. Reg. 19. eo? Super quẽ verò aperit os suũ, cùm omnis mo-
Isa. 37. destiæ & pudoris nescius, tam petulanti cõuitio, nomen Dei lacessit? Cui liuido ore exprobrat, & quem blasphemat? Cõtra quẽ exaltat vocem suã, & eleuat superciliũ oculorũ suorũ? Nónne cõtra sanctum Israel? Nónne in eũ, qui solo nutu cõtremefacit olympũ? Qui terrã inertem, qui mare tẽperat ventosum, & vrbes, regnáque tristia, mortalésque turbas imperio regit vn⁹ æquo? Et qui, te-
Iob. 34. ste Iob, vocat regem apostatam, & duces impios?

Qui denique non accipit perſonam principum, nec agnoſcit tyrannum, cùm diſceptat contra pauperem? An ignoras,ô homo inanis,quàm periculoſum ſit incidere in manus Dei viuentis? Niſi,inquit, conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Quandoquidem nónne ob id ipſum inſolentiſsimi illius Aſsiriorum regis Sennacherib prorſum fuſus fuit exercitus, ob conuitia illata Deo: centum octoginta quinque millibus hominum, ſub vnius noctis interſtitiũ, ab angelo profligatis,& interceptis? Quid illum quouis Sardanapalo laſciuiorem, faſtúque ſupra humanum modum intumeſcentem,Holofernem referam? Nónne & ille imbellis, pauidæque fœminæ gladio concidit,dum non ſolùm popularibus auris impulſus, toto conatu ſuæ nullo non dedecore & infamia maculatæ ditioni vniuerſum orbem ſubiugare connititur:verùm etiam(ô nullo ſeculo expiandum facinus!) excelſum illum præ regibus terræ,conuitiis afficit:quò aliquanto pòſt temporis interiectu, ſuus Dominus Nabugodonoſorus, vnus omnium Pandocrator nuncuparetur, & monarcha effectus, regnaret præpotens? Atqui nihilominus hunc tam potentem, tantáque bellicorum munimentorum virtute circũuallatum, vnica fœmina, eáque inermis, ſine vi aut peritia artis pugnæ,ſed ſui tantummodo vultus liberali, venuſtáque forma,præcipitem adegit. Nec mirum quidem, quum, teſte Sapiente, iuſtitia ſimplicis dirigat viam eius, & in impietate ſua

Hebr. 10.

Pſal. 7.

Sennacherib. 2. Pa. 32. Iſa. 36.

Holofernes. Iudith, 3. et 13.

Pandocrator. i. omnipotens, vel omnia vincens.

Pro. 11.

Prou. 11.

corruat impius. Cæterũ quam ob cauſſam putas
Antioch⁹ 2. Mac. 9. ſceleratiſsimus ille Antiochus, qui effræni neſcio qua inſolentia tumidus, nunc ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare poſſe & montiũ altitudines in ſtatera appendere, atque demum ſydera cœli contingere, tam ærumnali vitæ exitu ſuum diem obiit, niſi ob ea, quæ in Deum iactauerat cõuitia? Niſi enim ſceleratiſsimus ille blaſphemię iacula in Deum nequiter detorſiſſet, nunquã iamiam ex graui, & intoleranda ſuperbia ad ſui cognitionem deductus (nimirum adeò diuina vltione contritus, quum fugã, in quã à Perſis turpiſſimè cõiect⁹ fuerat, in Iudæos retorquere cupiẽs ex præcipiti, & accelerato curru in terrã decidit, vt in geſtatorio portari coactus eſſet) illã omniũ veriſsimã de ſeipſo protuliſſet ſentẽtiã: Iuſtũ eſt, inquiẽs, hominẽ ſubditũ eſſe Deo, & mortalẽ nõ paria Deo ſentire. Iuſtũ profectò, & omni acceptione digniſsimũ, vt is, quo nil eſt fragilius, ina-
Antiochi ſententia. nius & miſerius, cuius denique dies velut vmbra
Pſal. 143. prætereunt, imò & qui vmbræ ſomniũ meritò ap
Eccle. 15. pellatur, hereditans tandẽ poſt huius vitæ diſſolutionẽ, ſerpentes, beſtias, & vermes: immortalem illam mentem, incomprehenſibilem celſitudinẽ, inquiſitionem incogitabilem, inſopitum oculum, omnia continentem lucem, omnium denique bonorum ſcaturiginem, nullo nõ laudum genere afficiat, & proſequatur, ei per omnia obtemperet, inſeruiat, obſequatur, adamet, amplectatur. Nedum conuitiis, & maledictis illum agitet: aut ſibi diuinum quid arroget: aut ſupra id quod credi-

tur, aut colitur Deus, intumescat, & attollatur. Quod quidem, si facinorosi Nicanoris, eiusdē Antiochi à consiliis, mēti insedisset, nunquam eò impudentiæ deuenisset miser, vt & celebri sacerdotum, eidem probè & grauiter consulentium spreto consilio, & iis quæ pro totius regni incolumitate & pace Deo offerebantur holocaustomatis pollutis, tantis blasphemiæ spiculis creatorem omnium Deum impetiuisset. Nunquam denique tam malignas (vt tum fecit) de suo, & omniū plasmatore Deo in vulgus sparsisset voces, minitans etiamnū illius celeberrimū templū, tanta quondā cura extructum, & magnificentia adauctum, solo adęquaturum. Sed quid ei tandem ob id contigit? Crederésne Deum, quo iudice non est æquior, passum impunè tanta in se iactari improperia? Aut ea inulta siuisse abire? Haud creditu dignum est. Quia, si, teste Psalmographo, his qui captant in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnant, Deus reddet iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos: haud dubiè quin & illos disperdat Dominus Deus noster. Vnde, simul atque impius ille sacrificos rogâsset, Num foret aliquis potēs in cœlo, qui Sabbatorum diem agi imperâsset (statuerat siquidem Sabbato Iudæos aggredi, commune trophæū de eis facturus, si quouismodo posset) ac respondissent illi, rem ita habere, esse videlicet Deum vnū in cœlo, qui diem septimum agi iussisset: mox subdens, itidem se potentem esse super terram dixit, q̄ sumi arma imperaret, & negotia regis impleri,

2. Thes. 1. Nicanor Antiochi à consiliis.

2. Mac. 15.

Psal. 93.

Vnde protinus suos cohortans, ausus se bello credere aduersus Machabęi oratione potius quàm vi armata agmina: tanta sanè fretus audacia, quãtum illi de auxilio è supernis sibi venturo cõfidebãt, haud ignari vtique Deũ superbis obsistere, humilibus verò dare gratiam: inter primos sui exercitus, miserè necatus est. In cuius à Deo obtę victoriæ perẽne monimentũ, ad terrorẽ quoque audientiũ, nimirũ quòd blasphemiæ crimen debita vltione citius, aut tardius à Deo pẽsetur, capite, humero, & lingua blasphema prescisis, hæc quidem particulatim auibus dari, manus verò, & caput, contra templũ subigi in crucem iussa sunt.

Iaco. 4.
Psal. 113.

Ex hac itaque exemplorum mole, videre licet quanta, & quàm grauis diuina vltio à tergo sequatur eos, qui non ferenda temeritate, ausi fuerunt aliquãdo in altissimũ efferatis, & petulantibus verbis debacchari. Quò fit quidẽ vt nõ vulgari tenear demiratione, cùm hæc omnia huius ęui mortalibus palam sint, & certa plus satis, sitq; hoc tam scelerosum, & indignum facinus, vt nemo sit, qui aliquid Christianæ pietatis imbiberit, cuius animus non horreat, cùm quid tale audit: prętera hinc vsqueadeo in iram prouocetur Dominus: quî tandẽ fiat, vt hoc tam detestandũ crimẽ, nũc passim inter Christianos reperire liceat. Quin adeò quidẽ vulgatum sit, & triuiale, vt pro blasphemia nõ habeatur. Re profectò adhuc nõ perinde reprehẽdenda, si penes eos, quos à b hoc vitio nomen deduxisse suprà testatus sum, id nõ ageretur. Verùm cùm videre sit illos, qui vel suo

Adeò triuiale nũc Christum blasphemiis afficere, vt pro blasphemia non habeatur.

exemplo aliis viam præire, vel legum ſeueritate id ſceleris coercere, vel certè iam latiùs obrepentem morbũ ſanare deberent, vt ſunt duces, principes, reges, & monarchę, quiq; nõ minimis fortunæ muneribus donati ſunt, quò id agere queãt facilius: in eminentia denique conſtituti, qua plurimum poſſunt: loco tamen quo id preſtare pro eorum officio tenentur, & ſummam gratiam pro ſummis beneficiis acceptis Deo rependere, illos imprimis conſpicias, immanibus, execrandíſque eum blaſphemiis inſectari: quid quæſo hinc cenſendũ diceres, niſi quòd omnes ad vnũ in creatorẽ coiurârint? Et (vt inquit Pſalmographus) nõſit qui faciat bonũ, nõ ſit vſq; ad vnũ? Sed & (quod lõgè grauiſsimũ eſt) tantũ abeſt, vt ab nequitia alienos cùm ſe tũ cęteros faciãt, vt hinc etiã ſe paſſim iactitẽt. Et, exultantes in rebus peſsimis, gaudentéſque cùm malè fecerint, inde ſuam linguam & politiorem, & articulatiorem ſe facere hiſce in Deum iactatis blaſphemiis, adſtruant. Id ſanè licentiori quodam modo & ſibi cõcedi, & decere arbitrantes, quàm è plebeiis quibuſuis, & obſcuris hominibus. Quòd imprimis ſtemmatibus ingenuis, morib⁹ interim & ſermone degeneres (de decorãt enim bene nata culpæ: & nullus degener exſtat, nivitiis peiora fouẽs, propriũ deſerat ortũ) adductis ſupercilijs arrogẽt, rei profectò vel oĩm deteſtatiſsimæ honeſtos prętexẽtes titulos. Quo certè hominũ genere, nil neq; nocẽti⁹, neq; deploratius. Tũ demũ, quòd è miſerrimo ſcèleratiſsimó q; bello, habere ſe id vitij, veri⁹ q̃ deceret, paſsim

Pſal. 13.

Pro. 2.

Fallax prætextum huius tẽporis nobilium, cùm Deũ blaſphemant.

deprędicent. Etenim, poëta teſte, Nulla fides, pietáſque viris, qui caſtra ſequũtur. Et item alius, Nulla ſalus bello. Et Seneca, Nõ poteſt quiſquam eodem tempore, & bonum virum, & bonum ducẽ agere. Cæterum non poſſe facili negotio hoc ſceleſtus dedoceri, aut elui, cùm potiſsimùm id corruptiſsima natura duce, & longa ſimul & mala conſuetudine combiberint. Quandoquidem ſumus omnes (inquit) natura tenaciſsimi eorũ quæ ea ipſa conſuetudine percipim⁹. Sed & ea pertinacius, latiúſque hærent noſtris animis, quæ deterio-
Ezech. 36. ra ſunt. Quò fit quidem, vt per Prophetam Dominus expoſtulet, nomẽ ſuũ pollui inter Gentes, ob impiã vitam populi nomẽ Dei titulo quidem
Iſa. 52. profitentis, cęterum factis negãtis. Et rurſus apud Iſaiam, Dominatores, inquit, populi mei iniquè agũt, & iugiter tota die nomẽ meũ blaſphematur, hoc eſt, malè audit, de eo malè loquuntur homines.

Quàm verò non congruit, vt qui quotidie Deo occinunt, Sanctificetur nomen tuũ, impiè Chriſtum deteſtando, illud polluant! idque principibus, & in ſublimitate conſtitutis: vtpote quorum ſit potiſsimùm cæteris iuſtitia, & ſanctitate prę-ire. Id verò potius congruat (ſi cui tamen creaturæ, nedum cuiquam ſacra vnda renato, nomen Dei ſui conuitiis afficere quadret) blateronibus neſcio quibus, ardelionibus, cerdonibus, lurconibus, decoctoribus, triobolaribus, helciariis, hippocomis, cteniatris, aurigis, phalangariis, veſpillonibus, calonibus, lixis, ſcortatoribus, viarum graſſa-

toribus,ſordidis cupedinariis, & id genus gnatoticis perſonis .Principatum verò gloriæ obtinenti,omnis ſanctimonia(vt qui ſit totius imperitæ multitudinis ſcopus) ſubeunda ſit,atque intaminatis fulgere honoribus cõueniat. Nimirúmque poëta teſte,

–In vulgus maneant exempla regentum:
Vtque ducum lituos,ſic mores caſtra ſequantur.

Sed,quod,etiam autore Marco Tullio,non tantũ malı ſit peccare principes (quãquàm eſt magnũ per ſeipſum malũ)quantum illud, quòd permulti etiã imitatores principũ exiſtant.Nã licet,inquit, videre, quæcũque mutatio morũ in principibus extiterit,eandem in populo ſecutam. Nobilium enim vita,victuque mutato,mores ciuitatis mutari ſolent.Nec ſolùm vitia concipiunt ipſi principes,ſed ea infundunt in ciuitatem:neque obſunt, quòd ſolum ipſi corrumpuntur,ſed etiam quòd corrumpũt:pluſque exemplo,quàm peccato nocent.Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloria amplificati,velcorripere mores ciuitatum,vel corrigere poſſunt.Hactenus ille.

Principes et in eminẽtia conſtituti,quo pacto ſe gerere debẽt in republica Chriſtiana.

Claudianus.

Cicero, 3. de leg.

Quid igitur prodeſt foris videri velle ſtrennuum,ſi domi malè viuitur?Quid refert vel Codro Athenienſe,aut Brutone Troiano, aut Hercule Gallico generoſiorem æſtimare te,qui animi virtutibus,his longè illuſtrioribus,careas? Turpe eſt enim ex quo pudoris & pudicitię petuntur exempla, eundem in aliquo crimine comprehendi. Quid Chriſtiani titulo te paſsim iactare, aut Chriſti crucẽ,vel triplici corona inſignitam, quoquò

eas circũferre gentium,qui nec tantillis quidem ipſius inſigniis excultus ſis? Nũ quis generoſum hunc iure dixerit,quem aliena claritudo,ſuã interim corruptis moribus commaculãs,tantũmodo ſplendidũ facit?Habet hoc ſanè proprium,inquit Seneca,generoſus animus,quòd ſemper cõcitatur ad honeſta.Neminẽ enim excelſi ingenij virũ,humilia delectãt,& ſordida.Sed&,poëta teſte,

Seneca.

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet,quantò maior,qui peccat,habetur.

Ouid.in Epiſt. ad Piſo.

Nam quid imaginibus,quid auitis ſulta triumphis
Atria?quid pleni numeroſo conſule ſacri
Profuerint,ſi vita labat?perit omnis in illo
Gentis honos,cuius laus eſt in origine ſola.

Iuue ſat. 8

-Quis porrò generoſum dixerit hunc,qui
Indignus genere,& præclaro nomine tantùm
Inſignis?
Quis fructus generis,tabula iactare capaci,
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros,
Si coram Lepidis malè viuitur?effigies quò
Tot bellatorum,ſi luditur alea pernox?

Vera nobilitas.

Tota licèt veteres exornent vndique ceræ
Atria,nobilitas ſola eſt,atque vnica,virtus.

Huic ſententiæ accedit & Comicus,cùm inquit:

Plautus in Mili.

Qui bono ſunt genere nati,ingenio malo,ſuapte culpa de genere capiunt genus,ingenium improbant.

Et Seneca: eadem omnibus principia,eadémque origo.Nemo alter nobilior,niſi cui rectius ingeniũ,& artibus bonis aptius. At modò inter eos, qui inani quodam nobilitatis nomine ſe efferũt, quiſque genus & proauos ſtrepentes, ſanguine

non virtute nituntur, omnium vulgò spectatissimus, vrbanior denique cæteris ac festiuior habetur, imò propemodum indignus nobilitatis titulo, qui in peierando, Deúmque detestando, alios non anteeat. Et perinde quasi in hoc nati sint toti quidam Aulici, vt in creatorem maledica verba detorqueãt, quod priscis Ethnicorum legibus digna animaduersione plectebatur, & veterib⁹ Comœdiis seruile & indecorum iudicabatur, penes ipsos decorum ac honestatis confine, eóque inultum iri debere, videtur. Ne quid interim commemorem de iis, quorum tota vita, qua sub hoc sole viuunt, nihil aliud est, quàm perfidia, & vanitatis opus, vt vix in allis hoc detestandum scelus debita vindicta coërcerent illi, legum munimenta religiosa seueritate seruantes, quando etiam quò malũ est exẽcrabilius, eò vix apud illos quicquam receptius!

Aulici.

Vani & perfidi.

Quò fit quidem vt mirum nemini videri debeat, si æquus ille rerum arbiter, tantis nos permittat incommodis, & calamitatibus vexari: quum alioqui perpendat non hoc solùm, sed & tanta mentis asperitate, & socordia eos obduruisse, quos tam crudeli, támque diro mortis aculeo deuicto à Satanæ tyrannide eruit, vt nemo ferè hoc tempore existat, qui syncero quodam animi zelo, & erga se propensa sagacitate accensus, istis tam immanibus blasphemiis amoliendis curam impendat. Vbi nempe nunc literatus? Vbi legis verba ponderans? Vbi doctor paruulorum, & in errore versantium?

De blasphemiæ impunitate.

Fucati cõcionatores.

Vbinam noſtri temporis titulo ac ſpecie veritatis euulgandę veri prędones, cæterum reipſa vacui, ſtertunt, ac ſopiuntur? Cur iſta aſsiduis concionibus, quando id prouinciæ ſuſceperunt obeũdæ, populis non inculcant: quò illos prece, obiurgatione, adhortatione, ſuaſione, beneuolentia, &

Affabilitas.

humanitate, atque demum affabilitate, ad conciliandos audientium animos virtute vel vna efficaciſsima, ab his tam diris execrationibus in Chriſtum iactandis deterreãt? Si ſtetiſſent (inquit Dominus de huiuſmodi, per Ieremiam) in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo, auertiſſem vtique eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſsimis. Qua ſanè ſententia colligere licet, per eos plerumque ſtare, quò minùs ſe quiſque corrigat, & in melius commutet vitam. Nã vbi partes labant, ſumma turbatur. An virtutem Dei in ſalutem omni credenti, erubeſcunt euãgelium? Qui erubuerit me (ait Chriſtus) coram hominibus, erubeſcam & ego eum corã patre meo, qui in cœlis eſt. Fide (inquit Paulus) Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, non veritus animoſitatem regis: magis vtique eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti. Maledictionem rurſus aſtruit mox ſibi affuturã idẽ Paulus, ſi nõ euãgelizet. Et Romanis ſcribẽs, ait ſe Græcis ſimul & Barbaris eruditis pariter ac rudib⁹ debitorẽ eſſe. Ita quãtùm in ſe erat paratũ eſſe iis quoq; qui Romæ erãt, euãgelizare.

Ier. 23.

Ro. 1.

Mat. 10.

Hebr. 11.

1 Cor. 9.

Rom. 1.

Carnem

Carnem ſuam alibi prouocat, quò ſaluos faciat aliquos ex ſuis. Indéque adeò apud ſuũ Timothæũ ſe omnia ſuſtinere confitetur, & in gratiam euangelij euulgandi laborare vſque ad vincula, quaſi maleficus & facinoroſus, vt ipſius miniſterio, & prædicatione electi ſalutem conſequerentur, quæ eſt in Chriſto Ieſu cũ gloria cœleſti. Rurſus placet ſibi, & libenter gloriatur in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſsitatibus, in perſecutionibus, in anxietatibus pro Chriſto. Quúmque liber eſſet ab omnibus, omnibus ſeipſum ſeruum facit, quò plures lucrifaciat. Omnibus poſtremò fit omnia, vt omnino aliquos ſeruet. Et tu, ô deſes & inanime, qui ſolo ſermone religioni Chriſtianę iam olim plus ſatis tum huius diui Pauli prædicatione, tum & ipſius, & reliquorum Chriſti martyrum ſanguine conditæ, confirmatæ, & auctæ, nunc verò ob tuam acediam ignauo ſilentio propè abolitæ, patrocinari habes, aduerſus hæc malorũ maria, penè iam totum orbem obruentia, Dei euulgare euangeliũ erubeſces, detrectabis, aut reformidabis? Quid ſi ſuppliciis propoſitis, pro Chriſto, in morẽ diui Stephani, aut Laurentij, reliquorúmve martyrũ, moriendum eſſet? Quid tum dicturus, aut facturus eſſes? Num Chriſtũ abnegaturus? Neſcio. Hoc nẽpè nunc ſilẽtio pręſtare videris, quod tũc re pręſtare poſſes. At nos, inquiẽt, laborem minimè detrectamus, neutiquã erubeſcimus Dei euulgare euãgeliũ: imò plus nimiũ illud inculcamus, & in quęlibet ſcelera inuehimur: ſed & iuxta diui Pauli exhortationem, inſtamus

1. Cor. 9.
2. Tim. 2.

2. Cor. 12.

Ingnauos, & deſides concionatores huius tẽporis, acria inuectio.

Pretextus huius tẽporis concionatorũ.

2. Timo. 4.

opportunè, & importunè: arguimus denique, & increpamus, cum omni exhortãte, lenitate, & mã-
ſuetudine. Verùm cùm perinde quaſi parietibus & ſurdis verba fierẽt nemo ſit, qui hinc ad melio-
rẽ frugem protendat: aut noſtris vocibus obau-
diẽs, ſeſe tantiſper emendet, vt à ſua æquitia no-
ſtris ſermonibus perculſus, eò citius alienũ ſe fa-
ciat, & auertatur, quid facias? Quid agas hîc, vbi ſi
quid benè præcipias, nemo obtẽperet? Quid hîc
faciat pietas? quibus artibus abſtrahat vltro deuo-
ta morti pectora? Nã, iuxta tritum ſermone pro-
uerbiũ, inuitũ ſeruare, non eſt mentis ſanæ, & pa-
tria prohibet æquitas. Sed & ferè accidit, vt ij, qui
monentur, eam moleſtiam, quam debent capere,
non capiant: eam capiant, qua debent vacare.
Peccâſſe enim ſe non anguntur, obiurgari mole-
ſtè ferunt: cùm contrà oportebat delicto dole-
re, correctione gaudere. Præterea, quid triſtes
huius mali, reliquorúmve quæ paſsim hoc æuo
habentur, querimoniæ conducunt, ſi non ſup-
plicio culpa reciditur? Quid leges vanæ ſine ho-
minum in eminẽtia conſtitutorum moribus pro-
ficiunt? Quandoquidem, iuxta vulgare prouer-
bium, non luctu, nõ verbis, ſed remedio opus eſt
in malis. Itaque ſi non præſtant pro ſua ipſorum
conditione, ij qui legum munimenta ſeruare te-
nentur, & magiſtratus, quorum eſt (ſi Ciceronis
verbis vti liceat) regere populos, ſtabilire leges,
caſtigare improbos, tueri bonos, laudare claros
viros, præcepta laudis & ſalutis aptè ad perſua-
dendum edere ciuibus, hortari ad decus, reuo-

Cicero in Lelio.

Magiſtratus. Cicero, 1. de legibus.

care à flagitio, consolari afflictos, facta denique & consulta fortium & sapiẽtum, cum improborum ignominia sempiternis monimẽtis prodere: quò vi, & summo iure ipsarum legum, vsturis videlicet, sectionibus, & cõpedibus audacem istorum coerceant, reprimántque vesaniam & impotentiam, non plus crebra concione promouebis, quàm si in torrentem conareris. Vtpote quòd in hoc præcipuè hominum ordine situm sit Christianæ religionis vel instaurandæ, vel augendæ negotium. Honor enim regis, teste Psalmographo, iudicium diligit. Et, vt vulgò dicitur, Bonus dux bonos reddit comites. At modò cùm illi ad quæuis scelera conniueant, quid his amoliendis possit ex crebris concionibus medicantis opis adhiberi: vtpote quum hoc tempore quique, tum potissimùm qui ea omni cura & sollicitudine reprimere habent, tam pertinaciter in scelera occaluerint? Porrò si incertum sonum dederit tuba, quis (quæso) præparabit se ad preliũ? Si illi, qui se omniũ rerũ primos videri percupiũt, & quos iustũ omni animi conamine custodire cõuenit, quẽ admodũ quinto Ethicorũ libro luculẽter ostẽdit Philosophus: tũ subinde quos populi stabilimẽtũ appellat Hebræus Sapiens, hæc data opera dissimulãt, cõsiliis pariter & facto ignaui, nil remedij latius peruagãti morbo præstare volentes, vtpote qui ipsimet eo ipso morbo decũbãt: nihil amplius verbis profeceris, quàm si in stimulũ calces feras: aut in pertusum dolium dicta ingeras, aut (vt est apud Comicũ) Bacchæ bacchanti velis aduersari.

Psal. 98.

1. Cor. 14.

Sapien. 6.

Quin crabrones quis potius irritauerit, quàm boni quicquam promoueat.

Segnities, & vecordia huius seculi concionatorũ.

His itaque blandis sermonibus, solent plerique nostræ tempestatis suaues Ecclesiastæ, occasione Patrocli (quod aiunt) fulti, animi sui imbecillitatem, & veternũ prætexere. Qui profectò sermones, vt veritati assentanei, ita & fuco quodã ignauiæ, & pusilli animi palliati existũt. Quis enim illos æquissimè conqueri non statim astrueret (id nempe quod prætexunt, vero verius est) nisi idẽ idem experirẽtur omnes, quàm imprimis supinè, ieiunè, frigidè, addictè & oscitãter id præstant pũgentes potius, quàm perforantes? Tum quantum eorũ plerisque (quod vel maximè exhorrendum est) ab ea quam profitentur doctrina, aliena vita?

Qualis vita, talis & oratio esse consuetit.

Porrò aliorũ medicus esse non potest, qui vlceribus scatet: nec aliquid momẽti habere solet illius obiurgatio, qui quod in aliis detestatur, ipse & moribus præstet, & exemplo doceat. Nihil enim, autore diuo Hieronimo, prodest aliquẽ exercitatum esse in dicendo, & ad loquẽdum triuisse linguam, nisi plus exemplo docuerit, quàm verbo. Quid nempe (inquit) doceant, aut qua fronte alium corripiant errantem, & delinquentem, qui tot peccatis seruiunt? Dicetur illis, Medice cura teipsum. Et

Turpe est doctori, cùm culpa redarguit ipsum.

Aut quod Sapiens quidam dicebat: Odi ego homines ignauos opera, & dignos sentẽtia. Nec tã de rebus humanis, teste Lactantio, bene meretur, qui scientiam bene dicendi affert, quàm qui piè &

innocenter ſuo exemplo docet viuere. Et poëta:

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Quum iudex, alios quod monet, ipſe facit.

Omnis doctor (inquit Seneca) in vitę ratione peccans, turpior eſt, ob hoc q̃ in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur. Perturpe eſt enĩ quod obiicitur, in obiiciẽte cognoſci. Sed & ſæpe talis oratio eſſe conſueuit, qualis eſt vita. Animus ſiquidẽ cuiuſque ſermone reuelatur, & effœminatorum (vt dicitur) ſemper effœminata oratio. Tum denique, quàm ſæpicule ſpe turpis lucri, non virtutis amore, aut charitatis Chriſti, quæ foras mittere timorem conſueuit, ducti? formidine pœnæ, néve in indignationem principum veniant, ea etiam reticentes, quæ veris veriora ſunt, atque (vt aiunt) lippis ac tonſoribus nota. In illud interim Dominicum agentes, quo ait: Nolite timere eos, qui corpus occidunt: verùm potius eum timete, qui poſsit corpus & animam perpetuo carceri adigere. Sícque dum ſubblandiri videntur principibus, & eorum formidine à dicenda veritate deterreri (quamquam Socratico decreto nefas eſt vel occuluiſſe veritatem, vel conceſsiſſe mendacium: nimirum quòd, vt vulgò fertur, mendacium odiat quiſquis ſapiens eſt, & probus) eò res tandem euadit, vt illi horum phaleratis ſermonibus, ceu blandis quibuſdam Syrenum cantionibus allucinati, ad politiam Chriſtianam plerumque conniueant, reddantúrque tandem in gerendis rebus incircunſpectiores, indéque in amarum exitium pelli-

1. Ioan. 4.

Mat. 10.

Socratiũ decretum.

Eccle.10 ciantur. Atque postremò regnum, vt ait Sapiens, à gente in gentem ea ratione transferatur: propter eas vtiq;, quibus silētio suo ac socordia, fauere videntur, iniustitias, & in Deum iactatas contumelias, & diuersos dolos. Tum demum secundum iudicem populi, sic & ministri eiꝰ fiant: & qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea inueniantur.

Malū exēplū superiorū, quid efficiat.

Porrò cùm vulgus indoctum conspicit eos, qui supremæ sunt potestatis, & quorum potissimùm est (vt paulò antè dixi) omnium saluti consulere, quod conatur bonis & æquis legibus, secus quàm decet agere, & ipsarum legum munimenta, religionisque decorē, aut quàm minimùm, aut nihil curare, sed & prorsus negligere, sicque languidiore manu regnare, quàm oporteat: illos præterea, quorū partes sunt pusillanimiores erigere, omnes instituere, docere, animare deniq; ad ea quæ pietatis sunt Christianæ, perinde atque fabulosa essent & ludicra quæ docere habēt, tam vecordi & parum feruido id animo agere, quàm ad Dei ac proximi charitatem sunt minus propēsi: sed tantùm crebra adulatione paulò sublimius euectis os egregiè oblinire, quò ad eorū amicitias miro quodā ambitu penetrare valeant: quid mirum si

Psal. 11. diminuantur veritates à filiis hominū? Si à vicinis (quod dicitur) malè agendi reliqui sumant exemplum, quibus nec ara, nec fides, nec vlla durant fœdera? Quamuis autem in malo, prauóque temporum statu versetur res Christiana, fieri nihilominus non potest, vt ita prorsus desint sanæ mē-

tes, quin & veritas eis placeat, & sibi monstratum iter & videant, & sequantur, si id quidem ea qua conuenit pietate Christiana præstetur, hoc est, synceriter, amicè, beneuolè. At cùm hac tempestate, illa secus fiant, quis nõ hinc coniiciat, imò & contempletur, omnium in quę quotidie coniicimur malorum vel præcipuum fontem: ex quo vno cuncta inter nos & Deum nostrum satarum inimicitiarum, indéque adeò omnium, quas hoc in seculo perpetimur, calamitatum freta fluũt, & flumina cuncta, nostras obruẽtia preces, quo minus ad ipsum euolent, & pertingant? Vnde postremò non dissuatur solùm, sed omnino discindatur inter nos & patrem per Iesum Christum sarta gratia? Vnde tam frequenter vocemur in crimen blasphemiæ? Vnde pro ludo habeant hac ætate ferè omnes, diris detestationibus Deum patrem in iram excitare aduersum nos, dum caussam filij sui de gente non sancta suscipit? O scelus! O labes! O facinus inexpiabile! Hinc ille rerum imprimis bene gestarum magnitudine, & honoris præstantia, vitæque sanctimonia illustris rex Gallorum Ludouicus, adeò id genus mente corruptorum hominum asperè insectabatur, vt si quem Deum blasphemare inaudiret, aut quippiam tale ad eum delatum fuisset, mox, lingua blasphemi candenti ferro prius terebrata, ipsum aut patibulo appendi, aut igne absumi, aut alia quapiam graui pœna de eo debitam vltionem exolui mandaret. Vt qui operæpretium censeret, tam

Præsentis temporis calamitatum scaturigo.

Psal. 42.

Ludouicus rex Gallorum, blasphemorum acerrimus vltor.

execrabile & peruicax monſtrum, altiùs prorepere pati non oportere, à quo, velut totius perniciei fonte, quicquid malorum à Deo nobis immittitur, promanare putaret. Haud ignarus vtique illius ſententiæ Naſonis:

-Immedicabile vulnus &c
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Illius quoque Senecæ in Tragœdiis:

-Nemo polluto queat
Animo mederi: morte ſanandum eſt ſcelus.

Cicero Philip. 8. Nam quemadmodum (vt verbis Marci Tullij vtar) in corpore ſi quid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, vri ac ſecari patimur, vt mébrum aliquod potius quàm totum corpus intereat: ſic in Reipublicæ corpore, vt totum ſaluum ſit, quicquid eſt peſtiferum, amputari debet. Quo facto quid graui viro Chriſtianius? Quid Chriſtianiſsimo rege præclarius? Quid ſanctius? Quo holocauſtomate Deo opt. max. acceptius? Initiũ (inquit Salomon) viæ bonæ, eſt facere iuſtitiã, quoniã accepta eſt apud Deum magis, quàm immolare hoſtias. Abominabiles autem regi, qui agũt impiè: quoniam iuſtitia firmatur ſolium. Et, Pſalmographo teſte, Dominus amat iudicium, nec derelinquet ſanctos ſuos: impij autem in tenebris conticeſcẽt. Vnde de ſeipſo idẽ ille, Interficiebam, inquit, omnes peccatores terræ, vt diſperderẽ de ciuitate Domini omnes operãtes iniquitatem. Nimirum quòd non minus in vitio ſit non propulſare cùm poſsis, quàm inferre iniuriam. Quod apertè ſubindicat Paulus, dum in

Pro. 16. *Pſal. 36.* *Pſal. 100.* *Epheſ. 5.*

hunc modum ſuos exhortatur Epheſios: Nolite, inquit, communicare operibus infructuoſis tenebrarum, ſed magis redarguite. Quòd ſi rationem quæras: Quoniam, inquit, qui talia agunt, *Rom. 1.* digni ſunt morte: non ſolùm autem qui ea faciũt, verùm etiam qui conſentiunt faciẽtibus. Quandoquidem, vel autore Marco Tullio, qui non defendit, nec obſiſtit iniurię ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat. Ex quo quidem plus ſatis videre eſt, iuxta D. Pauli exhortationem, nihil beatius Deóq; proximius eſſe, quàm non habere commertium cum huiuſmodi operibus infructuoſis tenebrarũ, ſed ea magis redarguere. Agat princeps curã (inquit Seneca) non tãtùm ſalutis, ſed honeſtæ cicatricis.

Quod ſanè cùm hac tempeſtate contrà fiat ab iis, qui ſe adminiſtratores ſpiritualium dotium, Chriſtianiſmi choragos, & myſtagogos commemorant, indéque adeo in Apoſtolorum locum ſucceſsiſſe ſeſe efferunt, nõ inſcitè in eos torquebitur illa Iſaiæ ſententia: Speculatores eius, haud dubiè quin Eccleſiæ, de qua tunc vaticinabatur, cæci omnes: neſcierunt vniuerſi, canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia, & canes impudentiſsimi, neſcierũt ſaturitates, ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Quid præterea mali inde emergit? Omnes, inquit, ea de cauſſa in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque ad nouiſsimum. *In ſegnes huius tẽporis myſtagogos. Iſa. 56.*

Principes porrò, & monarchica dignitate præ- *Adminiſ-*

ſtratio regni temporalis.

cellentes, vt ſe dicunt in moderanda re bellica præpeditos (vt re vera ſunt Martis operi reipucæ Chriſtianæ tutandæ gratia deputati) & vt partes adminiſtrandi temporalis regni præfectis quibuſdam delegant, & præfectus itidem aliquid huius ſarcinæ in alicuius alterius præfecti humeros reiicit: ita etiam ea, quę ad veram conferunt religionis honeſtęq; diſciplinæ rationem, legum vigorem, & pietatis ſtudiũ, quò ad ea viciſsim, quæ iiſdem Chriſtianis legibus traduntur obſeruanda, extimulent indoctam plebeculam, his ipſis demandant myſtagogis. Ex quo planè colligitur, vt quicquid mali nunc eſt, iure eis aſcribi debeat. Illi etenim quum hoc non à regali autoritate ſolùm, ſed & à Chriſto ipſo demandatum habeant, eo dicente Petro, in cuius alioqui cathedra ſedẽt, Paſce oues meas: labores tamen illos nimiùm Apoſtolicos, id eſt, plus æquo difficiles & perplexos, in vicarios quoſdam ita prudenter relegare ſolent, vt conatum interim omnem reformidantes, vel potius reſpuentes, veræ Chriſtianæ functionis, aliquantulum laboris exhaurire detrectẽt illius honoris tuendi cauſſa, qui pro ipſis mortuus eſt. Sed nec rurſus eo pacto quo principes, vicariis id oneris committunt. Illi quandoquidẽ quicquid ſpectat ad manus regiũ, id non niſi eius exequendi apprimè peritis, veréq; ciuilibus, & publicarum, priuatarúmq; rerum adminiſtrationi accómodis credũt: ſeuerè etiamnum illos, ſicubi deliquerint, aut obiurgantes, aut punientes. Iſti verò ad ea quæ Chriſti ſunt, quãtò quiſq; inſultior eſt,

Ioan. 21.

Principũ ſolertia, in deleganda publicarũ rerum adminiſtratione.

ſtupidior,& indoctior:tantò magis eum aſciſcũt: vtpote illa ne tantillum quidem curantes, modò lanam ouium deglubãt.Porrò vicarius paſtorius, vt eſt omnium rerum inſcius,& vix bonarum literarum veſtibulum ingreſſus: ita in alterius ſubuicarij,illi haud diſsimilis humeros prudẽter hoc oneris reuoluit,quò ſic tãdem muli(vt eſt in prouerbio)ſe ſcabãt mutuò facilius: & inſulſus inſulſi voluptate colliqueſcat impunitius.Iſti rurſus in fratres mendicantes tanquam pilam per manus reiiciunt. Hi denuo in eos retrudũt, à quibus lana tondetur : aut certè in illos , à quibus id muneris obeundi prouinciam ſumpſerunt. Atque ita ſinitur Chriſtus aboleſcere,& ordine prepoſtero cũcta procedũt: dum onus & culpam alius in alium reiicit,ſibi quiſque palpatur. Sic totus mundus ſe æternę damnationi deuouet, vt omnes ad vnũ in Chriſtum coniuratis odiis irruere videantur, bellúmque veritati,ac ſanę doctrinę indixiſſe.Sic denique omnes in creatorẽ liberrimè cõuitia iactãt, nemine ad hęc inuehente. Dum hic,nil niſi quod cuique arridet hiſcere,aut muſitare audet: ille ab euulganda,vt par eſt,diuina lege, omnem ſubterfugit,detrectátque laborem. Hic ſubblãditur, ille veritatem occulit. Omnes ſimul ad dominicã cœnam venire renuũt, dum hic in meſſe pecuniaria occupatur,iſte in villã ſuã abit,ille verò ad negotiationẽ ſuã:reliqui verò tenent plerumq; ſeruos eius,& contumeliis affectos occidũt. Hoc autem tantùm ſupereſt, vt ab huiuſmodi in Deum murmuratoribus quæratur , vnde tot calamitates , &

Religionis Chriſtianæ functionis, alterius in alterum rectio.

Mat.22.9

rerum incommoda, quibus quotidie inuoluimur proueniant: quum profectò noſtro iumento velut Cæcias nubes, nobis vltro illa accerſere conſtet. Quid nempe mirum, ſi ſummus ille Dominus dominantium,& rex regum,cùm perſpicit ſe omnino negligi,contemptui & opprobrio haberi,mille denique cõuitiorum iaculis quotidie impeti ab iis,qui ad ſuam cœnam vocati ſunt,excandeſcat,& ira permoueatur? Et mittens exercitus ſuos, perdat in furore ſuo impios illos blaſphemos, & homicidas, ciuitatéſque illorum ſuccendat?

Pia exhortatio ad Chriſtianiſſimum regem Hẽricum, vt idoneos mittat operarios in meſſẽ Chriſtianã.

Proinde Chriſtianæ religioni non vulgare operæprecium fecerit, & Deo non paruum holocauſtum libauerit illuſtriſsimus rex noſter Henricus,ſi vt eſt veritatis amantiſsimus, & fidei inconcuſſæ,immotæ, atque integræ, indéque adeò eccleſiæ catholicæ primus filius,patronus, & ſeruator habitus, & appellatus: ita quoque inſtar Moſis, dum conſultiſsimum Ietronem haberet à conſiliis,delegerit viros, non minus ſapientes,& auaritiam peroſos,quàm bonis moribus & literis præditos,& mente integra nitẽtes, ex his qui doctorali munere gaudent, & modò tum Lutetiæ, tum alibi in periſtyliis & gymnaſiis otioſi in vtramque dormiunt aurem,quibus,iuxta diui Pauli hortamentum, hoc negotium curandum committat,& lampada tradat.Et addito ad hęc condigno ſalario

*Exod.*18.

*2.Tim.*2.

Iuue. Sat. 10. (*Quis enim*, vel poëta teſte, *virtutẽ amplectitur ipsã, Præmia ſi tollas?*)

in singulas sui regni prouincias, vrbes, academias, vicos denique, velut quosdam præsidiarios & custodes ableget: prout quondam Iosaphat Israëlitarum regem, & his temporibus aliquot dignos laude præsides Christianarum ouium fecisse accepimus. Quò tandem illi in hac infœliciſsima temporum ætate, diui Pauli in morē, vniuersum orbem circumlustrantes, peruagātésque, bonum Christi odorem vbique gentium diffundant, atque disseminent. Tum demum eadem via has, quæ abs quiuis hoc tempore impunè Deo opti. max. irrogantur, blasphemias, & reliqua Stygis monstra, quæ pios hominum mores passim inuasere, & in quorum gratiam tantis quotidie vexamur rerum anxietatibus, funditus extirpent, ac demoliantur. Atque cum propheta Ieremia, in hac tanta huius ætatis pastorum super gregem suum vigilantium penuria, super gentes & regna cōstituti, euellant, destruant, dispersdant, atque dissipent. Contrà, quæ Christus ipse lege libertatis magni pensi duxit, & omnibus ex æquo euulgari, & custodiri præcepit, fideli sermone, suo suorúmque more omnibus instillent. Quò tandem illi instar eorum, qui cùm nare pueros docent, scirpeam ratem inducere solent, vt laborent minus, & facilius natent, & moueant manus ne pessum eant, pedetentim lac Euangelicæ doctrinæ (quādo eò redacti sunt huius seculi homines, vt cùm deberent esse magistri propter tēpus, vt est apud Paulum, rursum indigent vt doceantur quæ sunt elementa sermonum Dei: &

2. Par. 16.

2. Cor. 2.

Ierem. 1.

Hebr. 5.

facti sunt quibus lacte opus sit, non solido cibo) eos percipere faciat, ac sedulò cõcupiscere, donec ipsa profecerit ĩ viros perfectos, in mẽsurã plenitudinis Christi: cũ ter maximo illo Paulo omnibus omnia facti, quò oẽs lucrifaciant. Certè si ita fieret, minus haberet momẽti impietas, quę modò omnia occupat: multò verò minoribus dispẽdiis afficeretur pietas Christiana. Nõ tot bellorũ procellis inuolueremur: nõ tot denique contagiis damnãdæ hęreseos inficeretur Christianus orbis, quę à personatis quibusdam, ceu infœlicia zizania seminãtur. Tantum abest, vt deiectiores erigãt animos, imbecilliores exuscitẽt, demulceãt tristes, extimulent languentes, expergefaciant stupidos, ægrotos leuẽt, feroces molliãt, amores conciliẽt, conciliatos vt retineant alios adhortẽtur: ad quæ certè omnia vnumquemlibet allicere, probi concionatoris partes sunt vel pręcipuæ. Excuteretur præterea (vt rẽ in pauca conferã) omnis illa quorũdam tergiuersatio, asserentium, vt suprà meminimus, & ex parte creditur, per leges nunc minus quàm olim vigoris habẽtes, stare quominus religiosius viuatur. Sed ita excuteretur, vt nemo existeret, qui nõ pro virili hisce latius gliscẽtibus malis aliquid remedij adferret, manúsque auxiliares officiosè porrigeret: ceu quemadmodũ fieri assolet in rebus periclitantibus, vt cùm domus aliqua ruinam minitatur, aut igne succẽditur, aut aquarũ alluuiis subruitur. Dũ vnus aut alter nobis à Christo præscriptũ documentũ insequens, si in ipsum quid blasphemię intorqueri, aut quippiam simile

Ephe. 4.
1. Cor. 9.

Partes concionatoris.

Forma correptionis fraternæ ex sacris

quod ipsius obfuscaret gloriam audiret, aut videret fieri à Christiano fratre, cum inter se & ipsum solum argueret. Quem si audiret, ille tandem inde perpēderet, suum fratrem lucratum fuisse, iuxta illam diui Iacobi sententiam: Fratres, inquit, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: scire debet quòd, qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Sin minus audiret, adhiberet adhuc vnū secum aut duos, vt in ore duorum aut trium testiū consisteret omne verbum. Quòd si rursum non audiret eos, tandem diceret Ecclesiastæ, qui esset populo in iis quæ ad Deum, & ad corruptos mores corrigēdos, velut Moyses quispiam, spectant. Qui sanè Ecclesiastes, suppresso nomine facinorosi, aut si pertinaciùs suo inhæreret sceleri, propalam manifestato, diceret Ecclesiæ. Idque partim, quò cæteri timore ac verecundia perculsi, ab hoc deterrerentur flagitio, aut certè ne illius commercio inficerentur: partim vt in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis fidelibus (quemadmodum huius non pœnitendæ excommunicationis formæ autor est Paulus, & suis tradit Corinthiis) vnà cū potestate eiusdē Dei & Domini nostri Iesu Christi, qui hoc aut aliquod aliud facin° perpetrâsset, traderetur Satanę ad interitum carnis, hoc est, illū morbo maceraret, aut vulnere malo percelleret, quò spiritus salu° fieret, id est, anima ipsa saluaretur, vel, vt Dei gratia illi integra seruaretur, in die Domini Iesu: vel ab alio-

euāgelio.
Mat. 18.
Iaco. 5.
Deut. 17.
Forma excommunicationis, ex diuo Paulo,
1. Cor. 5.

rum consuetudine ac commercio subductus, & abscissus tãdem pudore suffusus corrigeretur, ac resipiscceret. Hoc verò est quod apud Matthæum ait Christus, eum qui ecclesiam non audit tanquã Ethnicum, aut Publicanum habẽdum esse. Quod & subindicat idem Paulus, cùm exhortans Corinthios subinfert: Scripsi vobis, inquit, in epistola. Ne commiscearnini fornicariis. Non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruiẽtibus: hoc est, Ethnicis sceleratis, quod licet optãdum esset, tamen fieri non posset, cùm vbique sceleratorum hominum plena sint omnia. Sed quoad licet, ab istiusmodi Christianis abstinete. Alioqui debueratis, inquit, de hoc mũdo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri: si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Auferte malum ex vobisipsis.

Mat. 18.

Qui excõmunicãdi.

Vides ergo quàm non vulgaris commodi sim hic ansam complexus? quam subinde & toti Christiano orbi prębberet serenissimus rex noster Hẽricus, si, quod iam dixi, sacris vtique oraculis, ne quis cauilletur, contentum, pręstaret? Quàm rursum se graui onere in suos humeros vergente, leuaret, partito in alios labore, qui nimia sarcina Christianæ Reipublicæ opprimitur? Nam, vel Marco Tullio autore, multa audire coguntur, neque aliter facere possunt, quibus tota cõmissa est respublica. Verùm fieri non potest, quin multæ manus onus alleuient, & variis ictibus aliquando arbos

Marcus Tull. pro Milone.

arbos deiiciatur, ex variisque in puteum iactatis lapillis, os tandem illi obturetur, dum quisq; pro viribus suum supplet officium. Quo sanè officio, nunquã res Christiana ita eguit, atque nunc eget: quoniã irrepsit hodie, præter alia scelerum monstra, tanta turba colluuiei detestandæ hæreseos, quæ in hanc nostram tempestatem influxit, séque quotidie insinuat, sectas perditionis secum aduehens, vt nemo ferè sit, tam firmæ & inconcussæ fidei, qui sibi satis possit cauere. Et id quidẽ faciũt audacius, tutiúsque, quòd perpauci sint, qui illis ea ratione, qua par est, obnitantur: quódque illud præstent illi, vulpinæ cuiuspiam pellis, religionem interim vulgò pre se ferentis, prætextu. Vbi enim conspexerũt suis famosis libellis (quos paulò antè passim & impunè tãto numero emittebant, vt penè iam luculẽta veterum scripta opprimi viderẽtur) ab omnibus piis reclamari: sed & typographis, ne prorsus illos excuderent, compararent, aut venundarent, à Christianissimo rege Gallorum Francisco, huius nominis primo, interdictum esse, quam quęso rationem ex integro inierunt? Quid fraudis, & impostura cõmenti sunt? Quid vbi leonis exuuiũ abfuit, sub vulpina pelle doli repererunt, quò longius, latiúsque suam propagarent, si quoquo modo possent, ab omni veritate auersam hæresim? Quemadmodum q'i quondam Megalensibus, Funebribus, Plebeiis, Appollinaribus denique ludis præerant, nũc Attellana forma, nunc Togata, nunc Palliata, pro ludorum, personarúmque delectu, & varietate, po-

Colluuies hæreseos huius tẽpestatis.

Edictũ regis Frãcisci huius nominis primi, in famosos hæreticorum libellos.

Antiquorum ludorum quatuor species.

pulo personati apparebant, quò rem ipsam & facilius obtegerent, & adstantibus impostu-
Tit. 1. ram facerent: Ita quoque isti (quos cum D. Paulo, intractabiles, vaniloquos, & mentiũ seductores, & cũ
Iob 13. Iob, fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum, appellare ausim) quũ nõ paucos vidissent suæ iam suffragari detestandæ factioni, eidem verò vlterius euulgandæ, disseminandęq; præclusam fenestram, eáque ratione silẽtio mox labefactandam, alia via esset illi animaduersum,
Lupi rapaces sub veste vulpina. ac succursum: tãdem quominus fucus nasutioribus, ne dicam simplicioribus, suboleret, id præstigiarum commenti sunt, vt veste laruati vulpina, ouium simplicitatem emẽtirentur. Sícque docerẽt palam & impune, quicquid vniuerso orbi vsquam inuectũ est hęreseôn. Non enim virtute ac studiis vt viri probi haberentur, elaborabant: sed vultũ, ac tristitiam, & dissentiẽtem à cęteris cultũ, pessimis moribus prætendebant. Sed & hoc intãtum inualuit, vt bona pars orbis Christiani eò adducta sit (expertus loquor) vt illorum næniis & fabulamentis, ad alliciendos fallẽdósque quoslibet credulos ac simplices, compositis succinat. Tantum adfert detrimenti Christianæ religionis supina negligentia, atque fucatus quorumdam, qui se veram religionem profiteri adstruunt, sed qui eius vim abnegent, amictus.

Exclamatio à supradictorũ commoditate. O quãtam ergo eidem Christianæ pietati messuerit segentem sereniſsimus rex noster Hẽricus: quanto, & quàm graui se leuauerit onere, in suos humeros recidente: quanto beneficio omnes af-

fecerit: quantum denique apud clementiſsimum Deum gloriæ pręmiũ cõſequetur, ſi vt queadmodum fœlicis ille recordationis ſuus pater, eis præcluſit argumẽtum ab emittẽdis in vulgus ſuis letalibus libellis: ita hanc rem vel omniũ ſaluberrimam ac ſanctiſsimã, ad quam pro virili tum eum, tũ cæteros mortales adhortor, fecerit! Non ſolũ enim hinc multa caligine iamiã obfuſcatis rebus daret nitorem: ſed & rei plus nimiũ protritæ, ſuũ ſplendorem reſtitueret. Multas prętera reſolueret ambages, quibus pſeudo quidam Chriſtiani, ſimplicioribus negotium faceſſere ſolẽt. Quo fanè beneficio, illum maiorem gratiam apud miſericordiarum & totius conſolationis Deum inire non poſſe ingenuè fateri auſim: vtpote qui totius pietatis ideam Chriſtum imitaretur, qui idẽidem id genus hypocritas in euangelicis literis miris ſalibus inſequitur. *Mat. 23.* Præterea inde fieret (quod eſt omnibus votis à quolibet pio Chriſtiano expetendum) vt non tot in periculis verſaremur: non ita grauia nobis quotidie rerum diſcrimina impenderẽt, quæ ex iſtius rei incuria, nobis emergunt, & proficiſcuntur. Deinde plures ad viuifici lauachri fontem, à ſuorum ſordium maculis purificandi, aduolarent infideles, ſyncera noſtra cõuerſatione prouocati. Aut certè non in immenſum vſque, vt ſæpe faciunt, nos impeterent: verùm conuerſationem noſtram inter ipſos habentes bonam, ipſorum tũ deliniretur blandius animi ferocia, tum in eo quod detrectant de nobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus nos *1. Pet. 2.*

considerantes, glorificarent Deum in die visitationis: hoc est, quum illos Deus nostra honesta Christianáque cõuersatione, ad meliorem frugẽ traductos visitare, & afflatu suo ad fidẽ vocare dignaretur. Porrò quãdo in nostrum contuberniũ pellicerentur? Quando dominicum iugum leue vtique & suaue amplecterentur, hoc est, euangelicam legem susciperent, cùm in dies eius autorẽ vident à nobis tantopere contemni, ac vilipendi? Enimverò nulli dubium est, quin credãt aliquod esse numẽ, quo nihil esse possit, neque maius, neque melius. Nulla siquidem fuit vnquam gens tã fera, támque immansueta, ferrea & immanis, cuius mentem non imbuerit vniuś Dei opinio. Aut certè, teste Paulo, si cùm Deum cognouerint, nõ tamen sicut Deum glorificent, aut gratias agant, sed euanescant in cogitationibus suis, & obscuretur insipiẽs cor eorum: mutent denique gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedũ, & serpentium: neutiquam tamẽ credere dignum est, quin adhuc aliquo gaudeãt dogmate legis vice, quo id genus spurcorũ, obsoletorum ac putriũ deorũ pensetur vindicta, si quod eis irrogetur cõuitiũ. Cædò, dum solos Christicolas erga summũ illum deorũ Deum seipsis multò inobseruantius, multóque irreligiosius se gerere cõspiciunt: dum in horas illius sacrosanctum nomen vidẽt tã execrãdis dilacerare blasphemiis, vt nullius sermo cõplecti possit, nedum mẽs assequi: quid (putas) sunt dicturi? Quot ingeminaturi tremulos naso crispã-

Infideles ad ecclesiæ gremium aduolare differunt ob scelera, quibus Christianos fauere conspiciũt. Rom. 1.

te cachinnos? An nõ prodigij ſimillimum eis videbitur, Deúmq; ipſum ſupra meritum indulgẽtiorem iure prędicabunt, qui nondũ nos, ceu peruicaces illos Rubenitas Core, Dathã, & Abiron, *Num. 16.* ima tellure abſorptos, æterno deuouerit orco? An non mille mortibus nos meritò adigẽdos adiudicauerint, qui illum tam nefariè & inhumanè abnegemus, deteſtemúrque, qui tãta noſtri cauſſa in ara crucis depẽdit, quò eminentiori nos donaret gloria, quàm lingua eloqui valeat? An non aſſererent nos adhuc minoris tormenti crucibus vexari (quamuis hac tempeſtate nil ferè addi poſſit ad moleſtiarum cumulum) qui illum aquę viuę fontem non ſolùm cõtemptim deſerimus, ſed & tantis contumeliis laceſsimus? Interim nihilominus Dei ſelectus populus, gẽs ſancta, & venerãdo *Iere. 2.* Chriſti cruore redẽpta, ſemen denique cui bene- *Exod 19.* dixit Dominus vocati & habiti, vocarí haberíque *1. Pet. 2.* gloriãtes. Quaſi verò illos quid reputet pater ille *Iſa. 61.* cœleſtis, quos tot nominibus in ſe iniurios, proteruos, inſolentes atque nefarios patitur: aut certè illius filij iurè dici debeant, qui ita in contume- *Eccle. 3.* lia patris ſui gloriãtur, & conuitiis afficiunt. Hinc illa de huiuſmodi apud Malachiã cõqueſtio: Filius *Mala. 1.* (inquit Dominus) honorat patrem, & ſeruus Dominũ ſuum: ſi ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi Domin⁹ ego ſum, vbi eſt timor meus? Ideóq; vidit Dominus (inquit Moſes in Cantico) *Deut. 32.* & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui & filiæ. Et ait, Abſcondam faciẽ meam ab eis, & conſiderabo nouiſsima eorum,

Generatio enim peruersa est,& infideles filij.Ipsi náque me prouocârunt in eo,qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

Duritia huius tẽporis mortalium.

O nos igitur ter quatérque miseros,& Lybicis vrsis truculentiores: si non tam pij patris accendamur sermonibus,vt nostris interim succensea-mus sceleribus, & à iactandis in ipsum contumeliis nosmetipsos tẽperemus! Sed quid hoc quæso rei est? Si quod verbum in alterum aliquantò imprudentius,aut per iocum (vt fit plerũque) iaculatum,eũ malè vrat,si qua ei illata iniuria: mox talionis lege pensatur. Damnum in alium patratum resarcitur damno, malum reponitur malo, scelus scelere reuincitur, proditio in principem

Exod. 21.

pœna mulctatur atroci: & in lege Mosaica oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, pes pro pede, adustio pro adustione, vulnus pro vulnere,liuor denique pro liuore iubetur rependi. Deus in dies singulos teterrimis blasphemiis impetitur,& nemo curabit? nemo erit,qui legem hæc vetantem approbet? Nefandis execrationibus dilaniatur quotidie membratim,& omnes ad hæc conniuebunt? Plus millies in singulas horas floccipenditur, & nullus erit, qui id deploret, qui lamentetur,qui ægre ferat? Durum cor,ferreũ pectus,adamantina mens hominum! Meritis quon-dã laudibus euectus est dux ille dextro mirè in-

Memnon,

genio, & animi robore præstantissimus Memnon, quem aduersus Alexandrum dimicanti

Dario ſuppetias tuliſſe ferũt, quòd quondam è ſtipendiariis militibus, dira iaculantem conuitia in Alexandrum, lancea percuſſerit. Ego, inquiés, in hoc alo te, vt aduerſus Alexandrum pugnes, non vt maledicas. At cur non eandem animi alacritatem ſeruatori noſtro Chriſto præſtamus, quam ille mortali homini, ſuóque capitali hoſti præſtitit, quum illum toties maledícis verbis impeti audimus? Cur eidem adeò ſumus ingrati, vt ne pauxillùm quidem moueamur, ob ea, quæ in eum quotidie iactari & conſpicimus, & aure percipimus conuitiorum genera? Nec malo parenti quiſquam parem gratiam referre poteſt. Is porrò, qui cùm in forma Dei eſſet (vt ait Paulus) moderaretúrque, contineret, ac regeret omnia verbo virtutis ſuæ, atque conſederet in dextera maieſtatis in excelſis, intantum nihilominus noſtri cauſſa ſemetipſum exinaniuit, vt forma abiectiſsimi ſerui ſumpta, omnium ſe præberet humillimum, & factus ſit patri obediens vſque ad mortem: mortem autem non quamlibet, ſed omnium teterrimam, acerbiſsimam, ac crudeliſsimam, crucis: quíque patris nomine tanto affectu à nobis ſe appellari voluit: debétne ob tantos labores noſtri cauſſa ſuſceptos, tam diris contumeliis à nobis affici? Hæccine pro crucis contumelia rependere, qua nobis vitam æternam adeptus eſt? Hoccine eſſe patrem? Hoccine eſſe filios? Hæccine reddis Domino, populе ſtulte & inſipiens? Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit & creauit te?

A parentibus. *Philip. 2.* *Hebr. 1.* *Mat. 6.* *Luc. 11.*

Quis porrò hæc non indoleat? Quis non lamentetur? Quis non ægreferat? O clementem, benignum, misericordem, beneficum, liberalem, & facilem patrem! O è diuerso, inclementes, crudos, & illiberales filios, quos tanta humanitatis dulcedo non emollit, frangítque, vt vel saltem à iactandis in ipsum cõtumeliis non eos coërceat! A quo alioqui tanta acceperunt gratiæ dona, vt eorum etiam minima pars abs homuncione quopiam in alterũ collata, efferata barbarorum ingenia penetrare, orbésque & quorumlibet hostium truces oculos, ac insolẽtissimos spiritus flectere posset! An ideo minus penduntur beneficia à Deo ipso viuo gratis prodeuntia, quàm abs quiuis mortali homine? Præstet nihilominus homo alteri beneficium, quantum velit, aut quantum libeat: attamen maiorem hac dilectionem nemo habet, vt quis ponat animam suã pro amicis suis. Atqui filius hominis, cui tot impinguntur conuitia, tanto nos affecit beneficio, vt animam suam dare non abnuerit redemptionem pro multis. Et cùm esset supra omnes cœlos, Deúsque deorũ, & dominus dominantium, ita se demisit in terras, vt dignatus sit homo fieri, imò abiectio & opprobrium hominum, vt per carnis contubernium, nos deos efficeret. Et pro tanto beneficiorum cumulo, vt contumeliis afficiatur, quis ferat, nedum totius humanitatis expers? O quantò fieret consultius, iuxta diui Pauli cohortationem, semper in tam benefico Domino gaudere, illum indesinenter orare, illi in omnibus gratias agere,

Nomen amicitiæ barbara corda mouet.

Ioan. 15.

Mat. 20.

Psal. 21.

1. Thes. 5.

nedum illum blasphemiis earum rerum loco impetere! Danti siquidem rependi quicquam gratius ab accipiente non potest, quàm si gratum id ille habuerit, quod gratis accepit. Sed & spiritui gratiæ contumeliam feciſſe is demum censendus est, qui beneficium dantis grata mente, frontéque exporrecta, ac præsenti animo non susçipit. Et, diuo Chrysostomo teste, Qui beneficium non susçipit, iniuria afficit benefacientem. Porrò si ei, qui alterum imprudenter læsit, ignosci conuenit: quantò magis illi, qui necessariò profuit, habere gratiam oportet! At contrà quid eo miserius, cui beneficia ita excidunt, vt hæreant iniuriæ? Graue profectò nimis est (inquit Cassiodorus) vt fructu laboris frustretur industrius: & cui debetur pro sedulitate conferri præmium, dispendium patiatur iniustè. Quin malorum omnium illud probatur extremum, vt inde quis cogatur detrimenta susçipere, vnde credebat auxilia prouenire, molestiã pati sine caussa, pœnam sine culpa, damna sine delictis. Atqui huiusmodi sunt in redemptorem suum istius tẽporis suaues homines, vt nescio qua maligna mẽte præditi, nulli alij vacare studio videãtur, quàm vt probè ingrati bene merito Christo existant. Adeò vt neque ipsius summa clementia, neque constantissimus erga genushumanum amor, quo vsque ad tolerantiam diræ mortis illud dilexit, ipsius offensas piè diluens: neque lex ab eo lata, hæc sub horrendæ damnationis pœna salubriter vetans, efficere potuerunt, quo minus illos, quos

Gratitudo.

Chrysostomus.

Cassiodorus.

ſuo ſacroſancto cruore à poteſtate tenebrarum benignè eruit, infeſtiſsimos experiatur hoſtes, ſuíq; digniſsimi nominis impudentiſsimos conuitiatores. Quid igitur barbaræ, & infideles nationes facient, vbi etiam illa, quæ & conſtantiæ, & moderationis, & ſanctimoniæ, omíſſium denique virtutum ſibi laudem vendicat, tam ingrata aduerſus bene-meritum, eundémq; Deum Deorũ, Dominúmque Dominantium extat? Ecquid ergo mirum, ſi talium ingratorum ſpes (vt verbo vtar Sapiẽtis) tanquàm hybernalis glacies tabeſcat, & diſpereat tanquàm aqua ſuperuacua, cùm ſic derelinquant liberantem ſe? Sed & qui reddit mala pro bonis (inquit Eccleſiaſticus) nõ recedet malũ de domo eius. Et quantũ, teſte Chryſoſtomo, maiora beneficia ſunt hominibus conſtituta, tantò grauiora peccantibus iudicia. Quò accedit & illa diui Bernardi ſententia: Gratiarum, inquit, ceſſat diſcurſus, vbi recurſus non fuerit. Nec modò nihil augetur ingrato, ſed quod accepit ei vertitur in perniciem. Infidelis in modico, cenſetur indignus munere ampliori. Quomodo verò, inquit Chryſoſtomus, futura petet, qui priorum gratiam non agit? Itaque cui, autore Marco Tullio, gratia referri non poteſt quanta debetur, habenda tamẽ eſt quãtam maximã animi noſtri capere poſſunt. Nihil ſiquidem tam inhumanum, tam immane, támque ferum, quàm committere vt beneficio, non dicam indignus, ſed victus eſſe videare.

A barbaris nationibus.

Sapiẽ. 16.

Eccleſ. 29

Chryſoſto.

Bernard⁹.

Atqui nihilominus quum ea noſtra hac corruptiſſima ætate penes quoſque locum habeant in-

fidelius,quàm vt hîc recenseri debuissent, & notiora sint vbique terrarum, quàm vt Christianos addeceat: vtpote ob hoc ferè iam sublato omni remedio inter nos & Deum nostrũ beneuolentię reconciliandæ, sarciendæque gratiæ: diro tamen geminis singultu (quemadmodum interim Christianæ pietati par est,& consentaneum) fidelium hostem non contentũ suis limitibus, tam immaniter in Christianam perniciem irrupisse, propagandi latius imperij libidine ab hinc ferè octingentis annis, vt & multa millia suo horrendo trucidârit mucrone, & reliqua cum vniuersa ipsorũ propagine, perpetuę imprimis Mahumeticę perfidię, atque demum perenni dãnationi deuouerit. Plurima ditissima regna, opulentas prouincias, ac florentissimas quondam vrbes, quasdam quidem depopulatas funditus deleuerit, quasdã verò suæ teterrimæ ditioni addixerit. Immineat demũ reliquis arctissimis Christianorũ finibus, & exitium illis prorsus miniretur. Hæc, inquam, & alia huiusmodi meritò ingemiscimus, nempe quòd posuerit nos Deus noster opprobriũ vicinis nostris, & derisum iis qui sunt in circuitu nostro: in similitudinẽ deniq; gentibus, & cõmotionem capitis in populis: &quòd postremò inimici nostri toties nos subsannẽt. Verùm ex quibus hæc omnia proueniunt, infœliciss imas causas nõ ingemiscimus, quod lõgè cõsultius foret, & Christiano pectore dignius. Aut si certè cõtingat nos eas aliquãtisper gemere, non ea tamen, qua par est, ratione, eóq; quo conuenit animo gemimus. Siue quia ista-

Turcarum immanitas ob nostra scelera

Psal. 43.
Psal. 79.

rum omnium rerum amarulẽtiſsimam radicem, hoc eſt, circumagens nos peccatum non extirpa-
Iaco. 4. mus, nec emundamus manus peccatrices, quod eſt omnium vel præcipuum. Siue quia oſcitantia, ac ſupina quadam ſocordia, quàm minimi aut ni-
Pſal. 47. hili prorſus illum ducimus, iuxta cuius nomen ita & laus eius, ab vnoquolibet toties contumeliis impunè affici, quod eſt omnium grauiſsimum, & primaria origo omnium calamitatum, quas quo-
Ab agro ſpinis pleno. tide perpetimur. Quaſi verò qui agrum excola-mus omni genere ſpinarum ac tribulorum diſ-fertum, indignemur autem nil ſeminij & prouẽ-tuum nobis ſuppeditare, quum ne manum quidẽ eis eradicandis admouere, aut quippiam operæ
Ab accidẽtario morbo, aut vulnere. inſumere velimus. Aut accidentario alicui mor-bo membra noſtra arrodenti, vel nobis irrogato vulneri ſuccenſeamus, cùm nullum medicamen-tum, quo ſanetur, eidem adhibeamus.

Horatius.

–Scelerum ſi benè pœnitet (inquit poëta)
Eradenda Cupidinis
Praui ſunt elementa, & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudiis.

Chryſoſtomus. Et, teſte Chryſoſtomo, tametſi arborem malam ſupernè amputaueris, nihil proficies, radice in imo manente, eadémque denuo germinante.

Ambroſius. Cæterum incaſſum (inquit diuus Ambroſius)
A proditione. contra exteros bellum geritur in arena, ſi intra vrbis mœnia ciuis inſidians habetur. Sed &, au-tore Marco Tullio, nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quàm familiaris inimicus. At verò in

quem cõcinnius proditoris,aut familiaris inimici nomẽ quadrare dixeris,quàm in illum,qui quum vrbem viribus, consilio, sententia, & autoritate tueri posit,dissimulat nihilominus,& tacet, cùm illi moliri insidias quotidie conspicit? Quò fit sanè, vt meritis laudibus extollatur ille pauperie quidem oppressus,sed non minima animi sapien- *Eccles.9.*
tia præditus, à Sapiente illo concionatore Salomone,quòd vrbem exigua tum munitionũ, tum militum manu fultam, quum à potẽtissimo quopiam rege extructis vndique per gyrum munitionibus vallaretur, sua tamen præcellenti industria liberâsset. Hac re quidem innuere cupiens, non mediocris flagitij traducendum eum , cui cùm affatim suppetãt non solùm opes,& copiæ, sed & facultas, quibus vt libet, ita licet eas compescere, non quæ in vrbem aliquam struuntur, insidias(quod nihilominus forsan grandioris foret negotij) sed eas, quæ in dies Deo inferuntur, contumelias: ad eas tamen amoliendas omnino cõniueat, & perinde quasi nihil sua interfit,prorsus dissimulet, nec aures denique (vt est in prouerbio) habeat nec tangat? Quid enim? An non ob oculos nostros hæc in dies obseruãtur? Nunquid non ea nostris auribus assiduè percipimus? Nihilominus tamen quotum quémque hoc seculo inuenias,qui increpet,qui arguat,qui Dominico zelo accensus istiusmodi obiurget, quos tãta tenet superbia, vt operti iniquitate,& impieta- *Psalm.72.*
te sua,intrepidè ponant in cœlum os suum,& iniquitatem in excelso loquantur, linguáq; ipsorum

transeat in terra? Qui my quidem hiscere aut vo
lit, aut audeat? Qui denique non minus de his la-
boret, quàm de ranis palustribus? O superbiam, &
ignauiam inauditã, alios in facinore gloriari, alios
ne dolere quidem impune licere! Adeò sunt elin-
gues, & socordes ad ea quæ pietatem Christiani
cõcernunt, qui nunc Christiano nomine maxime
gloriantur, & quibus obseruandi, speculandique
sunt partes delegatæ à Christo. Si bellum ingruat
in quemlibet Christianum fratrem ob vrbis, aut
dominij alicuius præter arbitriũ detẽtionem, aut
in eum quid inhumanius conspirandum: mirum
quàm bellè, hoc est, Achitophelis in morem dum
esset Absaloni à consiliis, ad id persequendũ om-
nes adhortantur: publica etiamnum plerunque
concione eos instigantes, quorum est anxiè tueri
rempublicam Christianam. Rursus si in diuorum
templa, sacrificorúmve, aut pauperis plebeculæ
diripiendas possessiunculas iniquius quid molien-
dum: aut denique ad rempublicam Christianam
exhauriendã, opprimendámque aliquod consilium
dandum: mirum quàm vehemẽter ad hæc etiam
vltro currentes, & suapte cupiditate propensos,
instar illius patriæ, diuinarúmque legũ delatoris,
ac publicæ concordiæ osoris Simonis, instigant.
Sin in tam prauos mores, quibus imbutũ est hu-
ius tempestatis hominum genus, declamandum,
vltima, vel nulla quæstio fuerit: etiamsi omnes,
gigãteo more, ipsi creatori Deo cruentas manus
admoliri conniterentur: aut vnanimi sententia in
eum coniurarent: aut denique illi mandarent la-

Quorunda huius temporis concionatorum impietas.

2. Reg. 16.

2. Macha. 4.

De moribꝰ vltima quæstio.

queum, mediúmque oſtenderent vnguem: quod & agere videntur, intantum quotidie multorum charitate refrigeſcente, à priſcorum mortalium fidei, & conſtantiæ ſtatuto deſciſcimus: qui vt Chriſtum lucrifacerent, contemnebant, atque reputabant omnia vt ſtercora. Quem etenim hoc tempore repereris, operæpreciũ qui ducat Deo citius parendum, quàm hominibus? Qui illam Iſaiæ amplexetur ſententiam: Quis tu (ait Dominus) vt timeas ab homine mortali: & à filio hominis, qui quaſi fœnum areſcet, & oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cœlos, & fundauit terram: & formidâſti tota die à facie furoris eius, qui tribulabat, & parauerat ad perdendum? Aut item illam Pſalmographi: Deus diſsipabit oſſa eorum, qui hominibus placent: confundantur, quoniam Deus ſpreuit eos? Qui denique exemplo diui Pauli, variis multiplicibúſque calamitatibus, vtpote laboribus plurimis, verberibus ſupra modum, carcere ſæpiculę, labore & moleſtia, vigiliis & ærumnis, fame & ſiti, frigore & nuditate, ob dominicum nomen propugnãdum, & ab ore rabidorum canum illud iugiter dilaniantium eruendum affici geſtiat? Aut poſtremò qui contumeliam, ſuæ etiam vitæ conſentaneo diſpendio, inſtar fœlicium quondam illorum Chriſti martyrum, pati velit? Equidem rarum hoc tempore repereris. Quare? Quia ſumus, inquiunt, infirmi in hac parte. Audio. In qua igitur parte fortes? In qua exiſtimas, niſi in ea de qua Propheta Iſaias, eorum vecordiam

Mat. 24.

Philip. 3.

Act. 5.

Iſa. 51.

Pſal. 52.

2. Cor. 11.

Vecordia plerorumque huius temporis mortaliũ.

Isa. 5. opprobrans, loquitur: Væ, inquiens, qui potentes estis ad bibẽdum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem? In ea profectò parte plusquam viros præ se ferunt, vel etiam frusto panis (quod aiunt) exciti plerunque vti taceant, vel vti loquatur. Conuertentes hoc pacto, inquit ille, in absynthium iudicium, & iustitiam in terra relinquentes. Trahentes insuper iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Dicẽtes denique bonum malum, & malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: postremò vertentes amarum in dulce, & dulce in amarum. In his, inquam, plus nimiùm præ se ferunt fortes, & strennuos. Sed & in irretiendis pecuniis & sacerdotiis se haud indefessos, & nullis ex parte non egregios speculatores ostendunt: nulli non etiam, quantumuis insano indulgentes labori, quò diuitias accumulent, futiles & inanes honores adaugeant. Cæterùm aliquantis pro pietate catholica ærumnis, & laboribus confici: prisca cum sanè, & obsoletum, nec horum omnino temporum. Et, vt inquit poëta:

Præposterata rerum permutatio.

Inscius est morum, quisquis nunc talia quærit.
Hæc fuerant sub rege Numa, sub Consule Bruto:
Nunc alia est ætas.

Arduum quippe censent (vt verba diui Ambrosij accommodem) crucem tollere, & animam periculis, ac morti corpus pro veritate tuenda offerre: negare quod sint, cùm velint esse quod non sint. Raróque quamuis excelsa talium virtus futuris commutat præsentia. Difficilè quippe illis videtur

videtur ſpem periculis emere, damnáque preſentium, futuræ locum mercari ętatis. Quo quid quę ſo impudentius, quídve deploratius? Nihil profectò. Hi ſunt verò quos diuus Paulus aſſerit Christo Domino noſtro non ſeruire, ſed ſuo vẽtri: & per dulces ſermones & benedictiones, hoc eſt, per blandiloquentiam & aſſentationem, ſeducere corda ſimplicium. *Rom. 16.*

Antiquorũ prophetarum deploratio.

Vbi verò nunc ſunt prophetæ illi priores, viri vtiq; miſericordiæ, & ornamento vitæ non minꝰ quàm prophetiæ titulo clariſsimi? Dominantes, inquit Hebræus ille Syrach, in poteſtatibus ſuis: Homines magni virtute, & prudentia: nunciantes denique in prophetis dignitatem prophetarũ, & imperantes in populis virtute prudentiæ ſanctiſsima verba. Num hiſce gliſcentibus vitiis, alicuius retardati formidine, ſubblandirentur? Num ſuos tot tantiſque ſceleribus contaminari ignauo ſilentio paterentur? Nónne e diuerſo illos acerrima (vt conuenit) inuectione auerſarentur, ſi tam effræni corruptos licentia, quales huius temporis ſunt plerique omnes chriſtiani, eos conſpicerent? Porrò ſi nec cohortatione quid efficere poſſent, nunquid non ad ipſam placidam orationem, vnicum vel cõtra omnia Circes beneficia antidotũ, vel in rebus penè deploratis extremum perfugium ac ſolamen, ſupplices confugerent? Reuiuiſcat proinde Euangelicus ille propheta Iſaias, aut eorum quiſpiam, qui quondam ob vitæ ſanctimoniam apud eminentiſsimos etiam reges tãti habebantur, & in quos illi tantam ſpem fige- *Eccl. 44.*

Antiqui prophetæ quanti apud reges olim habiti.

bant,tantúmque eorum auxilio in rerum ſuarum caligine innitebãtur,adeò denique illorum reformidabãt obiurgationem, vt quæ ſemel omnipotentẽ rogâſſent, ſiue in eorum diſpendium minitati fuiſſent,præ rei euẽtus certitudine, mox euẽtura crederent. Reuehantur,inquam,illi in vitam horum mortalium, in hac horrida blaſphemorũ acie,æquiſsimas Domini partes tutaturi. Cũ primis prodeat in medium inculpatis ille moribus, ac genuina probitate effloreſcens Iſaias. Quid dicis, Iſaia, de his, qui tametſi è progenie Abrahemitica ſe originem traxiſſe, & eius fide initiatos efferrent, incultis nihilominus moribus ab eius virtute vndecunque deſciſcerent? Vę,inquit,gẽti peccatrici,populo graui iniquitate, ſemini nequã, filiis ſceleratis. At cur ita væ? Quia(ait)dereliquerunt Dominum,blaſphemauerũt ſanctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum. Ecce vnde execrationẽ illis imprecatur. Dic ſubinde mala,quę paſsim inde ſuppullulant. Eapropter, inquit, terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ ſunt igni. Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolatur ſicut in vaſtitate hoſtili. Et paulò infrà. Quomodo facta es meretrix,ciuitas fidelis, plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea,nunc verò homicidæ. Argẽtum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua. Principes tui infideles,ſocij furum. Omnes diligunt munera,ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant,& cauſſa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc, ait Dominus exercituum,fortis Iſraël: Heu,ego cõſolabor

Iſa. 1.

Mala,quæ ex blaſphemiæ ſcelere neſciuntur.

ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Vbi quidē ſuos hoſtes appellat nō eos ſolū, qui petulanter ac temere eū conuitiis afficiūt, ſed eos etiā, qui ſilenti ſocordia ſinunt aboleſcere. Et rurſus idē, habita expoſtulatione de vinea ſua ſub hyperbolicō ſchemate, q̄ ſubuētanea peperiſſet, quum ab ea opimi quidam fructus expectarētur: ē regione eſſet enixa labruſcas, ſentes, & vepres, hoc eſt, iniquitatem, & clamorem pauperū, quum iuſtitiā & iudiciū producere debuiſſet, quid inde pœnę, ac ſtipēdij ſubſequatur, hoc ſermone declarat: Nūc, inquit Dominus, oſtēdā vobis quid ego faciā vineæ meæ. Auferā ſepem eius, & erit in direptionem. Diruam maceriā eius, & erit in cōculcationem, & ponā eam deſertā. Nō putabitur, & nō fodietur: ſed aſcēdēt ſuper eā vepres & ſpinæ: & nubibus mandabo ne pluāt ſuper eā imbrem. His quidem verbis innuens propheta, Deū ſuam gratiā à nobis & retrahere, & nullā nō eius loco inuehere calamitatem, quandocunq; noſtris prouocatus ſceleribus, & potiſsimū cōuitiis in ſe congeſtis, nobis ſuccenſet. Vnde & ſubſequitur: Propter hoc, inquit, ſicut deuorat ſtipulā lingua ignis, & ęstus flammę exurit: ſic radix eorū ſicut fauilla erit, & germen eorum, vt puluis aſcendet. Abiecerūt enim legem Domini exercituum, & ſermonem ſancti Iſraël blaſphemauerūt, hoc eſt, Chriſtum eius. Ideo iratus eſt furor Domini in populū ſuum, & extendit manū ſuam ſuper eū, & percuſſit eum. Atqui nihilominus in omnibus his nō eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

Iſa. 5.

Vinea Domini fideles dicti.

Turcarum ferocia, ob scelera nostra.

Quînam quæso? Quia eleuabit, inquit, signum in nationibus procul, & sibilabit ad eas de finibus terræ, & ecce festinæ velociter venient. Non est deficiens, neque laborans inter eas: & item reliqua, quæ illic sequuntur: vbi quidem aperit continuam illam hostium Christiani nominis infestationem, quam ob scelera nostra nobis quotidie inferunt. Cui item sententiæ accedit & Ezechiel propheta in hæc verba: Quoniam, inquit, terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate, adducam pessimos de gentibus, & possidebũt domos eorum, & quiescere faciam superbiam potentũ, & possidebunt sanctuaria eorum: & reliqua quæ illic videre poteris.

Ezech. 7.

Constãtia & fides veterum prophetarum.

Ex his itaque prophetarũ sententiis facilè perpendere licet, eos tantæ constantiæ, támque firmæ & inconcussæ fidei fuisse, vt nemini quantũuis precellentiæ ac dignitatis, subblandiri voluerint: sed in omnes ex æquo qui fuissent alicuius sceleris, & potissimùm blasphemiæ conscij, liberrimè inuehi. Nullum denique metum obstitisse quominus ad quaslibet vitiorum sordes, ex quorumcunque hominum pectoribus eluẽdas, quod rationi consectarium est, cuique palam denunciarint. Cæterum nónne pro comperto ostẽdit Isaias, hanc Deum nequicquam deierandi consuetudinem, esse vel præcipuam caussam, propter quã tam crebris plagis, & calamitatibus, vt ne scalpendis quidem auribus (vt ita dicam) sit spatium, nostrum scelus ab inimicis fidei expungatur? adeò graui malo toties afflemur? Quam ob rem hoc

tempore longè faciat Deus à nobis miserationes suas, & misericordia & veritas ipsius nos non susci-
piat? Sed cõtrà circundẽt nos mala, quorũ non est numerus, atque apprehendant nos iniquitates nostræ, multiplicatæ nimirum super capillos capitis nostri: & cor nostrũ derelinquat nos? Prę terea num aliquo metu exanimatur, perterrefit, aut consternitur, vt à mentis linea aliquantisper deflectat (veluti huius temporis perbelli quidam euangelij præcones) quominus summorum imperatorum, regum, principum, ducũ, & id genus magnatum, indignum facinus increpet? quominus impios, infidos, iniustos, mendaces, vanos, & ipsa inanitate inaniores, ac demum socios furum passim, & ingenuè eos appellet? Quid de Michea propheta referam? Nónne idipsum præstitit, dũ à rege Achab accersitus, vt ei quid eo prælio, quod in regem Syrię inire moliebatur, esset sibi euentu rum indicaret, se nihil aliud dicturum respondit, quàm quod oraculo Dominus ediceret? A nuntio siquidem, qui eum accersitum ierat, rogatus, vt instar aliorum prophetarum, regi prospera, sibíque placentia præsagiret, indéque adeò nõ parua munera ab eo recepturus: Viuit, inquit, Dominus, quia quodcumque dixerit ac reuelauerit mihi Dominus, hoc loquar. Hac re quidem indicãs: quòd tametsi, autore Comico, obsequiũ amicos veritas odium pariat: obsequium nihilominus (dicente Marco Tullio) multò molestius esse, quod peccatis indulgens, præcipitem alium ferri sinit. Maximam autẽ culpam in eo esse, qui & verita-

Psal. 39.

Micheas propheta. 3. Reg 22.

Adulatio, & simulatio, quid efficiant.

tem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Et vt mouere & moueri, inquit, proprium eſt veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter: ſic habendum eſſe, nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem, blanditias, aſſentationem. Multis enim nominibus eſt hoc vitium notandum leuium hominum, atque fallacium, ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius nō modò ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur? Negat quis? nego. Ait? aio. Imperaui poſtremò egomet mihi, omnia aſſentari, vt ait Terentius, ſed ille ſub Gnatonis perſona. Quibus quidem verbis docemur, in obſequio, exhortatione, & conſilio, comitatem adeſſe oportere: aſſentationem verò, velut vitiorum omnium adiutricem, procul amouendam: quæ non modò amico (qualem vnumquemque decet eſſe Chriſtianum erga fratrem tum admonendum, tum obiurgandum) ſed ne libero quidem digna ſit.

In calumniatores, obſtreperos.

Sed hîc forſan aderit Coryceus quiſpiã, & diabolica lue egregiè præditus ſycophanta, qui, ceu veſpa cicadæ obſtrepens, dicat: Ergóne exitimulas veritatis præcones, vt in principes, & magiſtratus debacchentur, & apud vulgum traducant, calumnientúrque immerentes, & innoxios aſpergant infamia: & quiſque pro ſua libidine maledicta congerat in eos, qui pubica fun-

guntur dignitate? Non extimulo,ô bone obſtrepere, non extimulo, inquam, nec inſontes traduci voſo, vt qui illud non ignorẽ,quod ex Exodo detorquet in huiuſmodi, qualem fortaſsis me exiſtimas, diuus Paulus,adſtans tribunali impiiſſimi principis ſacerdotũ Ananiæ.Diis non detrahes, & principi populi tui nõ maledices. Et quod idẽ Paulus iubet,vt omnes ſubditi ſint præpoſitis ſuis,non ſolùm bonis,& mãſuetis, verumetiã diſcolis,hoc eſt, aſperis, & moroſis. Quódque alibi præcipit publicis magiſtratibus pendi tributum, pẽdi vectigal,perſolui honorem.Eſt enim & malis principibus ſuus deferẽdus honos(ſi quid meri Chriſtianiſmi imbibimus)ne plebs incõdita aſſueſcat & bonis oppedere: iuxta quod idemidem monet diuus Petrus in ſua priore Canonica,dum inquit:Subditi eſtote omni humanę creaturę propter Dominũ;ſiue regi,quaſi pręcellẽti:ſiue ducibus,tanquã ab eo miſsis ad vindictã malorũ, laudẽ verò bonorũ:quaſi liberi,& nõ quaſi velamen habẽtes malitię libertatẽ, ſed ſicut ſerui Dei. Qui ergo iſta nõ ignoro, imò & doceo,ſuadeóq;,non debeo videri probaturus linguã procacẽ,plus nimirũ habẽrẽ aloes,q̃ mellis: & quę potentes non ſanat, ſed ad atrocioręẽ exacerbat tyrãnidẽ,& efficit plerumque vt grauiora ſint morbo remedia.

Exod.23.
Actu. 23.
Hebr.13.
1.Pet. 2.
Rom.13.
1.Pet.2.

Quiddum? inquient.Imprimis torpentes iſtos, reſides, ac ſomniculoſos,quos nũc vulgus appellat Eccleſiaſtas,ſeu cõcionatores, atq; ouiũ Chriſtianarũ paſtores expergefaciens, admoneo alacrioris vigilãtiæ erga ſibi crediti gregis excubias.

Obiecti ſolutio.

Deinde commonefacio cùm mortales omnes cu
iuſcumque dignitatis ſint, & gradus: tum potiſsi-
mùm quoſdam fraterculos, aſſuefactos ſæpenu-
mero quibuſlibet palpum obtrudere, turpis lucri
gratia. Qui ſanè quemadmodum populum Chri-
Hebr.5. ſtianum docendi, exhortandíque partes vltro ſu-
ſceperunt, & hinc operi ſe accingunt antequàm
mittantur (tametſi, autore Paulo, nullus hunc ſibi
honorē aſſumere debeat, niſi à Deo vocetur, tan-
Iere.15. quam Aaron) & prophetant, ſed non ex Deo,
quemadmodum de eorum temeritate expoſtu-
lat ille per Prophetam: ita veritatem prorſus oc-
cultant: nec tantillum quidem audent hiſcere, ad
ea quæ Chriſtianam ſpectant pietatem. Adeò vt
ſi quid comminationis audiunt, mox illis ad pe-
des decidit animus, pauore conſternuntur, formi
1. Ioan. 4. dine expaueſcunt: nulla vtique Chriſti charitate,
foras mittente timorem, ſuffulti. Quo contrà nō
minus præclarè, quàm ſinceriter dicit regius Pſal-
Pſal.39. tes: Annūtiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna:
ecce labia mèa non prohibui, Domine tu ſcis. Iu-
ſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritā-
tem tuam, & ſalutare tuum dixi. Non abſcondi
miſericordiam tuam, & veritatem tuam à conſi-
lio multo. Vbi quidem cùm veritatem bis repe-
tit, quàm propenſum & vigilem animum ad Dei
honorem fulciendum, ſarciendúmque gereret, ſa-
Pſal.2. cilè commōſtrat. Et rurſus: Nunc, inquit, ô reges,
intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite
Domino in timore, & exultate ei cum tremore.
Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur

Dominus,& pereatis de via iusta.O totius veritatis solidã,expressámque imaginẽ!absolutũ ex arcana illa mente prodeũtis prophetiæ munus! Cui quæso fauet,aut quem peculiariter amplectitur, quominus illius facinora enunciet? & quę veritatis sunt cuique inculcet?Licet non pauci tum,quẽ admodũ & nũc,essent,qui ad iracundiã (vt Isaias loquitur)Deum prouocarẽt,& filii mendaces,filij nolentes audire legẽ Dei? Qui dicebant videntib⁹,Nolite videre:& aspiciẽtib⁹, Nolite aspicere nobis ea quę recta sunt:loquimini nobis placẽtia, videte nobis errores,auferte à nobis viam, declinate à nobis semitã, cessẽt à facie nostra sanctus Israel? Nũ tamẽ ob id remissior fit, aut timidior? Num ea de caussa caput cuiusquã demulcet,quominus ab eius nequitia propalanda remoretur? Minimè gẽtium. Incus nempe maxima(vt est in prouerbio)dum clauum tenet artifex, nullos metuit strepitus : constans nec animus quamlibet violentiam.Dum quis videlicet ita iuxta diuinam legem & docet & viuit,vt nihil quod cuiusquam probi lædat aures,aut oculos offendat, aut facit, aut loquitur.Et Flacco in Lyricis contestante:

Iustum & tenacem propositi virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente qualit solida.

Quo(autore Lactantio) nihil verius dici potest, si hoc ad eos referatur,qui nullos cruciatus, nullam mortem recusant, ne à fide iustitiáque declinent:qui non tyrannicas iussiones,non præ-

Isa.30.

Veri Christiani cõstantiæ.

sidum gladios tremunt, quò minus veram ac soli-
dam libertatem constanti mente defendant, quæ
Tria præstanda in Euangelij ministerio. in hoc solo tuenda sapientia est. Tria siquidem,
teste Theophilacto, in euangelij ministerio sunt
præstanda, animus quæcunque discrimina intre-
pidè aditurus, sapientia & intellectus, atque de-
mum vitæ integritas. Quemadmodum aliâs bea-
Psal.1. tum illũ astruit Psalmographus, qui non it in cõ-
silium impiorum, & in via peccantium non stat,
& in eorum cathedra non sedet: sed in lege Do-
mini voluntas eius, & in ea meditatur sedulò.
Apostoli. Act.5. Quemadmodum & in Christi Apostolis colligi-
tur, qui iustius ducentes obaudiendum esse Deo,
quàm hominibus, nec posse quæ vidissent, & au-
diuissent non loqui, quantò districtius illis præci-
piebatur, ne in Christi nomine docerent, tantò
constãtius & docebant, & Dei magnalia fiducia-
lius euulgabant. Euntes tandem flagris affecti la-
tabundi à consilij, & satanæ conuenticulis: quòd
digni habiti fuissent, vt pro nomine Iesu contu-
meliis afficerentur. Quemadmodum & Alexan-
Apollo Alexandrinus. Act.18. drinus ille Apollo (vt in summa dicam) eximiam
animi virtutem iungens cum omnium artium
peritia, Ephesum appulsus, ingenti cum feruo-
re spiritus, omnibus quæ veritatis erant loque-
batur, atque docebat sagaciter ea quæ Iesu Chri-
sti erant, citra cuiusquam formidinem, cùm tan-
tùm sciret baptisma Ioannis. Nam exhortatio
nostra (inquit eius itineris consors Paulus) non
ex errore & impostura, neque ex immunditia,
neque in dolo: sed sicut probati sumus à Deo, vt

crederetur nobis euangelium, ita loquimur. Non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra: Neque enim aliquãdo fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ: Deus testis est: neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis: sed facti sumus paruuli in medio vestrûm, tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non solùm euangelium Dei, sed etiam animas nostras.

Atque vtinam tantam animi alacritatem Christo præstaremus hoc tempore, ad hoc satanæ malum ipsum blasphemandi, detestandique amoliendum, quod vsqueadeo in hanc tempestatem irrepsit, quantum illi præstiterunt. Sed vereor cum doctissimo illo, simul & pio Ludouico Viue, ne multa metus, & regnandi cupiditas, admittat indigna. Sciuerit nihilominus quisquis ille fuerit (inquit) cœlesti regno idoneum non esse, qui pro terreno cœlestem regem contemnit. *Ludouic. Viues.*

Quum itaque in hoc toti simus, vt cùm liceat fugere litem, eam quæramus, hoc est, detestandis nostris criminibus, diuinam maiestatem liberrimè prouocemus, nullúsque existat qui eisdem extirpãdis suppetias ferre velit, sed quisque ad hoc mali conniueat: mirabimur tandem, si quod in se est faciat? hoc est, si malorum autores, siue in suam ipsorum perniciem illum irritauerũt, malè perdat? Idémq; iugũ trahẽtes (vt est *A Dei prouocatione argumẽtũ.*

in prouerbio) paribus inuoluat calamitatibus? Qui crabrones irritauerit, aut leonem ſtimulauerit, num is quæſo abiturus eſt, quin accerſitum malum reportet? Qui Chriſtum ipſum, leonem vtique illum fortiſsimum de tribu Iuda prouocauerit, quis nedum mente captus huncēure dixerit inultum laturum? Porrò quòd nihil Deo ſit æquè inuiſum, atque hæc in illum iactata blaſphemia, & vnde ipſius in nos iram vehementius excitemus, indéq; adeò acrius nos vindicet, & puniat, quū ex præhabitis exemplis ſatis ſit perſpicuū, ex hoc nihilominus potiſsimùm liquet, quòd in eius rei argumentū mos quōdā apud Iudæos inoleuerat, vt ſi quem audirēt Deū maledictis impetere, mox in deierantis execrationem, ſua præſcinderent veſtimenta: quemadmodū pleriſque in locis diuinæ ſcripturæ legenti obuiū eſt. Tum præterea quòd blaſphemos agerēt in crucem, inſepultóſque abiicerent, ex his, perinde quaſi ex meretricia pecunia, vllum ſacrum facere recuſantes. Ex quo ſanè nobis coniicere dabant, illud ſcelus eſſe, quo apud Deum nullum eſt execrabilius, & quod ideo minus ferēdum ſit homini ingenuo: vt videlicet homunculus eum maledictis laceſſat, per quem tantis potitur beneficiis, vitáque fruitur ipſa. Nam cùm certum ſit, iis qui ſæpius iurant, fidem abrogari, lege ſancitum erat, ne ſanctitatis nomine priuarentur filij, qui ſancti eſſe Domino ſedulò iubebantur, vt Deum blaſphemantes, illa mulctarētur pœna, ſub duorum triúmve fide ſpectatorum teſtimonio, quæ

Apoc. 5.

Mos Iudæorum, cùm Deum blaſphemantē aliquem audiebāt.

Exod. 22. Leuit. 19. & 20.

esset omniũ detestatissima, ac maledictioni maximè obnoxia, iuxta quod scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Vnde diuus Paulus illa omnia plus satis explorata habens, sic suos Colossenses Christianæ professionis commonefaciebat? Nũc deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpẽ sermonem de ore vestro. Homo siquidem, autore Sapiẽte, assuetus in verbis improperij, in omnib⁹ diebus vitæ suæ non erudietur. Quapropter (inquit) indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei, non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab illis. Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans in toto à peccato non purgabitur. Itẽque: Vir multùm iurans, implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Et si frustrauerit fratrem, delictum illius super ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquet dupliciter: & si in vanum iurauerit, non iustificabitur: replebitur enim retributione domus illius. Et in Exodo: Nõ assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

Deut. 28.

Col. 3.

Eccle. 23.

Assidua Dei nominatio vitanda.

Exod. 20.

Quò fit quidem, vt quamuis vnicuiq;, quibuscuis etiam peccatorum sarcinis depresso, cùm in Euãgelicis literis, tum vel præcipuè apud Isaiam, pœnitẽti vitæ prioris veniam polliceatur Dominus, cũ ait: Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis:

Mat. 12.
Isa. 30.

Ezech. 33. Et in Ezechiele, Nolo mortem impij, sed vt reuertatur à via sua, & viuat: Itémque diuus Paulus,

1. Tim. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: Nihilominus tamen nobis liquidum facere volens, nullum crimen esse quod peiore odio ipse prosequatur, aut vindicta penset grauiore, quodque suæ maiestatis oculos vehementius offendat, quàm hæc in illum vibrata blasphemia, sub hyperbolico schemate Israelis, per prophetam suum Amos, nunquam illos, qui ea tenentur obnoxij, ad pœnitudinem se recepturũ asseuerat.

Amos. 2.

Quin illos ceu peruicaces, & suo in scelere obduratos igne æterno prorsum absumendos edicit, iuxta quod per Ieremiã quõdam ipse comminabatur: Quoniã ignem succendistis, inquit, in furore meo, vsque in æternum ardebit. Inducit porrò ille prophetam Amos, sic loquentem: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eũ, pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calciamentis. Qui conterũt super puluerẽ terræ capita pauperũ, & viam humilium declinant, vt violent nomen sanctũ meum. Vbi quidẽ non parum detestomachari Deus dicitur in eo, quòd suum sanctũ nomẽ irreligiosius assumẽtes qui veræ religionis titulo gloriantur, eò præsumptionis & infidi animi deuenire ausint, vt sub illi⁹ inuocatione nõ vereantur suis fratribus, cum quib⁹ aliquid paciscuntur, negotium facessere: non attenta alioqui ratione illius, qui est vitæ fons, & in cuius manu est viuificare & occidere, percutere & sanare, quem

Ier. 17.

In fratrũ sacrum deceptores, sub diuini nominis inuocatione.

in teſtem inuocant. Atqui cùm, diuo Paulo teſte, iuſiurandum ſit omnis controuerſiæ inter homines finis: per eũ itaque iuratur, qui mẽtiri nõ poteſt, nec dolus in eũ cadere: quò homo, qui homini nõ credit, Deo, quẽ iuramento interpellat, credere cogatur, impleturum videlicet iuratũ, quod ſe facturũ recepit, dicens: Si hæc non præſtitero quæ polliceor, aut certè in illis mẽtiar: aut vel hęc vel illa preuaricer: dei & religionis hoſtis iudicer, fidefragus habear. Quod ſanè iuramẽtũ quũ data opera contigit non præſtare, quid hac re queſo aliud agere dicũtur homines, q̃ Dei ſanctiſsimum nomen violare, polluere, atque contaminare? Fidem nimirum, quam ſe arctiſsimè ſeruaturos ſponderant, perditiſsimè ſibi abrogantes: indéque adeò Deum ipſum ludibrio & deriſui habentes? Atque eò fit, vt non abs re iuſtum vendere pro argento, & pauperem pro calciamentis, à propheta dicatur. Iuxta quod etiam eam ob rem pleriſque in locis apud Ezechielem, ſuam iram & indignationem effudiſſe ſuper huiuſmodi aſtruit Dominus. Et item apud Paulum, & in Geneſi legitur de Eſau, quod propter vnam eſcam, hoc eſt, edulium lenticulæ, ius primogenituræ ſuæ fratri ſuo Iacob vendiderit. Vbi quidem non tam gulæ notandus venit ille, quàm (vt ita dicam) irreligioſitatis, quòd inſigne Dei donum ſacerdotij, quo omnes primogeniti donabantur, non pluris quàm lenticulæ pulmentum fecerit. Huius quidem exemplo arguti, qui fidem promiſſam, donũq; quodlibet diuinũ, ac perceptã Dei gratiã,

Deut. 32. Heb. 6. 1. Pet. 2.

Violare Dei nomẽ quid.

Ezech. 7. 10. 14. 21. Hebr. 12. Gene. 25. 27.

tam parui faciunt, vt temporali voluptate, concupitóque desiderio, eam plerumque commutent: in hoc Esau similes, de quo ait Paulus, quòd postea cupiens hereditare benedictionẽ, reprobatus est, hoc est, à sua postulatione reiectus, nec inuenit pœnitentiæ locũ, quamquam cum lachrimis inquisisset eam.

Si igitur illi, qui stipulatui & conuentis sub diuini numinis obtestatione ritè peractis non stant, tam stricta vltione plectuntur, vt eos ille ad salubberrimas pœnitentiæ obseruationes recipere nolit: qua (putas) sunt traducẽdi vindicta, qui filium Dei plus millies quotidie conculcant, & sanguinẽ testamenti, in quo per baptisma sanctificati sunt, horrẽda hac, qua impetunt blasphemia, pollutum ducunt? Nũquid (ait Dominus per Ieremiam) super his non visitabo, & in huiuscemodi gẽte non vlciscetur anima mea? Et qui plantauit aurem (inquit Psalmographus) hæc non audiet? aut qui finxit oculum, non considerabit? Qui corripit gentes, non arguet hęc? qui docet hominẽ scientiam, illa non increpabit? Maximè profectò. Scit enim Dominus cogitationes hominũ, quoniam vanæ sunt. Vnde de eis meritò prophetauit septimus ab Adam Enoch (inquit diuus Iudas in sua Canonica) in hæc verba: Ecce (ait) venit Dominus in sanctis millibus, hoc est, angelis suis, facere iudicium cõtra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorũ, & de omnibus durissimis, quæ locuti sunt contra Deũ peccatores impii. Impios vtiq; appellãs, sceleratos, nefarios, eosque potissimum

Hebr.10.

Iere.5.

Psal.93.

Prophetia Enoch in blasphematores.

potiſsimũ qui de Deo malè merẽtur: quos arguet ille impietatis, & maledictorũ, & blaſphemiarũ, quæ hîc dura vocantur, cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, vt eſt apud diuum Matthæũ. *Mat. 25.* Porrò quantum ab hoc ſcelere abhorreat ille, ſatis aperit: quum vnumquemque fidelem ſanctiſſimis his documẽtis erudit per prophetam ſuum Zachariam in hunc modum. Hæc ſunt verba quæ facietis: Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris: & iuramentũ mendax ne diligatis. Omnia enim hęc ſunt, quæ odi: dicit Dominus. Quæ porrò omnia, contenta idem propheta contemplatus fuerat intra maledictionem illam, quam in volumine volenti prius viderat: Quæ (inquit) ingreditur ſuper faciem vniuerſæ terræ (hæc noſtra vtique præſagiens tempora) quia omnis fur inde iudicabitur, & omnis iurans ſimiliter ex eo iudicabitur. *Zach. 8.* *Ibid. 5.*

Quò fit quidem (vt illuc noſtra ſe reflectat oratio, vnde defluxit, quódque propoſueramus, concludamus aliquando) vt his tam luculenter ac dilucidè diductis, & probatis, publica dementia ſit exiſtimanda quæri poſthac ab huius tempeſtatis mortalibus, vnde tot rerum tempeſtates, inſultus & infortunia proficiſcantur, quæ quotidie perpetimur: quum vtique liquidò conſtet, nos ea accerſere his continuis in Deum vibratis blaſphemiis. Ex quo ea etiam colligi poſſunt ſigna eſſe aduentus Chriſti, ac extremæ conſum- *Prima cauſæ concluſio.* *Primum ſignum cõſummatio-*

nis seculi, breui venturæ.

Mat.24.

mationis seculi diem haud procul abesse portẽdentia, quæ ipsemet Christus in monte Oliuarum suis olim edisserauerat, ac obseruanda mandauerat. Quod vel in hoc apertius constat, quod tametsi nostra quotidiana iniustitia & iniquitate Deus permotus in iram, sinat nos his ferè intolerandis rerum calamitatibus vexari, neminem tamen propè videre sit, qui melior inde euadat: imò qui non inde potius instar Pharaonis cuiuspiam incandescat in scelera. Quum nihilominus pius ille & clemens pater id ad hoc faciat, vt hinc ea ipsa scelera sic execremur abhorreamúsque, vt

2. Pet. 3.

tandem ad cor redditi resipiscamus. Patienter interim agens nobiscum, dum aliquos perire non vult, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Verùm quum nullus non ferè ab ea hoc tempore resiliat, nullum itidẽ fore arbitror tam hebetis & insanæ mentis hominem, sua vel hoc etiã prodente conscientia, qui non hinc coniiciat, Christi sermonem

Luc.17.

breui impletum iri, quo apud Lucam adstruit aduentum suum perinde futurum ac in diebus Noe, vnius mortalium omnium iusti reperti, quum sui seculi homines Dei lenitate abuterentur. Nam

Noe seculum.

quemadmodum in diebus Noe, quum in cudenda arca (in qua paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ

1. Pet. 3.

fuerunt per aquam) plurimum laboris exhauriret, erant homines edentes & bibentes, contrahentes matrimonium, & nuptui dantes, hoc est

Mat.24.

in summa, curandæ cuticulæ omnino intẽti (quãquam nihilo secius suam ipsorum salutem, quæ semel exciderat animo, quasi postliminio in ani-

mum reuocaret, atque vt in viâ redirent aliquando, ne aquis diluuij inuoluerentur, amicè moneret) ita & nũc fit. Quamquam enim eis quàm familiarissimè, ac veracissimè protestaretur (impulsus vtique numine superûm) nõ longè abesse diem, in quo ob flagitia sua perire deberẽt: nemo tamẽ illorum erat, qui ipsius sermonibus aliquãtisper subscriberet, aut moueretur. Quinimo eum naribus acutis subsannantes, nil agitabant aliud, quàm impœnitenti & infida mente in illum deblaterare, donec scelerũ vltricibus aquis obruti sunt. Non minus indulgẽtes genio, aut sua verba curantes, quàm si à fatuo, aut mẽte capto quopiam proferrẽtur. Sicque demum dum falso gaudio ducuntur, inundatione aquarũ mox ingruẽte, inter oscitãtes oppressi sunt, & de medio sublati.

Eorũ, qui ante diluuium erãt, pernicacia.

Nunc vicissim quum huius temporis mortales eò vsque in malum obduruerint, vt nullius velint quãtumuis iusti nec ipsius quidem Christi sententiæ calculum addere: nullius quantumlibet trãquillè & amanter monentis cõsilio, ab inueterato errore eatenus reuocari, quatenus ex scelerũ vmbraculis ad iustitiæ solem eliciantur: quin potius more priscorum illorum aquis diluuij obrutorum, Epicureos agant, exporrigant frontem, vultúmque oppiparè exhilarẽt, nullius rei futuræ interim curam agentes: quid hinc quæso iure coniicere pręuales, nisi signa quædam esse patentissimè subindicantia, iamiam imminere extremum illum diem, in quo, diuo Petro teste, magno impetu transibunt cœli, elemẽta verò calore

Duritia huius tẽporis mortalium.

2. Pet. 3.

soluentur? Terra denique, & quæ in ipsa sunt opera exurentur? Sed &, eo apud Lucam dicente, fiant hæc perinde atque in diebus Loth: Edebant nanque illi & bibebant, emebant & vendebāt, plantabant & ædificabant: qua die autem exiit Loth à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cœlo,& omnes perdidit: secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur. Vnde (inquit Paulus) & mysterium iam operatur iniquitatis. Quid enim mysterium iniquitatis significat, nisi scelera hac tempestate vigentia, figurámque vtique Antichristi præ se ferentia? hoc est, iam illius spiritus vim, & energiam denotantia? Quibus alioqui ipsemet Christus nos docuit sub fici parabolæ inuolucro, quantum facilè perpendere esset, cùm in ea tempora deuenissemus, in quibus hæc locum haberent, vt nunc habent, extremum rerum omnium finem. Cuius fici cùm ramus, inquit, tener fuerit,& folia nata: scitote quia prope est in ianuis. Obsolescente siquidem veterum morum integritate, & eius loco exuberante iniquitate, frigescere pariter, & labefactari charitatē, qua vnica stabili lege quæque firmantur & mortalia & cœlestia, necesse est. Porrò cùm liquore dolium exhaustum est, quid in eo quæso vltra desideratur, quàm exinanita fex: ad quam nimirum ebibendam adigendos omnes peccatores terræ à Deo pronunciat Psalmographus, simul atque ipse cœperit scrutari (vt est apud Sophoniam) mysticam Hierusalem in lucernis, & visitare super viros defixos in fecibus suis? Rursus

Loth secu lum.
Luc.17.
Gen.19.
2. Thes.2. Mysterium iniquitatis.
Mat.24.
Psal.74.
Sopho.1.

cùm iam videantur scelerum quorumlibet, indéque adeò calamitatum omnium ferratæ acies, ante cuiusuis ianuam consistere, totius denique malitiæ, ac perniciei cornua rauco cantu crepare, quò quisque suum fratrem euincat, deiiciat, ac conculcet, atque demum in mortem atrocè venetur, quis protinus non dixerit hinc mox emersurum extremum belli conflictum? Vicissim quum hac tempestate gens in gentem, populus in populum, regnum in regnum ita consurgat, tam pernicibus præliorũ tumultibus mutuò dissideant orbis Christiani principes, tantísque odiis tabescant, quis non dicat hoc esse iniquitatis mysterium, ob quod occulta quadã diuinæ prouidentiæ ratione, terram futuram in desolationem quondam præsagiebat Ieremias propheta? *Iere. 7.* Vt etiam veritati consectaria inueniatur illa Danielis sententia, qua affirmat post belli finem, statutam desolationem emersuram. Et item illa regij vatis, cùm ore præsago iniquitatem simul & impietatem, qua operiri haberent huius temporis homines, subsannaret in hæc verba: Deiecisti eos dum alleuarentur. At quomodo (inquit) facti sunt in desolationem? Subitò (respondet) defecerunt: perierunt autem propter iniquitatem suam. Quæ porrò prodiit quasi ex adipe: vnde & transeuntes in affectum cordis, cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelsum locuti sunt. Sed & in cœlum posuerunt os suum, & lingua eorum trãsiuit in terra. Et item Christus apud Lucam; Cùm videritis (inquit)

Propheticа subsannatio huius tempestatis hominum. Psal. 72.

Luc. 21.

circundari ab exercitu Ieruſalē, tunc ſcitote, quia appropinquabit deſolatio eius. Quā porrò deſolationē interno mentis oculo olim cōtemplans Ezechiel propheta, ob hæc ipſa quæ modò vbique graſſantur ſcelerum monſtra oborſurā, ita ex ore Domini dicebat: Hæc dicit Domīn° Deus Iſrael. Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. Nunc finis ſuper te, & immittā furorē meū in te. Iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam cōtra te omnes abominationes tuas. Et nōn parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor: ſed vias tuas ponam ſuper te: & abominationes tuæ ſuper te erūt: & ſcietis quia ego Dominus. Hæc dicit Dominus Deus. Afflictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis: euigilabit aduerſum te, ecce venit. Venit cōtritio ſuper te, qui habitas terram: venit tēpus, prope eſt dies occiſionis, & non gloriæ montiū. Nūc de propinquo effundā iram meā ſuper te, & cōplebo furorē meū in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia ſcelera tua. Ecce dies, ecce venit, egreſſa eſt contritio, floruit virga, germinauit ſuperbia, iniquitas ſurrexit in virgā impiā. Ideo venit tēpus, appropinquauit dies. Qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira ſuper omnē populū eius. Hactenus Ezechiel, de ſeculorū fine ventura ob abundantē iniquitatē præſagiens. Idque adeò apertè, vt præ rei certitudine, verbo præſentis temporis vtatur, quo rem velut digito demonſtret. Tanta nempe eſt prophetiæ virtus & certitudo, vt propheta plerumque quod futurū eſt, verbo præſenti ex-

Seculorum finis ob ſcelera hoc tē pore graſſantia. Ezech. 7.

Prophetiæ certitudo.

plicent. At verò quid hunc diem hactenus detinuerit,scitis,inquit Paulus,nempe vt reueletur tẽpore suo. Vbi quidem ille nempus incertum & inexplicatum relinquit,quò nostrum non esse ostendat nosse tempora vel momenta, quæ Deus pater in suæ vnius potestate posuit:sed à signis tãtùm ea spectanda esse, quæ Christus suis quondã aperuit.Quoniã nisi (inquit Paulus) venerit discessio primũ,vel(vt alij volunt)defectio ab vniuersali scilicet ecclesia,& fide Catholica, & reuelatus fuerit homo peccati,filius perditionis, statuta orbis desolatio,quę dicta est à Daniele prophe ta,non veniet.Qua vtique,autore Sapiente, inflatos disrumpet Deus sine voce, & mouebit illos à fundamento, & vsque ad supremum desolabuntur,& erunt gementes, & memoria eorum peribit,decidentes sine honore, & in contumeliam inter mortuos in perpetuum traducti ex aduerso ab iniquitatibus ipsorum. Atqui quum hac tempestate constent hæc omnia, eorum vtique mysterio iam maximè penes quosque locum obtinent:signa denique(vt præmisimus) quæ Christus ipse in euãgelicis literis expresit, & cõsiderare nos ad hoc voluit,vt iuxta quęstionẽ Apostolorũ palã nobis fieret signũ consummationis seculi,ac sui extremi aduẽtus,euidentissimè pateãt: atque deniq; in mẽbris suis quotidie magis ac magis reueletur filius ille perditionis(cui⁹ nimirũ est aduẽtus secundũ operationẽ Satanæ in omni virtuté,& signis,& prodigiis mẽdacibus,& in omni seductione iniquitatis iis q̃ pereũt, eò q̃ charitatẽ

2. Thes. 2.

Act. 1.

Mat. 24.

Danie. 9.

Sapien. 4.

2. Thes. 2.

veritatis non receperũt, vt ſalui fierent) fit vt nemo iam diffiteri iure valeat, nouiſsimã horam imminere, hoc eſt, tẽpora illa, quę ob regnatura ſcelera, ſeculorũ conſummationem acceleraturum Dominum ſuprà adductus propheta Ezechiel ĩ olim præſagiebat. Vbi quidẽ nec temporis præſcriptione, nec interſtitio, vllo pacto moueri debes, quomin⁹ putes, de hac generatione, illa dicta fuiſſe à Propheta, licet eo tẽpore quo ea vaticinabatur, adſtrueret ꝓximè effuſurũ Dominũ irã ſuã ſuper terrã. Nam, teſte Pſalmographo, mille anni ante oculos Dei, ſunt tãquã dies heſterna, quę præteriit, & velut cuſtodia vni⁹ noctis. Sed &, autore diuo Chryſoſtomo, ſolet De⁹, qñ ſublimia & magna facturus eſt, ante multa illa tẽpora prędicere, exercẽs hoc pacto ſuorũ auditum, quò certius & facilius excipiãt illorũ aduẽtũ. Quod & diuus Petrus confirmat, in hæc verba: Vnum, inquit, hoc vos nõ lateat, chariſsimi, quod vn⁹ dies apud Dominum, ſicut mille anni, & mille anni, ſicut vnus dies. Quod perinde eſt, ac ſi diceret: Dies & mille anni nihil ad æternitatem, quo ad procraſtinationem, tarditatem, aut accelerationem: quia reſpectu æternitatis, mille anni, imò centum millia annorum, tanquam vnus dies ſupputantur. Nam quẽadmodũ in Eſdra legitur, coronę aſsimilari ſolet diuinum iudicium. Sicut (inquit Vriel angelus) non nouiſsimorum tarditas, ſic nec priorũ velocitas. Omnia nãque tẽpora præterita, præſentia, & futura, ſunt ipſi Deo præſentia, æquè omnia cognoſcenti, atque vnum diem. Quare Deo neque

Pſal. 89.

Chryſoſtomus.

2. Pet. 3.

Dies vnus aut mille anni, nihil ad æternitatem.

4. Eſdr. 5.

tarditas,neque procraſtinatio vlla eſt.Nobis pro iudicio noſtro quædam longa, quædam breuia videntur. Sed Deo neque breue quicquam eſt, neque longum.Stat ſuis promiſsis,nihil reſpiciés noſtram cupiditatem,nihil remoratus breues lõgáſve horas,ſed ſuum ſequitur conſilium ęternũ. Non enim tardat Dominus(inquit Petrus) promiſsionem ſuam,ſicut quidam exiſtimant:ſed patienter agit propter nos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2.Pet.3.

Ad quã porrò quum iam ferè neminem reuerti conſpicit,verùm è regione omnes in ſcelera ita occalleſcere vt prioribus peccatis addere peccata non vereantur,eóque iam deuẽtum ſit, vt ipſius iuſſa palam & temere quiſque hoc tempore excutiat,vincula diuina diſrumpat, & abs ſe proiiciat ipſius iugum:ſupereſt vt quod diuturniori tẽporum intercapedine ille qui habitat in cœlis minitatus eſt,re tandem exhibeat,& præſtet quod ſemel pollicitus eſt: hoc eſt,loquatur ad eos in ira ſua,& in furore ſuo conturbet illos.Quæ ſanè omnia nequeunt facilius elici, quàm hiſce quatuor cauſsis,quas hoc libro ediſſerimus:vt quemadmodum conſtat propter eaſdem totum orbem exagitari,indéque omnia quę patimur hoc tempore,nobis meritò obuenire:ita earũdem gratiâ, cũ finem extremum,ceu patẽtiſsimis ſignis, propediem accepturum cõſtet.De quibus alioqui iam adductum Eſdram prophetam,in hunc modum ſcribitur:Ecce dies venient, inquit Vriel angelus, in quibus apprehendentur qui habitant terrã in Pſal.1. 4.Eſd.5.

Præsentiũ temporum germana descriptio.

sensu multo, & abscondetur veritatis via, & sterilis erit à fide regio: & multiplicabitur iniustitia super hanc, quam tu vides, & super quam audisti olim: & populi commouebuntur: & regnabit quem non sperant, qui habitant super terram: & omnes amici seipsos expugnabunt: & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in prõptuarium suum: & quæretur à multis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinentia super terram. hactenus ille. Quibus sanè verbis, nil potest apertius describi quàm nostrorum temporum conditio. De qua & item diuus Paulus quondã vaticinabatur, suum interim commonefaciens Timothæum, in hec verba: Hoc scito, inquit, quia in nouissimis diebus instabunt tẽpora periculosa: & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores, magis quàm Dei: habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Itémque diuus Iudas in sua Canonica: Charissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis: Quoniam in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus, solúmque dominatorem, & Dominum nostrum Iesum negantes. Hi sunt murmuratores, querulosi, & quorum os loquitur superbiam, mirantes personas

2. Timo. 3.

Iudas in sua Canonica.

quæstus cauſſa: quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. Quibus quidem verbis, mores & ingenium huius tempeſtatis mortalium inſigniter ſubuertatur: eorúmq; potiſsimùm, qui pro ludo habent, Deum aſsiduè conuitiorum iaculis cõficere, ac deteſtari. Quis enim illum æquè aut denegat, aut deteſtatur, aut cuius os maiore cũ impietate loquitur ſuperbiam, quàm illius, qui eum oppropriis dilacerat, & diris laceſsit cõpellationibus? Carnẽ, inquit, haud dubiè quin Chriſti, quantum ad eos attinet, ſuo ipſorum ore maculant, ipſius dominationem ſpernunt, maieſtatémque blaſphemant. Quum contra Michaël Archangelus cum diabolo altercans de Moyſi corpore, non auſus fuerit iudicium inferre blaſphemiæ, ſed tantùm dixerit, Imperet tibi Deus. Iſti nihilominus quæcunque ignorant blaſphemant: & in his, quæ naturaliter tanquam muta animalia nôrunt, corrumpuntur. In hoc ſanè hæreticis non abſimiles, imò illis propemodum infideliores. Quandoquidem, ſi quempiam huius temporis hæreticorum rogites, credatne Chriſto, nemo inficiabitur quin ſe credere ſit ſtatim reſpõſurus. Nedum hoc, verùm etiam eum ſe modis omnibus, vt par eſt, reuereri. Quin & ipſius nomine vel horridam mortẽ paſſurum ſe potius, ſi quoquomodo res, tẽpus, & locus poſtularent, quàm eum eſſet abnegaturus. Tum præterea illum, qui in Chriſtum quid detorquet contumeliæ, dignum quẽ ima tellus abſorbeat, vel pater omnipotẽs adigat fulmine ad vmbras, noctémq; pro-

Dei blaſphematores, parum aut nihil ab hæreticis differre.

fundam:nedum communi vita frui diutius patia-
tur. Quando enim istud non dicerẽt, quum Boë-
mos (qui præter cæteros huius detestandę factio-
nis impietate sunt inuictissimi) acceperimus, nul-
lum capitale peccatum, quantum vis maioris mali
vitandi gratia, tolerare? Sed & qui mortalis cul-
pæ reus sit, eum iudicant non debere, neque se-
culari, neque ecclesiastica dignitate potiri, nec e-
tiam ei parendum esse. At quantò magis de hoc
non solùm detestando, sed & horrendo audito
crimine, iudicaturos existimas? Si enim vsque-
deo omnia crimina auersantur (vt sunt planè ab
vno quolibet Christi nomine insignito detestan-
da) istud certè longè amplius, quo non est vllum
detestabilius, atque horridius.

Boemi quantumvis mali vitãdi gratia, peccatum mortale tolerandũ non esse conſẽdunt.

Blasphemi & hæretici, præcones Antichristi.

Atqui nihilominus vtrique Antichristi præco-
nes sunt, vtrique iniquitatis mysterium operan-
tur, vtrique consummationis seculi antesignani,
coriphæi & præambulones existunt. Cùm enim
vterque Deum agnoscat, illum nihilominus vter-
que & factis & dictis negat: hic quidem suis the-
nis, fucis, sycophantiis & impostoris: ille, dei-
ratione temeraria, horrendáque blasphemia. Hic
quò suam impiam sententiam confirmet, fulciat,
atque corroboret, nulla ex causa iuramẽtum pro-
bat, astruens non esse cuiusquam hominum, vt
quicquam iuret se facturum, vel non facturum,
eò quòd nihil esse dicat in ipsorum potestate, sed
omnia in manu Dei. Hac quidem impietate dã-
nans, omnia piorum vota, & sanctas promissio-
nes adeóque & ipsam matrimonij coniunctio-

nem. Ille, quò corruptiſsimos mores ſuos & publica crimina, infirmitate quadam & morbo naturæ fulciat ac palliet, aſſerit ſuas blaſphemias eò illi imputandas non eſſe, quòd eo morbi genere laboret. Attamen cùm vtrique vitam illam cœleſtem nôrint, iuxta quã & eos viuere in hac mortali conueniat, ſibi nihilominus in hac ſua malorum colluuie & ſentina, impuritate deniq;, & perfidia, ſummáque iniquitate & placeant, & ſordeſcant: nemo ſanæ mentis non dixerit, illos ſacri Euangelij contemptores, Chriſtianæq; religionis meros aduerſarios, & Antichriſti miniſtros exiſtimandos eſſe. Nempe à quarum ſenſu (vt eſt apud Paulum) & conſcientia, is qui Chriſtus eſt, & verus Deus, aboleſcat. Nam teſte Chryſoſtomo, quotquot habet eccleſia Dei impios & peccatores, ſceleratos & contaminatos, patricidas & matricidas, homicidas & fornicarios, maſculorum concubitores & adulteros, plagiarios & mendaces, periuros & blaſphematores, quum ij ſanæ doctrinæ aduerſentur, quæ eſt ſecundum Euangelium beati Dei, illos pariter & Dei verbo aduerſari, extollíque ſupra id quod creditur & colitur Deus, ab eorúmque conſciẽtia Chriſtum aboleri conſtat. Atqui creditur ille, & colitur propter quod locutus eſt, indéque adeò ſempiterna eius virtus & diuinitas adoratur: Nempe verbum illud quod erat ante tẽpora ſecularia apud Deum, & quod Deus erat. Cùm ergo ſit ipſe Dei verbũ increatum, & quicquid Dei verbo oppedit & reluctatur, in Antichriſti ſententiam deſcendere ex

2. Cor. 11. *Chryſoſtomus.* 1. Tim. 1. *Rom. 1.* *Ioan. 1. Dei verbum.*

Antichristus mendaciorum proprius propheta.

præhabita D. Chrysost. sententia liquidò constat (vt qui deterrimus omnium sit, & mendaciorum proprius propheta, ideóq; Christi doctrinæ maximis omnibus reluctans, vt quantum ad illum attinet eũ deprimat, se extollat, & ostentet) hinc meritò asseuerandum venit, illos, qui Dei iustitiæ sanæ doctrinæ subiici renuunt, sicque illum conuitiis afficiũt, Antichristi præcones esse. Quorum quum numerus nunquam aliquãdo visus sit exuberantior, quàm nunc est, hinc itidem facillimè potest colligi, illud signum fore, quo diſpiciendi nobis reliquerũt prophetæ, diem illum haud procul abfuturum, cùm in illa tẽpora deuenirem in quibus id locum haberet. De quo vtiq; quondam vaticinabatur Sophonias propheta in hunc modum. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis. Vox Dei nostri amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies terebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super turres excelsas. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini. In die zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet, cunctis habitantibus terram. Et aliquantò superius: Et extendam, ait Dominus manum meam super eos qui iurant in Domino

Sopho. 1. Dici extremi iudicij descriptio.

& qui auertuntur à tergo Domini, & qui non quęsierunt Dominum, nec inuestigauerunt eum: & item subsequentia, quæ illic videre poteris.

Quum igitur hæc omnia (vt cum dominicarum ouium primario custode aliquando concludam) breui dissolvenda sint, iuxta hæc euidentissima signa, quæ nunc haud dubiè patescũt: quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem propediem, vt videre est, cœli ardentes soluentur, & elemẽta ignis ardore tabescẽt? Quapropter hæc expectãtes, satagamus oportet totis viribus immaculati, & inuiolati inueniri in pace, cũ summas auras exiget cõsumpta dies, Domini nostri (cuius vtique lenitas ad pœnitentiam nos inuitat) lõganimitatem, nostrã arbitremur salutem. Is enim est adeò patiens, misericors, ac longanimis, vt neminem velit perire: nisi eũ, qui adeò in scelere suo indurescat, vt diuitias bonitatis ipsius, & patientię, & longanimitatis secundum duritiam suã, & cor impœnitens contẽnat, indéq; adeò sibiipsi thesaurizet irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Exoptat siquidẽ ille ad æterna illa cœlestis thesauri pręmia vnumquemque dirigi, quæ piè clemẽtérque daturus est iis, qui diligũt eum in veritate, & ab eius fide neutiquam deuiant. Respiciamus igitur, offensionésque oculorum nostrorum abiiciamus, ob quas ille (vt est apud Ezechielem prophetam) in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnat super nos. Accedamus ad eum

Epilogus.

2. Pet. 3.

Rom. 2.

1. Tim. 2.

Ezech. 20.

Hebr.10. cũ vero corde in plenitudine fidei, aſperſi cor
à conſcientia mala,& abluti corpus aqua mun
teneamus ſpei noſtræ cõfeſsionem indeclinab
(fidelis enim eſt qui repromiſit) & cõſidere
inuicem in prouocationem charitatis, & bono
operum: ídque tantò magis,quantò videmus a
propinquantem diem. Diem,inquam, illum m
Act.16. gnum omnipotentis Dei, quem ſtatuit, vt in
iudicet orbem in æquitate,in viro, in quo fid
præbet omnibus,ſuſcitans eum,mortuis.

1.Tim.2. Proclamemus ſubinde in cœlum, & leuan
corda noſtra cum puris manibus vocéque fleb
ad ſeruatorem,protectorémque noſtrum De
Hebr.4. in iram planè atrocem aduerſum nos prouo
1. Theſ.4. tum, fiducialiter adeamus thronum ſuæ grati
quò eo mitigato,miſericordiam cõſequamur n
qui relicti & reſidui ſumus, & gratiã inueniam
in hoc tempore oportuno. Quò tandem ille p
luminaribus ſuam dignetur aſpicere non con
ſam modò & variis inſultibus confractam pleb
culam,eius opprobriũ auferens:ſed & omni co
uulſam direptione,inq; manus exterorũ nequi
delapſam,ſuam ſponſam, ſuã columbã Eccleſi
Pſal.140. miſericors ille & miſerator Dominus:qui in P
mis tangi Chriſtos ſuos,& in prophetas ſuos m
lignari,ſumma cum diſtrictione inhibuit. Sícq
tandem illa his quibus alluitur procellis aliqua
tulum alleuietur, alleuetúrq;, & ſecura iuxta d
priſcos conſiſtat. Ea ſiquidem erat cauſſa alte
ediſſerenda, propter quàm tantis hac tempeſta
afficimur calamitatibus,& ærumnis.

SACR

SACRÆ DEI ECCLESIÆ QVORVMDAM HVIVS SECVLI PASTORVM damnandam auaritiam, ouiúmque *ſuarum neglectum, ſecundam cauſſam eſſe, cur tantis diſtringimur calamitatibus, & miſeriis.*

Lib. III.

POrrò non poſſum non credere (vt etiam cuique ſanæ mẽtis ſatis perſpicuum eſt) quin quòd ſic modò neſcio quibus indignis traditur ſanctæ matris Eccleſię agẽdarum excubiarum negotiũ, ſit fomes præcipuus, ſeminarium alterum, ac comperta ſcaturigo omniũ dolorũ, quibus nũc extabeſcimus. Ex quo etenim ſancta noſtra perfecti decoris, in manu extraneorum redacta ſunt, hęreditáſque Dei verſa eſt ad alienos, atq; templum Domini ſicut homo ignobilis effectum, vaſa glorię eius captiua abducta (quę enim gens hoc tempore non hęreditauit regnum eius, & ipſius ſpolia non obtinuit?) ſublimitas denique, ac dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum, ſabbata in opprobrium, honores in nihilum: omnis compoſitio eius ablata, & quæ libera, facta eſt ancilla: tanta nos apprehenderunt mala, tanta oppreſsi ſumus iniquitate, tanta amaritudine vbique locorum differta ſunt omnia, tam pernitioſa populo Chriſtiano allata diſpendia, tam variis pere-

Thre. 5.

1. Mach. 1. & 2.

griníſque hæreticorum doctrinis ſacra philoſo-
phia dilacerata:tãto deniq; huius temporis mor-
talium pectora ſcelere ſunt referta, vt nemo re-
rum adeò imperitus eſſe poſsit, qui meritò non
iudicet,longè maiorem viſam iri noſtram iniqui-
Gen.13. tatem atq; inde miſeriam, peccato Sodomorum
qui ſubuerſi ſunt in momento. Quãdoquidem
eorum temporibus tanta ſigna facta fuiſſent, tam
Nunc Chri-
ſtum ſuis
ſermonib⁹
nõ minus
nos inſti-
tuere, quã
cùm nobiſ-
cũ ageret.
ſalubria præſtita dogmata,tam efficacia abſoluta-
que gratiarum munera exhibita, quanta Chriſtus
legifer noſter ſuis ſermonibus exhibere nõ dedi-
nit,non minus quàm cùm nobiſcum ageret mor-
talitatis ſtola indutus: quibus, ſi velimus, inſtitui-
mur,quos legimus, circũferimus, qui quotidie pu-
blicis in concionibus nobis inculcãtur, in quibus
denique nobiſcũ etiam ipſe viuit, ſpirat,loquitur,
Luc.10. penè dixerim efficacius, quàm cũ inter homines
verſaretur: olim in cinere & cilicio pœnitentiam
egiſſent. Nos verò,nos inquã,perinde quaſi mul-
tò alienioris, præcellentioríſve conditionis eſſe-
mus,quàm illi:aut certè aura populari caperetur
aliquantiſper ille, qui ne tantiſper quidem move-
tur, nec perſonas miratur hominum (quemad-
2. Par.19. modum pius ille rex Ioſaphat in Paralipomenis
dictitabat) aut plus nimiùm de noſtra ſalute iam-
iam eſſemus ſecuri, quum contrà tot ſimus pec-
catis nos in orcum deprimentibus onuſti,vt nihil
ſuprà: aut denique inſtar illorum, qui à quinque
ſcopulis deſiliunt in fluctus, toti deſponeremus
animum: his nihilò ſecius aut mouemur, aut ſta-
mus, quàm ſi fabulæ aniles eſſent, aut puerorum

neniæ, aut certè margaritæ ante porcos respergerentur. Adeò quicquid est sancti, quicquid decori, quicquid Christus magni pensi duxit, more canum rabidorum sordidorúmve ab vnoquoque huius temporis mortalium vel conculcatur, vel diripitur. Quò quidem fit, vt nunquam ita probatum atque exploratum sit quod dicit Comicus, vt modò & probatur, & exploratur, cùm ait: *Mat. 7.*

Plautus in Trinũmo.

-Nunc mores, nihil faciunt: quod licet,
Nisi quod lubet. Ambitio iam more sancta est, libera est
à legibus.
Scuta iacere, fugeréque hostеis, more habent licentiam.
Petere honorem per flagitium, more fit. Mores
Leges perduxerunt iam in potestatẽ suam magis qui sunt
Obnoxij, quàm parentes liberis. Eæ miseræ etiam
Ad parietem sunt fixæ clauis ferreis, vbi malos mores
Affigi nimiò fuerat æquius. Neque
Istis quicquam lege sanctum est. Leges mori seruiunt,
mores autem
Rapere properant, qua sacrum, qua publicum.
-Mores mali, quasi herba irrigua,
Succreuerũt vberrimè: neque quicquam hîc vile nũc est,
Nisi mores mali: eorũ licet iam messem metere maximam.

Quæ sententia, si veritati consentanea sit, apud animum tuum expende huius tempestatis mores hominum, & videbis. Reuolue antiquorum scriptorum paginas, qui de ritibus & moribus gentiũ aliquid memoriæ prodiderunt, illorum monimenta perlege, & videbis si vspiã inueneris vitiorum vberiorem propaginẽ in tantum

Vitia nũquã æquè patuisse, atque hoc tẽpore pateſcunt.

ſuccreuiſſe faſtigium, atque hoc æuo ſuccreuit. Si flagitiorum flumen exundantius, rapidius, violentius. Si inexhauſtæ iniquitatis locum æquè patétem. Si deſpectiorem probitatem. Si ad ſceleſtã auaritiæ ſtudium, quam non Chriſtus ſolùm, cæteríque numine diuino afflati, ſed & Ethnici illi inanes, & inſanientis ſapientiæ ſtudioſi tantopere damnârunt, propenſius hominum genus. Quid nẽpe hac corruptiſsimæ ætate, priſcæ illius integritatis, penes Chriſticolas reſidet? Quid morum ſynceritatis aut modeſtiæ relucet? Quid religionis ſupereſt?

Sed quid ego enumerans nequicquam ſingula conor?
Res caret illa modo: genera ipſa euoluere longum eſt.
Stupra, doli, fraudes, periuria, furta, rapinæ,
Crimina erant olim: noſtro ſunt tempore luſus,
Quos pueri teneris meditantur ab vnguibus, & quos
Ipſe docet natos genitor, matérque puellas.
Venimus ad ſummum, ruptis & prorſus habenis
Oppreſſa rerum potitur virtute libido.

Sic luſit quidã noſtri tẽporis non indoctus poẽta. Atqui nihilominus nemo non tenet illud Pſalmographi, quo ſuam (ſi cætera non arrident) vitam inſtituat: Declina, inquit ille, à malo, & fac bonum, ſi quidem dies velis videre bonos. Inquire præterea pacem, & perſequere eam: quoniam oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorum. Contrà, oculi ipſius ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Rurſus. Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu. Nolite ex-

Pſal. 33. *1. Pet. 3.*

Pſal. 74.

tollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem: Quia neque ab Oriẽte, neque ab Occidente, neque à desertis montibus patet cõfugium aut leuamen, quoniam Deus iudex est: quò vtique omnia cornua peccatorum confringam & exaltet cornua iusti. Itémque: Nolite sperare in iniquitate, & rapinas ne concupiscite: diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere. Aliáque quàmplurima, ad hanc sententiam facientia, quæ adeò passim omnibus sunt obuia, vt nemo esse possit tam inops animi, qui ignorantiæ excusationem inde prætẽdere iure queat. Nisi fuerint aliquot huius peruersi temporis homines, omni cæciores leberide, qui vsqueadeò à natiua boni propagine sunt alieni, atque quodam infidelitatis pruritu aggrauati, vt non magis hisce assentiant diuinitus ad nostram doctrinam inspiratis sermonibus, quàm si à mẽte insulsi cuiuspiam homunculi cuderentur.

Psal. 61.

Rom. 15. 2. Tim. 3.

Pulchra concessio, qua diluit quorumdã amentiam, ad quamslibet Prophetarum, aut aliorũ quorumlibet sanctorũ citatam sentẽtiam, opponẽtiũ: homines erant.

Verùm esto: homunciones sint, qui hæc nostris animis inculcant, ac loco homuncionum habeantur, quando aut quantumlibet. Quamquam, diuo Petro teste, omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana (inquit) aliquando allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines, iuxta illud Amos prophetæ, Nõ faciet Dominus Deus verbũ, nisi reuelet secretum suum seruis suis Prophetis. Quid vel si nec ipsi naturæ parenti Christo, id luculentius & peculiarius monenti, præcipientíque obtemperes? Is

2. Pet. 1. Amos 3.

Colo.2. porrò est (ne quid cauilleris) in quo, teste Paulo, inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, verè, & non vmbraticè, non secundum energiam solùm, sed & secũdum ipsius substantiã, vtpote qui Deus est homo sit, & in quo

Eccle.8. sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ Dei absconditi: cuius rursum sermo (vt inquit Salomon) potestate plenus est, nec dicere ei quisquam potest, Quare ita facis? Viuus denique & efficax (vt

Hebr.4. iterũ Paulus loquitur) & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque, & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum

Christi encomia. cordis. Cæterum vnicus è cœlo delapsus doctor quem alioqui & ipse pater cœlestis testimonio

2.Pet.1. diuinæ vocis ad eum delapsæ à magnifica gloria

Luc.3. comprobauit, ídque bis: primùm ad Iordanem

Mat.17. in baptismo, deinde in monte Thabor: Hic, inquit, est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui: ipsum audite. Quod perinde est ac si diceret: Hunc solum & vnicum vobis doctorem ac redemptorem habetote: id est, Nullius scripturam, aut conditionem excipite, nisi quæ cum eo ipso consenserit: cætera autem explodite & abiicite. Hic ergo cùm tantus sit, nihil nisi certum, & veritati assonans, docere potest. Vt qui

Christus Dei sapiẽtia. rursus sit arcana illa & æterna sapientia, disponens omnia, ordinánsque suauiter, atque gu-

Sapien.8. bernans, via denique, vita, & veritas. De qua

Ioan.14. & Isaias ore præsago quondam in hunc modum

Isa.16. vaticinatus fuerat: Præparabitur in misericor-

dia solium eius, & sedebit super illud in veritate in tabernaculo David, iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est. Ab hoc itaque solo vitę fonte vberrimo, nil nisi tuæ saluti conducens, haurire potes, iuxta illud eiusdem prophetę Isaiæ: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Et de semetipso idem ille: Si quis sitit, inquit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Solus denique exhibere prævalet quicquid seu prosperi pollicitus fuerit, seu aduersi comminatus: nimirum cui, ipsomet testāte, à patre collata sit, eorum quę in cœlo & in terra sunt, commoda potestas. Quod & olim diuini numinis inspiratione inuaserat regius ille Psaltes, cùm diceret: Quia potestas Dei est, & Domini misericordia: quoniam tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

Isa.2.

Ioan.7.

Christi potestas.

Mat.28.

Psal.61.

Sed arrecta aure tandem percipiamus, quid in huius tempestatis Harpagonas, Harpyias, Tantalos, Mydas, Lupos, coruósque hiantes, vtpote quorum animum auri sacra fames, ac illius germana ambitio ita inuaserunt, vt ne Cræsi vnquā fortuna, nec Persica regna illis suffecerint, dicat tantus doctor. Nolite, inquit, ô diuites, thesauriza re vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiūt, & furātur. Sed thesaurizate vobis thesauros in cęlo, vbi neq; erugo, neq; tinea demolitur: & vbi fures nō effodiūt, neq; furātur. Vbi quidē eorū taxat vesaniā, quorū ita densis tenebris mens est inuoluta, illigata, atque

Hic velut omisso principali argumento, ita huius tęporis hominū inęplebilē auaritiā aperit, vt illō facilius tē dat, vbi huius secūdæ caussæ scopus est. Mat. 6.

impacta, vt in nil aliud ſuas cæcas cogitatione
ſpargere ſciant, quàm in latiſsimè patẽtẽ auariti
ac cupiditatis errorẽ, citra vllũ diuini numinis de
lectũ. Hoc eſt, poëta interprete, qui diuitiis ita in
cubuere repertis, vt vllã partẽ ponere ſitis neq
ant, quæ maxima turba eſt. Hinc cuiſpiã eũ rogã
in euãgelio, quid ſibi opus eſſet facto, quò vitã
dipiſceretur æternam, præter cæteta non min
paternè, quàm heriliter in hunc modum reſpo
Luc. 19. dit: Si vis perfectus eſſe, abi in domum tuam
& diuenditis omnibus quæ poſsides, & in pau
rum ſubſidium diſperſis, huc regredere me ſec
turus, hunc tãdem habiturus theſaurum in cœl
Diues intrat difficilè in regnum cælorum. At illo faſtidienter & cõtemptim abeunte (quip
pe qui omnibus copiis circunfluerer, à quibus a
lioqui arduum eſt illum diſtrahi, qui eis ſemel in
nixus eſt) mox ſuis Chriſtus intulit: Amen dic
vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum co
lorum. Facilius eſt autem camelum per foram
acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnu
Mat. 6. cœlorum. Cuius rei ſi queras rationem, eam t
mox ediſſeret idem Chriſtus. Vbi enim, inquit, e
Pro. 19. theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Et Salomo
Subſtantia diuitis, vrbs fortitudinis illius eſt.
Eccl. 41. Syrach ille Hebræus: O quàm amara eſt (ait) mo
tis memoria homini pacem habenti in ſubſta
tiis ſuis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt i
omnibus! illius ni mirum, qui illud regij Pſaltis
Pſal. 38. quit Deo dicere: Subſtantia mea apud te eſt. E
2. Cor. 3. illud diui Pauli: Sufficientia noſtra ex Deo e
1. Timo. 6. Et rurſus: Habentes alimenta, & quibus tegã

mur, his contenti simus. Vnde nos non habere hîc permanentem ciuitatem, sed futuram inquirere oportere sedulò, ostendere percupiens: itemque diuitibus huius seculi non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fouendum: indéque adeò præmia quanta bonos maneant, quàm è diuerso iusto fulmine ruituri sint, qui corruptioni obnoxia animæ suæ lucro præponunt, titulo quidem Christiani, cæterũ animo pecuniæ miserabilia mancipia, dicebat: Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ iacturam faciat? Aut quã dabit homo cõmutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cũ angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Sic ergo omnis, inquit, ex vobis, qui nõ renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Sed & si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ suum & matrẽ, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autẽ & animã suã, nõ potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucẽ suã, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Hactenus Christus. Cuius autoritate, quid quæso solidi? Quis adamas firmior, ac indissolubilior? Quid ergo ad hæc effaberis, ô rerum auidè? Quid tergiuersationis obnectere poteris, quominus tanti doctoris sententiæ accedas? Ecce, qui hæc loquitur, non vt quiuis homũculus loquitur: quis nempe eius loquelam non agnoscit? Omnis siquidem homo mendacio obnoxius est:

1. Tim. 6.

Matt. 16.
Mar. 8.
Luc. 9.

Ioan. 8.

Psal.115. *Eccle.8.* *Eccle. 24.* *3. Esd 3.*

Christus verò à veritate nũquam aberrat ac de
flectit, vtpote cuius sermo potestate plenus s
in eoque consistat omnis gratia viæ & veritat
quæ profectò (vt est apud Esdram) super omn
vincit. Hæc nõ sunt Apollinis Pythij, sed Chris
qui Deus est, oracula. Et sententiæ tam clari au
ris, tam veracis, tamque salubris didascali reclam
ueris? Imò in eam manibus pedibúsque (quod a
iunt) non iueris? Si quid quò asseuerantius, hòc
fallaciùs, aut ab inepto quopiam susurrone, au
fœcundo nugatore ementitum, aut certè im
portunius euulgatum esset, forsan illius iudici
mox calculum adderes. Sed & tantam olim fu
se Pythagoræ apud Pythagoricos autoritate
tradũt, vt etiam sine ratione valeret. Quinetiam
si quid affirmare disputando voluissent, dicer
solebant, ἄυτος ἔφας ipse dixit. At Christo Pytha
ram, reliquósve omnes Philosophos longé supe
ranti, multóque salubriora quàm vnquàm illi cõ
sulenti, contradixeris? Egregium explosoris mo
nitorem? Doctorem mirificum à te excluseris?

Susurrones. *Pythagoræ autoritas.* *Ioan.8.*

Si veritatem dico (aiebat tui similibus) quare non
creditis mihi? Porrò eloquia Domini (inquit

Psal. 11.

Psalmographus) eloquia casta: argentum igne
examinatum, probatum terræ, purgatum septu
plum. Sed &, egregio illo præcone contestante,

Ioan.3.

qui Christi acceperit testimonium, signa
uerit iridem quia Deus verax est. Quem enim
misit Deus, verba Dei loquitur. Ideo qui ex Deo
est, verba Dei audit.

At cùm plerique omnes huius tempestatis

homines ex Deo non sint (quod ex ipsorum actibus facili dignoscitur negotio, sint enim eorum mala opera) sed ex patre diabolo, vtpote cuius desideria cupiant facere: fit vt Dei verba non audiãt, diligántque magis tenebras, quàm lucem. Omnis enim, inquit, qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestétur opera eius, quia in Deo sunt facta. Diabolus homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non erat in eo. At cùm istorũ animus adeò in scelera incruduerit, tamque arcto somno complexus iaceat, vt nullius consiliis, nullius autoritate, nullius denique sententia vel exemplo, nec Christi quidem suasu adduci possit, vt veritati ita accedat, vt iisdem momentaneis opib⁹ posthabitis, eos in laqueum diaboli & exitiũ coniicientibus, à quibus ille toties auocare connititur, rerũ cœlestiũ desiderio, ad quas amplexãdas eos nõ minus amicè quàm beneuolè adhortatur, deflagret, atq; incũbat: quis recti iudicij homo nõ statim dixerit, eos suarũ animarũ interfectores esse? Veritatẽ, lucẽq;, cũ tenebrarũ parente exhorrere? Qui idolothytis communicat, inquit Paulus, particeps idoli efficitur: & qui tangit picem, teste Sapiente, inquinari solet ab ea, & qui communicat superbo, induere superbiam: & ille qui sanę doctrinę nõ acquieścit, Satanæ particeps non efficietur? Ipsius induisse superbiã nõ dicẽd⁹ erit? non eius inquinatus esse maculis, & sordib⁹? Et si, teste Samuele propheta, repugnare sit qua-

Auari, & quotquot Christi doctrinæ q. blasphẽtur, Satanæ cõparati.

1. Tim. 6.

1. Cor. 8.

Eccl. 13.

1. Reg. 15.

si peccatū arioládi, & quasi scelus idololatriæ, no-
Ephes 5. le acquiescere: auaritia subinde à diuo Paulo dic-
tur idolorum seruitus: quid de his dicendum v-
nit, qui nihil pensi habent, nisi quod lucrum sp-
Ibid. 4. rat, aut temporaneum commodum? Ambula-
tes (inquit Paulus) sicut & gentes ambulant i
vanitate sensus sui: tenebris obscuratum habe-
tes intellectum, alienati à vita Dei per ignora-
tiam, quæ est in illis propter cæcitatem cord
ipsorum? Qui postea quàm eò peruenerint
dolere desierint, semetipsos dederunt omni la-
ciuiæ, ad patrandam immunditiam cum auid
tate auaritiæ? Quæ profectò res adeò succre-
Rarus hoc tempore, qui virtutem opibus æstimet potiorem. hoc tempore, vt rarum reperire liceat, qui fide
pecunia præoptet: imò qui eādem pecuniæ ca
sa non violet: qui pudorem præponat lucro:q
virtutem opulentia arrogantiæ matre ducat p
tiorem: quem denique transuersum non agat
inconsulta quidem illa, & immoderata auari
libido, irritamentorum morbi animi auidita
semper sollicita. Quod & vates quidam, haudi
scitè in hunc modum testatur:

Propertius, lib. 5. *Auro pulsa fides, auro vænalia iura:*
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Et Lucretius non minus ingenuè.

Lucretius, lib. 5. *-Nunc aurum & purpura curis,*
Exercent hominum vitam, belloque fatigant.

Quæ sanè duo, nisi modò adsint: nisi vel tanq
copiis circunfluant huius ætatis homines, vt v
Cræso, Mydæ, aut Lysicrati cedant, ridicul
planè & inane sit, nomine Christiano insigni

tametsi natalium claritudine sint conspicui, & generis splendore præsignes, & candidi: illud Horatianum vtique sibi prætexentes.

Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est. *Horatius, li. 2. Serm.*

Et item illud Satyrici:

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Prima ferè vota, & cunctis notissima templis, *Iuuenalis. Sat. 3.*
Diuitiæ crescant, & opes.

Huic sententiæ succinit & Ieremias propheta: A minore, inquit, vsque ad maiorem, omnes auaritiæ student: & à propheta vsque ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum. Quibus quidem verbis ad liquidum constat, quæ ea sint, quæ maximè mirantur, adfectant, amplexantur, atque adorant huius tempestatis homines. *Iere. 6.*

Verùm esto (aliquid enim dandum est huic morbo, quòd ei facilè non obsistamus) donemus bona priuata, aliquando iure naturæ communia, sed vel successu fortunæ, vel occupatione nefaria, vel sorte diuisa, aliis quidem meritò, aliis verò præter meritum obtigisse, quibus impensè amplitérque cumulati sunt: saltem vel illa citra controuersiam teneãt illi, & intra suam quisque manens fortunam, illis contentus viuat, lucris & opibus alienis non inhiet. Vt si contra euangelicam adhortationem, suæ opulentioris sortis partem Christi pauperes vendicare nolit: partem iis, qui hoc vel ampliori munere digni sunt, impendere detrectet: vel certè ius humanæ societatis non violet. Et si propter suam detestandam a- *Luc. 12.*

uaritiæ rabiem, illis prodesse differt, saltem n
obsit. Quando quę possidet, non aliunde habe
quàm à Deo ipso omnium bonorum largito
mirifico. Quid enim habes, inquit Paulus, quo
non accepisti? Si autem accepisti, quid gloria
ris, quasi non acceperis? Quando denique qu
in terris gignuntur, ad vsum omnium indiui
creentur: homines autem hominum caussa pro
gignãtur, vt ipsi inter se alius alij prodesse quea

1. Cor. 4.

Adeò vt (quemadmodum ad Archytam scrib
Plato) non sibi soli se natum homo existimet, s
patrię, sed suis, sed amicis, vt perexigua pars
li relinquatur.

Cicero, 2. de finibus.

Verùmtamen, ô huius seculi hominum amen
tiam, imò nequitiam, imò stoliditatem, imò s
cordiam, & cor pœnitere nescium! perinde quas
mortuis verba fierent, aut surdis narraretur fa
bula, eorum bona pars, decepta cupidine falsi
variisque auaritiæ simulachris delusa infœlix, p
omnium istarum rerum immemor, quæstui an
mum impactum habet, tantóque ardore in ha
habendi studia incumbit, & inuigilat, vt hoc
bonum odorem ex re qualibet deputet. Atque
more C. Cæsaris (quem omnia iura diuina atque
humana peruertisse tradunt, propter eum quê s
bi ipse opinionis errore finxerat principatum
nihil nunc est tam sanctum, nihil tam Deo o
ptimo maximo dicatum, quod non violet: n
hil tam sacrum, quod non depopuletur, & ex
pillet. Vsqueado vt quicquid est præstantiss
mum, & diuinæ religioni acerrimo voto ad

Nihil tam sacrũ, quod nõ ab huius seculi hominibus violetur.

ctum: ita quàm maximè ludibrio, cõtẽptui, rapinæ, atque prędæ patere nũc vbique videas. Nihil denique ferè hoc miserrimo tempore eorum superſit, quæ priſcos illos recèns ſacris Chriſti initiatos, maximo in honore & cultu habuiſſe tradunt veterum hiſtoriæ, quod non peſſum eat, violetur, conſpurcetur, euertatur: malis demum vndique prementibus, ad extrema non redigatur conſilia. Adeò neminem calor atque impetus huius pecuniarię actionis, alicuius temperamenti attentum æſtimatorem eſſe patitur. Quid ſiquidem ad hæc vſque tempora, priſtinæ illius venerandæque faciei, ac naturæ iurium permeauit? Quid legum maieſtatis, quid exempli, quid ſynceræ vitæ, quid probitatis, quid defæcatorum morum, quid fidei, quid diſciplinæ, aut Chriſtiani vigoris ad nos vſque allapſum eſt? Quid ſanctitatis formæ, quid pudicitiæ, quid honoris, quid innocentiæ, quid rectitudinis, quid temperantiæ, quid iuſtitiæ, quid fortitudinis, quid prudentię, quid denique reliquarum omnium virtutum, hoc ſceleratiſsimo æuo ſupereſt, quibus tantopere priſca gens mortalium efflo-
ruit? Quæſo vbi nunc probitas laudatur, & al-
get. Pietas? victa iacet: fides? diſperiit: fra-
trum quoque gratia rara eſt. Virtus? fraude pe-
riit. Quinetiam, vt verbis Senecæ vtar, pro-
ſperum ac fœlix ſcelus, nunc virtus habetur. Et
quemadmodum ſcribit Satyricus.

Huius ſeculi pietatis, ac fidei, reliquarũque virtutum deploratio.

Iuuc. Satyr. 10. *Omnibus in terris quæ sunt à Gadibus vsque*
Auroram & Gangem, pauci dignoscere possunt
Vera bona: atque illis multùm diuersa, remota
Erroris nebula. Quid enim ratione timemus?
Aut cupimus?

Saty. 13. *Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot*
Thebarum portæ, vel diuitis ostia Nili.

Itémque Ouidius Naso.

Ouidius. *Cura quid expediat prior est, quàm quid sit honestum,*
Et cum fortuna stat atque, cadit que fides.
Nec facilè inuenies multis è millibus vnum,
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.
Nil nisi quod prodest charum est: en detrahe menti
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.

Tit. 1. Testimonium hoc, hac tempestate verum e
Vbi nempe nunc celebris illius Christianæ re
gionis honos, à nostris maioribus tanto in pre
quondam habitus? Vbi conspicuæ sanctimon
pudescentia, olim ducta tanta nota reuerenti
Vbi augustissimorum templorum decus, adeò
sublime quondam euectum? Et cui euehen
tantopere desudârunt auida pietate ducti hom
nes? Quî fit vt non eodem modo, quo anno
vetustate, efflorent omnia? Neglectui habent
quæ olim tanti habita? Virtutis locus nunc ad
desertus, qui aliâs tam excultus fuit? Oblique
tramitibus incedât quæque, & gradiantur? Vn
hodie tam turbulentus ac inquietus hominu
status? Illud denique amicitiæ quondam venera
bi

bile nomen, nunc proſtet, & in quæſtu pro meretrice ſedeat? Vnde, inquã, hæc omnia hoc ſeculo, niſi ex noſtra molli inertia, inſigni imperitia, & ex eo, qui nunc latiſsimè occupat, ac decoquit omnia, inſcitiæ applauſu? Niſi (vt ſcopum huius rei aliquando attingam) ex eo quòd ab Eccleſiaſtica præfectura expellantur ij, qui & ſingulari morum pręſtantia probitatéque florent, & non incelebri literarum peritia conſpicui ſunt & exculti? Atque in eorum locum præter fas & cõditionẽ ſubrogantur, qui velut mãdragoræ (quod dicitur) indormientes, omníque ocio & torpedine emarcidi, nil didicerunt aliud, quàm more obſcœnarum harpyiarũ, & prædæ ſedulò inhiantiũ vulturum, Chriſti patrimonium compilare, & corradere? externas aucupari poſſeſsiones? pauperum fundos in multa fragmẽta diſſecare? egenorum denique exhaurire pecuniolas, quò ſuas res auctiores faciant vel opulentiſsimas?

Ex noſtra ignauia pro uentre quo minus quæ virtutis ſunt excolantur.

Atqui hic error nunc adeò inualuit, tantúmque imis ſenſibus huius tempeſtatis hominum obliuionem diſfudit, vt vix quiſpiam Eccleſiaſticæ prouinciæ dignus pręfici habeatur, niſi cui nil minus, quàm cũ Eccleſię moderamine, & paſtorali cura conueniat. Sed in quem potius hæc adagij parœmia quadrare poſsit, Aſinus myſteria vehit. Aut qualem deſcribit Horatius:

Ephippia bos piger optat, arare caballus.

Qui nunc Eccleſiaſticæ prouinciæ dignꝰ præfici habeatur.

Quum contrà nullus non ſciat diui Pauli hortamento edoctus, neminem debere hũc honorem aſſumere, niſi qui à Deo fuerit vocatus, quemad-

Hebr. 5.

modum Aaron. Vel si fortè aliquem vsurpa
præter hanc diuinam sanctionem cõtingat, qui
acrem animi sollicitudinem erga sibi commiss
officium, illum habere conueniat. Vtpote qui
hominibus assumptus, pro hominibus constitu
tur in his, quę erga Deum sunt: vt videlicet offer
donaria & victimas pro peccatis omnium: illo
tiamnum dicente, & maximo cum animi feruo
exhortante, cui quondam tertiò suas oues pasce
1. Pet. 5 das demandârat Christus. Seniores, inquit, qui
vobis sunt obsecro consenior, & testis Christi pa
sionum, qui & eius, quæ in futuro reuelandæ
gloriæ communicator, pascite qui in vobis e
gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spon
neè secundum Deum: neq; turpis lucri gratia, s
voluntariè: neq; vt dominantes in cleris, sed fo
ma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit pr
ceps pastorum, percipietis immarcesibilem gl
riæ coronam. Vbi quidem ille pastores domi
gregis instituit, hortatúrque, non solùm ad susc
pti muneris strenuam indefessamq; functione
sed & ad sanam quoque doctrinam, vitæque pu
tatem, ac sanctimoniam præstandam. Quòd qu
que apud illos inueniat, quod ad institutionem r
ligionis Christianæ spectat, iuxta quòd his gra
simis verbis aperit Dominus per Malachiam pr
Malach. 2 phetam, quum de Leui Sacrifico loquitur. Le
inquit, veritatis fuit in ore ei⁹, & iniquitas nõ est i
uẽta in labiis illiùs. In pace & ęquitate ambula
mecũ, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim
sacerdotis custodiũt iustitiã, & legem requirent e

ore eius: quia angelus Domini exercituum est.

Sed prius quàm vltra progrediar, non parũ operæ preciũ me facturum arbitrabor, si imprimis aperuero quodnam istius ecclesiasticæ præcellentiæ, quam tantopere ambiunt huius temporis auaritię ac luxui addictissimi homines, fuerit initiũ: atque quonam pacto tot bonorum copiis fuerint cumulati, qui eidem moderandę administrandęq; suffecti fuere prępositi. Mihi quippe dubium non est, quin sint perplures, qui istarũ rerũ cognoscendarũ non vulgari teneantur desiderio, & deliciis eas audiẽdi diffluant: & qui dominum (inquit ille per Isaiam) de die in diẽ quęrant, & scire vias suas velint, quasi gens, quę iustitiam fecerit, & iudicum Dei sui non dereliquerit. Vt cùm eas elucidauero, & illi velut ad vnguem tenuerint, vel tandem percipiant, quàm probatum, honestúmq; opus desideret, quisquis Episcopi, alteriúsve ecclesiasticæ prælaturæ munus appetit: si quidem his ille fuerit superintendentis, inspectoris, ac vigilis (quod nomen sonat Episcopi) insigniis excultus, quæ diuus Paulus eos docebat, quos ad id prouinciæ seligi volebat, cùm suo Tito ita scriberet. Oportet, inquiens, Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, nõ turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Sin mi-

Digressio, qua aperit quæ fuerit prima ecclesiasticæ prælaturæ institutio.

Isa. 58.

Episcopus quid, & eius partes.

Tit. 1.

nus his insigniis perpolitus fuerit, rursus perpe-
dat, quisquis ille fuerit, & velut in statera libre
quàm iustam damnationem inde sibi accersa
Leo Papa. quum dicat Leo Papa, inscitiam in Sacerdote n
excusatione, nec venia dignam esse. Tum de
que quãtum & sibi ipsi, & toti Reipũblicæ Chr
stianę sit dispendio: nimirum qui inde sit in cau
sa, cur tot angatur, discrucietúrque calamitatibu
& infortuniis. Nempe quòd onus suis conatib
impar suscipiens, minus sibi creditis ouibus p
tandis vigilẽ se, ac obseruatorem, quàm sonet
nomen, prę se ferat. Indéque adeò illæ ob negl
ctam, quę solertiori quodam animo ab eo imp
di debet, curam, per ardua, & cõfragosa, inuia d
nique, & inaquosa flagitiorum loca oberrante
in Christi ouile reduci nequeant, vocémque b
ni ac veri pastoris non agnoscant.

Veteris itaque instrumenti monimentis (v
prima origine exordiens, rem omnem sigillat
aperiam) memoriæ proditum est, Dominum i
Aarõ, primus pontifex. sisse Mosi, vt fratrem suum Aaronem in summ
consecraret põtificem: additis ad hoc sacris vest
bus, quibus amiciretur, dũ sacra perageret. Q
Exod. 28. sanè vita defuncto, in eius locũ suffectus est su
Eleazar, secundus pontifex. filius Eleazarus: non quidem ille minori vener
tionis, ac probitatis cumulo excipiẽdus, quàm p
ter. Mortuus est ille (inquit Ecclesiasticus) s
Num 20. Eccle. 30. quasi nõ sit mortuus, similem enim reliquit po
se filium: quem in vita sua vidit, & lætatus est
illo: nec ideo in obitu suo est contristatus, n
cõfusus coram inimicis. Reliquit enim defens

rem domus ſuæ contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Hoc ſubinde emortuo, Phinees tertius imitãdo patrem in timore Domini, in bonitate, & alacritate animę ſuæ placuit Deo: quam ob cauſſam ſumma ſpiritualium rerum ad eum delata eſt. Et quia (vt eſt in libro Numerorum) diuino zelo commotus eſt in fornicatores, vt Deus nõ delibet filios Iſraël in zelo ſuo ideo (inquit Sapiens Hebræus) ſtatuit illi teſtamentum pacis, vt fieret princeps ſanctorum, & gentis ſuę, eſſetque illi & ſemini eius, ſacerdotij dignitas inæternum. Sicque dum diei ſuccedit dies, & temporum ſpatia voluuntur, annorum circiter quadringentorum ſeptuaginta fœlicibus curriculis, vſque ad celebris illius, & omni animi magnitudine pręſtantiſsimi Dauidis regis tempora, qui defæcatis morib' & genuina probitate clareſcebãt, extitere pontificatus hæredes. Quibus & addidit Dominus, inquit Sapiẽs, gloriam, & dedit hęreditatem, & primitias frugũ terrę diuiſit illis. Panem imprimis paraui eis in ſatietatem. Nam & ſacrificia (inquit) Domini edent, quę dedit Aaron, & ſemini eius. Cæterum inter gentes non hæreditabunt, & pars non erit illis in gente: ipſe enim eſt pars illorum, & hæreditas.

Phinees, tertius pontifex. *Num. 25.* *Eccl. 45.*

Antiquorum ſacerdotum hereditas. *Eccl. 45.*

Porrò Dauid excellentiſsimus ille rex, vt erat multa probitate conſpicuus, ita etiam nihil non Dominum ſedula mente pertractabat, rebus cœleſtibus aſsiduè incumbens, & religionis promouendæ ſtudio. Vnde Dei optimi maximi mirabilium memoriam, ab hominum obliuione

Dauid rex ſtatuit condere templũ Domino. *3. Reg. 4*

& ſilentio (cui facilè optima quæque citra quæ-
piã monimenta traduntur) aſſerere, atq; vindica-
re percupiens, anguſtiſsimum templum illi con-
dere ſtatuit. Verùm quum ille ſuo numine voci
tanti viri, vtpote ſyncero ex animo, fidéque non
ficta prodeuntibus, dexter adfuiſſet, & nihilomi-
nus tanti põderis maluit per eius filium Salomo-
nem, quàm per eum ipſum conari: ob id nimirũ
quòd ipſe non modicis pręliis ingentem homini-
ſtragem feciſſet: hæc verò agi cuperet per virum
quietum, ac animo præſenti, qualis erat Salomon.
Ne quid tamen ad hoc opus accingenti filio de-
fore videretur, cuncta impendia, quæ eſſent ad
vſui, ac diuino cultui neceſſaria, curauit præpara-
da dũ viueret. Quò videlicet nulla re opus habe-
ret ille amplius, quàm ſummã manum addere, &
coronidem. Vnde & pręter impenſas, & ſumptu-
tã magnifico operi impẽdẽdos, cantores ac pſal-
tes, qui ſpirituales hymnos Deo concinerẽt, dum
ſacra peragerentur, conſtituit. Ea vtique ratione,
vt mens circunſtantis populi amore cœleſtiũ re-
peretur, & ſublimitate quæ dicerẽtur verborum
& ſuauitate qua modularentur ſonorum inflexi-
In hoc nimirum totus exiſtẽs, vt diuino cultu ẽ-
pliq́ue magnificẽtia accreſcente, decus quoque fi-
lius miniſterij, atque miniſtrãtium cãtus augeſce-
ret. Quid plura? Cùm capulo proximus & cõfe-
ctus ſenectute eſſet, ſuúſq; filius in regẽ plauſibi-
ter ſuffectus, ſumuocata tandẽ omni proſapia Aa-
ronis, Eleazari, atq; Ythimari, inq; vigenas partes
ex æquo diuiſa: è ſingulis ſingulos ſelegit põtifices,

Quare Dauid adhuc viuens cantores, & Pſalles cõſtituit.

1. Para 23. Eccl. 47.

Creatio põtificũ ſanctione Dauidis.

qui vt gradu præcellentiori, ita quoque vitæ merito reliquis, qui minoris sacerdotij officio fungerentur, eminerent. Ea nihilominus lege vt in locum cuiuslibet è vita decedentis pontificis velut succedaneus subiiceretur, qui in sua sorte & familia defęcatioribus moribus, virtutúmque excellentiori splendore insignitus coruscaret. Quæ alioqui sors coram Dauide, sanctissimo vtiq; rege, tum primùm missa est. Deinde eo sanciẽte, ab hinc coram reliquis familiæ sacerdotalis & Leuiticæ proceribus, ad hoc ceu incorruptissimis iudicibus & nusquã abs rationis tramite deflectẽtibus ãdhibitis, mitti iussa. Quãuis enim sacerdotali gradu forent omnes æquales, vnus tamen, qui apud eos omniũ calculis videbatur dignitatẽ pontificiã, vitæ integritate, candidis moribus, splẽdidis denique virtutũ omniũ ornamentis conduplicare, peculiari honore delatus, atq; potestate pręeminẽs, summi sacerdotis nomẽ sortiebatur. Cui ex officio incũbebat, per octauos dies, cũ sibi ministrantib⁹ symmystis, sacris instare: esse populo à suffragiis ad Deũ: ab oblatione munerum: à legalibus docendis rudes, & imperitos: à ministeriis verbi Dei: à nequitia auertenda à populo: à corruptis moribus extirpãdis: ab hostium orationis clypeo propulsando impetu: ab iis in summa, quæ veritatis esset, & celeberrimi Dei cult⁹, cuiq; inculcãdis. *Sũmi sacerdotis officium.*

Habes hucusq; vnde primùm Ecclesiasticę pręfecturę, cultúsq; diuini origo manauit, quàm opulenta doctrinæ suppellectile pollere habebat ille, quem eidẽ præfici conuęniebat: quãta deniq; vir-

tutis generositas, & ad Deum oratione & preci-
bus demerendū propēsa gnauitas, ab eo requi-
batur. Ex quo planè fiebat, vt nemo satis dignè
cere posset, quāta venerationis obseruatione h
berētur, quę tū Deo libabātur sacrificia: quā gra
animo excipiebantur, quæ à sacrificis dicebantu
quàm fronte exporrecta illorum pectori illab
bantur, quæ præcipiebant illi. Cuius enim cor
saliet, admiratione non teneretur animus, no
tripudio mens agitaretur, interna non illi obti
pescerent, cernens illa, dum facit supplex Deo h
cra mystes, purpura fulgens, niueóque crinem
ctus amictu, infuláque redimitus & thiara? Si ob
seruatio sacrificiorū (inquit Origenes) & institu
ta legalia, quæ in typo data sunt populo Israēli
co, vsque ad pręsens tempus stare integra potu
sent, excluisset sine dubio Euangelij fidem, p
quam ex aduentu Domini nostri Iesu Christi g
tes cōuertuntur ad Deum. Erat enim in illis qu
tunc obseruabantur magnifica quædam, & tot
reuerentiæ plena religio, quæ ex ipso etiam pr
mo aspectu obstupefaceret intuentes. Quis enim
videns illud quod appellatur sanctuarium, & m
tuens altare, adstantes etiam sacerdotes, sacrifi
consummantes, omnémque ordinem quo cu
cta illa gerebantur aspiciens, non putaret plen
simum hunc esse ritum, quo Deus creator omni
ab humano genere coli deberet? Sed gratias a
uentui Christi, qui ista nos abūdè docuit: anim
que nostras auellēs ab hoc intuitu, ad consider
tionem cœlestium, & cōtemplationem rerū sp

Sacra olim maximi hábita, ob sacrificorū probitatē.

Origenes in numeros, 28. hom. 23.

ritualium contulit: & destruxit quidem illa, quæ maxima videbātur in terris, cultúmque Dei à visibilibus ad inuisibilia trāstulit, & à temporalibus ad æterna. Hactenus Origenes.

Christi incarnatio. Gal. 1. Roma. 8.

Porrò cùm placuit ei, qui nos segregauit ex vtero matris nostræ, nobis reuelare filium suum, eum vtique demittendo è supernis sedibus ad infimas terras, quò nostri corporis speciem sumeret, & dexter opem pereuntibus adferret: tādem quum fuso pio cruore genitorē placâsset in cruce pendulus, & à triumphali resurrectione, quadraginta dierum completo curriculo, olympica intrâsset penetralia, effectum est, vt non pauci hac ratione ducerentur, vt quemadmodum Christus paulò antè passus fuerat in carne, itidem & illi iuxta eandem cogitationem armarentur, atque in fœlicem quādam cohortem & cœnobium coadunati, perseuerarent vnanimes in doctrina Apostolorum, communione fractionis panis, & iugibus orationibus. In hoc alioqui toti existētes, vt omni conatu suum archetypum imitarentur Christum: quòd nimirū qui passus fuerat in carne, esset quoque hac re suis exemplo, à peccatis, & vulgaribus concupiscentiis hominum desistē-di: idcirco vt quod reliquum esset temporis, velut mundo mortui viuerēt. Atque eò pium opus ferbuit, vt diuenditis suis omnibus possessionibus, quod inde quisq; distraxerat, in commune ad pedes Apostolorum daret. Vt videlicet vno degentibus animo, fierent etiam omnia bona fortunæ communia: atque diuideretur singulis, pro vt cui-

1. Pet. 4.

Act. 2.

Primitiuæ Ecclesiæ mores.

que opus esset. Neque enim quicquam nõ cõmune potest esse, vbi fortunarũ æqualitas: neq; dissensio vlla interuenire, vbi idẽ animus: neq; diuortia fieri, vbi coagmentatio pluriũ in vnum: hoc est vbi idem cõsensus fidei, cõsensus animorum, consensus vnius baptismatis, vnius Dei. Adeò vt verissimum existat, quod crebrò memoratur. Vnus amici, ibidem opes. Vnde in Actis Apostolicis de eis in hũc modũ scribitur. Omnes autẽ qui credebant, erant pariter & habebant omnia cõmunia. Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cũ exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Quod sanè Apostoli pio cõsilio nentes animo totius Ecclesiæ adunata concione decreuerunt vnanimi concordíque sentẽtia, hanc vbique gentium celebre fieri: quò in sanctorum subsidium & alimoniam, qui omnibus contemptis terrenis, soli Euangelio euulgando, & precibus, interdiu noctúque Ierosolimis incumbebant, apud fideles, iam ad fidem conuersos collectæ fierent: quemadmodum diuus Paulus meminit, priore ad Corinthios epistola, capite vltimo & ad Romanos quintodecimo. Qua quidem re ducti quàm plurimi pij & sancti homines tum etiam illa Danielis sententia impulsi, qua tumenti regi suadebat peccata sua eleemosynis redimere, & iniquitates suas misericordiis pauperum: non modica illis largiebantur munera

Act. 2.

Primum Apostolorũ cõsiliũ, super vatione pauperũ Christi.

Danie. 4.

Deinde ſuccedente tempore, alij atque alij alta mente conſiderantes, quanta veneratione Deus ab illis coleretur, quanto feruore omnia ſacra vigerent, quanto cum Dei timore, eorum præfecti illa peragerent: quàm decẽtem, & ab omni prorſus ſpecie ſimulatæ religionis alienam, ſed per omnia Euangelicæ doctrinæ reſpondentem vitam illi degerent: in ſupremi Dei, electorúmque ſuorum honorem, ingentia extruxere delubra oratoria, & baſilicas, vbi populus Chriſtianus, quæ ad religionem, & fidem Chriſti pertinerent, doceretur, & corpus Domini ſumeretur. Quos & poſtea immenſis prouentibus, ingentíq; redituum annuorum copia cumulârũt: quò profectò inopiæ dominico templo more Samuëlis iugiter accubantium, opúſque Euãgelicũ fideliter implẽtium, ſubuẽtum ac ſuccurſum foret. Illud nimirũ Deuteronomij ſibi proponentes, quo ſic veteri lege Iſraëlitico populo pręceptum erat: Caue, inquit Domin⁹ per Moyſem, ne derelinquas Leuitam, qui intra portas tuas eſt, quia nõ habet aliam partẽ in poſſeſsione tua. Sed & illã Artaxerxis regis ſententiam amplexantes, qua dictitabat, regalius eſſe addere, quàm auferre: illámq; Ptolemæi, dicentis, magis regium eſſe ditare, quàm diteſcere. Librato quippe examine perpendebant huius miniſterij functionem (diuo Paulo id confirmãte) non ſolũ ea ſupplere, quę deeſſent ſanctis: ſed etiam in hoc abũdare, quòd per multos agerẽtur gratiæ Deo: qui per probationẽ miniſterij huius glorificarent Deum ſuper obedientia conſenſus

Templorũ in Dei honorẽ apud Chriſtianos, primæ extructio.

1. Reg. 3.

Deut. 14.

2. Cor. 9.

ui in euangelium Christi,& de simplicitate com
1. Timo. 5. municationis in ipsos,& de illorũ ꝑ ipsis,qui ei
siderarent eos propter eminentem gratiam De
in eis. Tum præterea vt qui bene præessent pre
biteri, duplici etiam honore & gloria digni ha
berentur : maximè qui laborarent in verbo &
doctrina : hoc est, qui pro cunctorum salute fi
delium,atque Christianæ sublimitatis euehend
incrementis,votis excubarent. Oportet enim a
bundent,qui alios instruunt iis rebus,quæ hom
num vitæ sunt necessariæ:ne horum cura distra
cti,prædicandi munus omittant. Sic enim & olim
Deut. 25. Leuitæ degebãt. Vnde dicit scriptura: Non alliga
bis os boui trituranti:hoc est, autore Chrysosto
mo,homini docenti,monenti,exhortanti,sacrifi
canti,ac cæteris sacerdotalibus officiis fungenti
Luc.10. Et rursus in Euangelio. Dignus est operarius mer
1.Cor.9. cede sua. Quis enim,inquit Paulus,militat vnq
Operarius dignus mercede. suis stipendiis? Quis plantat vineam, & de fructu
eius non edit? Quis pascit gregem,& de lacte gr
gis non manducat? Nónne rationi consectarium
Mat.10. est, vt qui spiritualia hominibus seminat, metat
& eorum carnalia? Sed & ordinauit Dominus i
Luc.19, qui Euangelium annunciant, de Euangelio etiam
viuere.

Itaque quum hæc in eo optimo statu persi
rent,& lege firmarentur stabili, fiebat vt non so
lùm summi imperatores, reges, duces: verùm etia
promiscui sexus,& infimioris fortunæ homines
totius honoris ac reuerentiæ titulo, diuinum cul
tum dignum existimarent, templáque Deo dica

ta,atque illorum antiſtites & præfectos non vulgaribus illuſtrarent donariis ac muneribus. Fiebat ſubinde,vt nulli,aut certè mitiores quàm hac tempeſtate rerũ tumultus in orbe perſtreperent: non adeò inſtabilis fortunæ diſpendiis vexarẽtur homines: non tot denique hereſeôn aſſultibus quaſſaretur Chriſtianus ager.Intantum aſsiduus bonorum operum vſus ſplendeſcere, radices agere,atque etiam propagari aſſolet,& ad ſui augmẽtum vnumquemque allicere.Quemadmodum etiam fuerat quondam ab Iſaia prædictum.Et erit, inquit, in nouiſsimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium,& eleuabitur ſuper colles,& fluent ad eum omnes gentes, & dicent: Venite,aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas., & ambulabimus in ſemitis eius:quia de Sion exibit lex,& verbum Domini de Ieruſalem. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces.Non leuabit gens cõtra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prelium.

Sanctorũ Eccleſia,et cõmunio. Iſa.2.

Porrò epiſcopi,qui tunc temporis parũ, aut nihil differebãt ab aliis preſbiteris,ſed communi Eccleſiæ (quam nos ſpiritualem collectionem hominum fidelium,in eandem fidem,ſpem,& charitatem coeuntium appellamus) conſilio moderabantur,eiuſdem Eccleſiæ conſtitutione ſingulis prouinciis vnus aut plures velut Epiſtratæ ac Metropolitæ præfecti ſunt.Eo vtique ſignificatu, quo aliquando apud Romanos Senatores appellati: viri vtique,qui ætate & prudentia alios antecelle-

Eccleſiæ quid.

Hebr.13. 1.Pet.3. rent:qui omni virtute clari essent:vita & moribus integerrimi:potētes deniq; in doctrina sana omni poscenti se de omnibus rationē reddere. Qui tamen non suo arbitratu & legibus,sed totius Ecclesiæ catholicæ decretis & constitutionibus,prærentem sibi & clerum, & populum regerent, instituerēt: atque vt successione muneris,ita morum quoque,ac vitæ imitatione Christum referent:qui cùm modis omnibus princeps & Dominus esset omnium, ministri partes susceperit, non

Luc.22. Domini.Sicque tandem piorum principum sanctione,& permissu,per vniuersum orbem Christianum regiones in dioceses,dioceses in conuentus, conuentus in capitula, capitula in parochias redacta sunt,ac diuisa. Designati insuper magnifici prouentus, amplissima dicata prædia, oblata munera non vulgaria, magnæ additæ diuitiæ atq opes,quibus Domino continuè famulantes viverent: vt iuxta Sapientis dictum, vbi essent multæ diuitiæ,essent quoque multi, qui comederent eas.

Eccle.5.

At verò ô

Rerum opulentia, totius Ecclesiastici ordinis subuersio et ruina.

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis!
Postquàm cœpit agros extendere victor, & vrbes
Latior amplecti murus, vinóque diurno
Placari Genius festis impunè diebus.

Vbi fortuna(quæ,teste Seneca, quicquid fert in altum,ruitura leuat:& quæ,autore Marco Tullio, non solùm cæca est,sed eos plerumque efficit cæcos, quos complexa est) huius loci caput extu-

lit:vbi peregrinos mores obscœna pecunia intulit,& turpi luxu fregerunt secula diuitiæ molles, eęque honori esse cœperunt:atque inde illas imperium,gloria,potentia,amplitudo,sublimitas, & eminentia sunt subsecuta: vbi denique Christianæ Ecclesiæ(vt vnico verbo cuncta complectar) præpositi, nimia rerum affluentia, & opum auctione diffluere cœperunt,& esse plus æquo dita ti,impinguati,incrassati,atque dilatati :cœperunt itidem derelinquere Deum factorem suum, ac recedere à Deo salutari suo. *Deut. 32.*

Accessit numerisque modisque licentia maior:
Indoctus quid enim saperet,liberque laborum,
Rusticus vrbano fusus,& turpis honesto?

Iuxta quod de iis ipsis quondam vaticinatus fuerat Ozee propheta:Iuxta pascua sua, inquit, adimpleti sunt & saturati,& eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei, dicit Dominus. Creuit vicissim earumdem opum furiosa cupido,cęca ambitio,arrogantia, atque impudentia : indęque adeò omnium vitiorum vberrima seges. Succreuit & ea,quæ illustrium illorum Machabæorum temporibus exercebatur,cuiusuis rei sacrę intoleranda rapicitas, *Ozee,13.*

-Et amor qui nunc est summus habendi, *Ouidius,*
Vix vltra quo iam progrediatur habet.

vsqueadeo, vt quò opum quidam miratores plura possideant,plura petãt.Quærãt insuper, vt absumant ,absumpta requirere certent: illis haud dubiè non dissimiles , quibus intumuit suffusa venter ab vnda,quò plus sunt potæ, eò sitiuntur

aquæ. Ex quo sanè flagitiosæ dominationis sed
sta ambitio profecta, subtile malum, secretum v
rus, pestis occulta, doli artifex, mater hypochri
liuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitat
excœcatrix cordium, ex remediis morbos gen
rans, & ex medicina langorem pariens. Hinc ru
sus sacrorum euersio, & contemptus. Hinc
uini cultus incuria. Inde ecclesiasticus ordo, &
trius honos nihili habitus. Inde piorum Chri
pauperum negligentia, & oppressio, patriæ p
rumque proditio, clandestina cum hostibus pa
sæpe colloquia, inanis gloriæ cupiditas, mut
prouocatio, mutua inuidentia. Hinc (vt summ
tim cuncta perstringam) non initium tantùm
sed incrementum quoddam, & profectus tot
perniciei, ac motus illius, qui nunc vbique loco
grassatur, impudentissimi erroris.

Ambitionis germana descriptio, & quot mala oriãtur ex ea.

Huic ergo ambitioni dum plerique omnes h
ius tempestatis Ecclesię præfecti sic inseruiun
dum sic eam solam captant, sic eam exosculãtu
sic amplectuntur, sic eidem fauent, virtutis ac h
nestatis via posthabita, eò tandem res euasit, v
tantam maculam in gloria sua dederint, vt q
quondam Senes populi Dei, Præpositi iustitiæ
Ecclesiæ principes, Arietes gregis Domini, Cust
des, Agricolæ, Colũbæ, Speculatores, Dispensat
res mysteriorum Dei, & ministri, Probati in Chr
sto, Vinitores, & Angeli, vt passim in Bibliorum
codice legere est: contrà, commutato nomine
plerique eorum propter suam auaritiam, luxum
somnolentiam, & ouium suarum incuriam, voc
ra

Inuersio nominum ministrorum Dei Ecclesiæ,

Ecc. 33. et 47.

tàti sint à cõpluribus, Vituli multi, Tauri pingues, Glorioſi, Filij deſertores, Speculatores cęci, Paſtores deſperati, Pſeudoapoſtoli, Operarij doloſi, Vaccę pingues in monte Samarię, Lupi non parẽtes gregi, Caudę fumigãtũ titionũ, Sceleſti & peccatores, Principes effœminati peccare facientes homines in verbo, Supplantantes arguentes in porta, Vigilantes ſuper iniquitatem, Impij in populo, Inſidiantes quaſi auceps, Quorũ Deus venter, Coronæ ſuperbię ebriorũ, Flores decidentes in vertice, Condentes leges iniquas & ſcribentes iniuſtitiã, Prædones pupillorum & viduarum, Laquei ſpeculationis, Rete expẽſum ſuper Thabor, Ingredientes pompaticè domũ Iſrael, Lupi denique veſpertini. Et nos qui eorum peccata portamus, & ſequimur, qui quondam populus Dei, quẽ ſibi in hęreditatem ſelegit, & ideo beatus, nimirum cuius eſſet Dominus Deus illius: nunc populus direptus, cõculcatus, conuulſus, dilaceratus, & terribilis, vltra quẽ non ſit alius æquè deſtructus. De quo rurſus quondam in hunc modũ prophetauerat Ieremias: Quia ſtultus populus meus me non cognouit, filij inſipiẽtes ſunt, & vecordes: ſapientes ſunt vt faciant mala, benè autẽ facere neſcierũt. Sed quid de illis, qui vtique viã cœlorum aliis claudunt, non eò intrãtes, nec ſinentes alios intrare, deuorantes inſuper domos viduarum, & Dei plebẽ velut eſcã panis, diuinũ loquitur oraculum? Vę qui prędaris, nõne & ipſe prędaberis? Et qui ſpernis, nónne & ipſe ſperneris? Cùm conſummaueris deprædationem, deprædaberis: cùm

Populus. Pſal. 32. Iſa. 18.

Iere. 4.

Luc. 20.

Mar. 12. Iſai 13. Iſa. 33.

fatigatus fueris contemnere, conteneris. Et Ps
Psal.100. mographus: Nō habitabit in medio domus m
qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, non
rexit in conſpectu oculorum meorum. Ideo
idem ipſum admirans: Quomodo facti ſunt
Psal.72. quit) in deſolationem! Subito (reſpondet) defe
runt, perierunt propter iniquitatem ſuam. Ve
ſomnium ſurgentium, Domine, in ciuitate
imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Quia
ce, qui elongant ſe à te, peribunt: ſicut per
In malos quotquot olim fornicati ſunt abs te. Cui ſente
paſtores. tiæ accedit & Ezechiel propheta, eorum v
Ezech.34. niam in hunc modū opprobrans: Væ (inquit D
minus) paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſemetip
Nunquid greges à paſtoribus paſcuntur? Lac
medebatis, & lanis operiebamini, & quod c
ſum erat occidebatis: gregem autē meum no
ſcebatis. Quod infirmum fuit non conſolida
& quod ægrotum non ſanâſtis, quod confra
eſt non alligâſtis, & quod abiectum non redu
ſtis, & quod perierat non quæsiſtis: ſed cum au
ritate imperabatis eis, & cum potentia. Et diſp
ſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet paſtor: &
ctæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum
gri, & diſperſę ſunt. Errauerunt greges mei in o
ctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo, &
per vniuerſam faciem terræ diſperſi ſunt greg
mei, & non erat qui requireret, nō erat (inqua
qui requireret. Propterea, paſtores, audite ver
Domini. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego
per paſtores requiram gregem meum de ma

eorum,& ceſſare eos faciam, vt vltrà non paſcãt gregem,nec paſcant ampli⁹ paſtores ſemetipſos; & liberabo gregem meũ de manu eorum,& non erit vltrà eis in eſcam: & item reliqua, quæ ſubſequuntur in finem vſque capitis. Vbi quidem malorum paſtorum Dei Eccleſiæ celerem perditionem ſubindicat.

Vbi verò ab hinc plus minus quadraginta annis,generationi Eccleſiaſticæ offenſus Dominus aperto(quod dicitur) Marte Satanę cõceſsiſſet,vt ſpiritualẽ Iſraelẽ percuteret, ob eã videlicet ambitionẽ,luxum,inſolentiã,& auaritiã,qua ſuarum ouiũ prępoſitos & cuſtodes ad ſummũ vſq; graſſari cõſpiciebat,vtpote homines mente corrupti, & qui veritate priuati exiſtentes,exiſtimarẽt quę ſtũ eſſe pietatẽ:indéque adeò in maximã irã prouolutus ille,obtexiſſet caligine in furore ſuo filiã Sion, diſsipâſſet pleriſque in locis Chriſtiani orbis quaſi ortum tentoriũ ſuũ,obliuioni tradidiſſet in Sion feſtiuitatẽ & ſabbathũ,& in opprobrium ac indignationem furoris ſui regem & ſacerdotẽ, repuliſſet denique altare ſuũ, & maledixiſſet ſanctificationi ſuæ:ſuccendit pariter & Satan (ſciẽs quòd modicum tempus haberet,vt eſt in Apocalipſi) maiorẽ quàm antè hac ambitionem in Iacob,quæ quaſi ignis, Aſbeſti inſtar lapidis inextinguibilis,eum deuoraret in gyro. Quo profectò vſqueadeo inarſerunt quàm plurimi, quos noſtra ætas fert tenaciſsimos,vt quò frequentius nõ ſolùm ſacris literis, ſed euidentiſsimis ſignis etiam, ab iis momentaneis, fluxis denique, & in

Ira diuina in eccleſiaſticum ordinem.

Pſal. 94.

1. Tim. 6

Thre. 2

Apoc. 12.

puncto trāsituris rebus auocātur, eò pertinaci inhæreant. Nihil interim pendētes vnde habeā mo dò habeant. Nec alicuius quidem loci quā

Psal. 136. libet sacri obseruatione remorati, quominus g sus labascentis Ecclesiæ supplantent, & iuxta illius ponant offendiculum. Iuxta quod et

Isa. 64. Isaias de ea quondam prophetauerat in hæc v ba: Ciuitas sancti tui, inquit, ô Domine, facta deserta. Sion deserta facta est, Ierusalem dese ta est. Domus sanctificationis nostræ, & glo nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta in exustionem ignis, & omnia desiderabilia n

Plato. stra, versa sunt in ruinas. Difficillimū quippe (inquit Plato) homines amplissima fortuna di

Cicero. tos, legibus contineri: & (vt ait Tullius) pote tem cupienti, seruare æquitatē. Sed & vulgari ctatur sermone, eum facillimè impelli ad res i

Salustius. stas, qui glorię cupidus est. Historiis quoque minus lepidè quàm verè demandauit Salusti ambitionem multos mortales, falsos fieri subi se: quod, eodem Tullio autore, illi maximè adi cantur, vt eos iustitiæ capiat obliuio, cùm imperiorum, honorum, atque gloriæ cupidi tem inciderint.

Studium sacerdotia affectātiū huius ætatis hominū.

Quò fit quidem, vt plerosque nūc videas, nū alij vacare studio, neruósque cōtendere, quàm nasuti perscrutentur, si quod magna prouentu copia cumulatum episcopium, si opimum cœn bium, aut aliquod aliud sacerdotium, in quo di si spes refulserit nummi, alicubi pastore dest tutum, aut mox destituendum sit, in quod po

sint irripere. Nam de moribus nulla prorsus, aut certè vltima quæstio fuerit. Quæ porrò vbi vacare (quod aiunt) & pastore destituta esse intellexerint, hunc videas putido cepe plerumque inutiliorem, ac quouis indoctiorem Philonide, nihil aliud quàm sursum deorsumque circuncursare, donec subdola & palpanti insinuatione, nūc huius, nunc illius apparitoris (si secus ad illa aspirare nequit) per notos & affines, aures appellando, vel plumam, vel alam (quod dicunt) aut attingat, aut habeat. Cùm contrà, autore Comico.

Virtute ambire oporteat, non fautoribus:
Sátque habeat fautorum semper, qui rectè facit,
Si illis fides est, quibus est ea res in manu.

Plautus in Amphitrione.

Istum subinde penè insulsum, hominemque trioboli, & concha dignum, huic ita affinem insaniæ intueberis, vt instar Sisyphi cuiuspiam, nullum non moueat lapidem, quò nostri pij iuxta ac integri, liberalisque regis fauorem obtineat: mox Romam missurus, quò summi pontificis imploret diplomata: sicque tandem ille vel cum mille equorum dispendio, in locum demortui obrepat, qui forsitam in vinea Domini excolenda nō mediocrem laborem exhauserat: quam postea velut singularis quidam ferus & aper de silua, depascatur, comminuat, ac exterminet. Qui nihilominus rex, vt est totius munificentiæ & integritatis titulo clarus: ita eò sua spectat sententia, vt quos gregis Dominici tutelæ pręponere curauerit, in hoc tori sint, vt summa cū integritate mo-

Psal. 79.

Sententia Regis Gallorum, in sacerdotiis impartiendis.

rúmque elegantia vitam degentes, religioni
um tenorem, suamque obseruationem redde
Sint denique saluti sibi crediti gregis sic semp
addicti, vt animarum salutem quærant citi
Tiberius. quàm ouium lanam. Nimirum haud immem
sententiæ Tiberi Cæsaris, dictitare soliti, Boni
storis esse tondere pecus, non deglubere.

Verùmtamen isti contrà, postea quàm eò p
uenerint, vt à remo (quod dicitur) ad tribu
euecti fuerint, atque Delia fauente semel ea
quam paulò ante tanto sudore venabantur
ambiebant, Christi, hoc est, pauperum hęred
tem consecuti: mirum quàm alios atque a
hac præ se ferant. Quàm qui modò columb
simplicitate præditi videbantur, impiè, ac tra
uersum agant. Iuxta illud Comici:

In improbos tamẽ pastores, hæc fertur oratio, nõ in bonos. Plautus.

Ferè (inquit) *maxima pars hominũ hunc morem hab
quod sibi volunt dũ id impetrant, boni sunt: sed vbi
penes sese habent, ex bonis pessimi, & fraudulentis
sunt.*

Quàm insuper peruersè quod probatæ co
suetudinis, quod moris antiqui, quod leg
quod decoris, quod sanctimoniæ, quod religi
nis, pessundent, violent, & perinde ac feroc
Isa. 3. simi quidam apri, diuina dextera plantatam
neam depascantur, & corrodant, iuxta quod
lim de eis prophetauerat Isaias: Populum m
um (inquit Dominus) exactores sui spoliau
runt, & mulieres dominatæ sunt eis: atque
pastores depasti sunt vineam meam: rapina pau
peris in domo eorum. Quis enim, nisi experta

satis dixerit, quãtùm qui modò rudẽtes & remos cum hac pastorali cura commutârunt, pauonis in morem pennas tollant, cristas erigant, adducant supercilium? Quàm proterui sermone, factis feroces, sibi placentes, aliorum fastidientes? Quàm stupendo vallati satellitio, vel satrapas ipsos facilè exuperent, qui paulò antè vel ipso Codro pauperiores extiterant? Quàm præterea instar Misanthropi illius Luciani Timonis, ac velut Ectrapeli quidam, à proborum commercio distracti, atque piorum Christi pauperum, quorũ hæreditariam conditionem inuaserunt, obliti, cum sibi æqualibus splendidè curent cuticulam? Epicuream vitam degant? Ex Christi sorte hæreditaria, quæ (vti diximus) pauperum est, sibi, suísque possessiones & diuitias priuatim accumulent? monopolia, & nundinas constituant? Eleemosynis parentum nostrorum abutantur in scortis, in alea in venatione, in omni denique luxu, & spurcitia? palàm Curios simulent, & clàm Bacchanalia viuant? Vitam hoc pacto vel quouis Ethnico indignam, nedum Christiano, addam amplius? nedum ouilis Dominici pastore transigentes. Vtpote quibus (vt verbo docti cuiusdam poëtæ vtar)

Nec gratus quisquam est, nisi cui perfricta pudorem
Frons omnem abstulerit, sic vt probet omnia, sitque
Et bene ructanti post cœnam applaudere porco,
Et bene pedenti blandum arridere paratus.

Ex quo fit, teste Chrysostomo, vt tales plerumque mercenarios pro pastoribus, imò lu- *Chrysostomus.*

pos pro mercenariis: sed & pro lupis quando
diabolos patiamur. De quorum profectò dam
da vecordia, per Isaiam prophetā dicitur: Væ,
Isa 5. consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, &
tandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. C
thara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum
conuiuiis vestris, & opus Domini non respic
nec opera manuum eius consideratis. Atque
In impios sacerdotes, concionatores atque pastores. sus capite 28, idque apertius. Sacerdos, & prop
ta, nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à v
errauerunt in ebrietate, nescierunt vidētem, ig
rauerunt iudicium. Atqui nihilominus cùm ap
plerosque rem ita habere quotidiana experie
doceamur, vix tamen alij apud nōnullos nost
tiū reperiūtur reipub. Christianæ negotio, ouīq
que Christi tuēdarū prouinciæ, æquè salutares
idonei. Vt pote quòd vtrique nō on°, sed hono
nō cōscientiā, sed opum affluentiā: nō diuinū
cium in improbos, ignauos, somniculosos, ac de
des, sed eminētiā & dignitates & torcularia red
dantia ex hoc in illud tantū spectēt, & metiantu

Scaturigo omnium malorum, quæ hoc tempore perpetsmur. Vis præterea nosse ex diuino oraculorum
testimonio, istud esse vel præcipuam scaturigi
ex qua ceu ex Ate illa Homerica, inter nos infe
lices, & beatum illum Deum tot manant dis
dia? Tantis pugnis & infestationibus, nomin
Christiani infestissimi hostes nos lacessunt,
diueant? Quòd que inuisius malum est, Chris
ani in Christianos hac tempestate mutuò tanta
pere dissident? Audi quo pacto id innuat Ieremias propheta, dum Tabernaculi sancti direptio

Ate Homerica, discordiæ, & noxæ deæ.

nem per improbos pastores, voce deplorat Dominica: Tabernaculum meum (inquit Dominus) vastatum est, omnes funiculi mei dirupti: omnes filij mei exierunt à me, & non subsistunt: non est qui vltra extendat tentorium meum, erigat pelles meas. At quinam quæso istius? Quia (infert) stultè egerunt pastores, & Dominum nō quæsierunt. Et propterea quòd nō intellexerunt, omnis grex eorum dispersus est. Eapropter vox auditionis meæ venit, & commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & habitaculum draconum. Et alibi eam ob rem in pastores cōuersus cùm execratione: Væ, inquit, pastoribus, qui dispergunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ. Ideò quòd vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitâstis, ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus. Vbi quidem typicè satis videre datur, quantorum malorum sint causſa & occasio, qui præter fas, & conditionem suam, diuinis mysteriis dispensandis in Dei ecclesia præficiuntur mystæ, atque Christiani gregis fouendi pascendique gratia, in ea collocantur pastores. Quam insuper celerem illi perditionem sibi accersant, ob sceleratam illam ambitionem, qua inardescunt, segnitiem verò, qua marcescunt, & sui nimiam curam, qua bona Christi pauperum sic dilapidant, & confringunt, vt vix aliquid reliqui faciant. Quò fit sanè haud immeritò, si tot calamitates & dispendia assiduè perpetimur: vtpote qui in nostrum exitium nosmetipsi ea struamus, &

Iere. 10.

Iere. 23.

Meritò ea nobis obuenire, quæ quotidie patimur.

moliamur : quum videlicet tam tremendum
negotium, in quo sanè tot hominum millia pe
clitantur, cuiuis etiam insulsissimo, atque plera
que sceleratissimo citra vllum delectum co
mittere non reformidamus. Quum nec clau
quidem in altum mare tendentis nauiculæ
nisi rei perito, ac eidem clauo sedulò assid
cõmittere consueuerimus: ob id certè, quòd pa
cissimos vectores, aut nullius ferè precij (si
ad hominem conferas) merces, naufragari time
mus. Atqui totius Christi Ecclesiæ nauis, pa
res sunt claui, quibus aut ad placidum tutu
que portum pertingat, aut certè iacturam
ciat, & naufragetur. Vbi quidem nostram am
tiam atque stoliditatẽ satis demirari nequeo,
quàm accuratissimè ac solertissimè deliga
quibus nauim nostram committamus mode
dam, ne pauciores animæ in vitæ discrimen
niant: non solùm autem non deligamus, qui
tot hominũ, tot populorum, cuilibet discri
obnoxias salutes, & mirè ad flagitia propen
animos concredamus. Verùmenimverò vi
inflammatóque animo currentes plerosque,
stiuam etiam citius, quàm ad quippiam aliud
gendum natos, ad summam Christianarum
rum ascisca mus. Porrò, vt auriga sit aliquis, vt
mus sit, vt bubulcus, vt opilio, vt in orchestra
cunstãte plebe saltet, vt agricola, vt agaso, vt
lio, vt cæmentarius, vt faber metallorum, ligo
rúmve cæsor, vt lanarius & fullo sit, vt den
alicuius opificij ac vilium opusculorum ar

Nauis Ecclesię claui, sunt pastores.

calleat, eam aliquãdiu addiſcit, exercet, meditatur, exinde tyrocinium facit.

Nauem, inquit poëta, *agere ignarus nauis timet:* Horat.
abrotanum ægro
Non audet, niſi qui didicit, dare: quod medicorum eſt,
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

At prius quàm ad prouinciam ouium Chriſti paſcendarum aliquem admittimus, ne aliquantiſper quidem ipſius periculum facimus, vel ſaltem inquirimus, literis & probis moribus conſpicuus ſit, an è diuerſo: dignus ſit tanto munere obeundo, an indignus, nil noſtra refert. Vnde enim dira illa poëtæ conqueſtio?

Improba quos ludi fecit fortuna Choragos,
Viſceribus reliquorum, & ſanguine plebis aluntur:
Præficiúntque ſuis ſæui rationibus, haud quos
Longa fides vitæ, vel conſtans fama probauit:
Verùm aquilas, & vulturios, qui rodere nôrint
Ad viuum, atque vnum ex membris augere lienem.
Ringitur interea populus miſer, & prece multa
Nequicquam ſurdas diuûm diuerberat aures.

Atqui rem gerere Chriſti, vt eſt munus longè pulcherrimum, & quo ipſi Deo propius accedimus: ita eſt etiam multò difficillimum, ac periculoſiſsimum: atque inde ad quod ſuſcipiẽdum formidoloſius conari deberemus: ſi quidẽ ad id Chriſti charitate, atque gratia diuino verbo paſcendarum ſuarum ouium, potius quàm tumentis cuiuſpiam aurę popularis ſtudio, opũque ambitione & appetitu duceremur. Ideo cùm diuus Paulus apud

Munus Eccleſiaſticum omnium periculoſiſsimum.

ſuum Timothæum probi ſuperintendentis, ac i
defeſsi cuſtodis virtutes, quibus effulgere hab
ret prius quàm ad id functionis eum aſſumi ve
1. Tim 3. let, enumerâſſet, protinus ſubdit: Si quis dom
ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei dilig
Neophytus quid. tiam adhibebit? Ne ergo fuerit Neophytus, h
eſt, nouellus, nouitius, nouum germen, noua p
ta, ſiue (vt alij interpretantur) recèns Chriſto i
ſitus per baptiſmum. Cur ita? Ne, inquit, in ſupe
biam elatus, in iudicium incidat diaboli. Diffi
quippe eſt boni præceptoris fungatur officio, n
ſe non agnouit aliquando diſcipulum. Qui dis
pulus eſſe non didicit, facilè elatus & ſuperbus
nouo honore, incidit in diaboli laqueum, & dam
nationem: ſed oportet ab omni faſtu tumorem
procul abeſſe, & famam habere non obnoxiam
Chryſoſto. probris, aut calumniis. Itaq; qui ſibi (inquit Chr
ſoſtomus) vel leuis culpæ conſcius eſt, malè pu
fectò facit, eam rem appetens, qua indignum
per opera facit. Non enim decet huiuſmodi v
gere, ſed potius regi. Eum quippe, qui regendo
lios ſuſcipit, tanta decet gloria virtutis excelle
Qualis debe eſſe, qui in epiſcopum, aut ſacerdotem eligi debet. vt inſtar Solis, cæteros veluti ſtellarum ignicul
in ſuo fulgore obſcuret. Debet huiuſmodi vir
habere immaculatam, atque compoſitam: vt om
nes in illum, & in eius vitam, veluti in exempl
aliquod excellens intueantur. Vigilantem rurſu
eſſe neceſſe eſt illum, qui non tantùm ſui cura
habet, verùmetiam reliquorum. Decet, inquam
eum peruigilem eſſe, qui eiuſmodi eſt, ac ſpiri
viuere, & affectus ſui flammam operibus ip

ostendere, ducésque omnes sollicitudine atque industria superare, vt die noctúque exercitum & castra perlustret, laboret, & sui officij munus diligẽtissimè impleat, atque omnium curam ac sollicitudinem gerat. Hactenus Chrysostomus. Oportet & illum testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ne opprobrio & scãdalo sit Gentibus, & in condemnationem incidat calumniatoris: hoc est, ne eandem incurrat damnationẽm, quam ille per arrogantiam pertulit. Oportet nempe Episcopum, vel quẽlibet sacerdotem tam claris moribus & vita conspicuum esse, vt ne Ethnici quidẽ habeant quod iure obiiciant flagitium. Vnde Ælius Lampridius in vita Alexãdri Seueri tradit Christianos, si quando sacerdotes ordinare voluissent, priùs ipsorum proposuisse nomina palàm, hortatósque populum, vt si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus. Hoc ad id vtile nimirum existens, vt Ethnici de Christiana religione non malè sentiẽtes, ab impietate sua facilius reuocarentur. Sed & diuus Hieronimus, in Iouinianũ, adstruit potius debuisse Petrum in caput Ecclesiæ assumi, quàm Ioannem, licet à Domino virgo electus fuisset: ne, inquit, adhuc adolescẽs & ferè puer, progressæ ætatis homini prę ferretur. Si enim, teste Leone Papa, in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prouidenter, scientérque cauendum est, ne quid in domo Domini inordinatum sit, aut præposterum: quantò magis elaborandum, vt in electione eius, qui supra omnes gradus cõstituitur, non erretur? Nam

1. Tim. 3.

Aelius Lãprids.

Hieron.

Leo Papa. De electione summorum pontificum ad Ecclesiastic cũ magistratum.

totius familiæ Domini ſtatus & ordo nutabit, quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite. Sicut autem boni operis ſibi comparat fructum, qui tenet in eligẽdo ſacerdote iudicium: ita graui ſemetipſum afficit dãnatione, qui ad ſuę gnitatis collegiũ ſublimat indignum. Proinde requiritur (inquit Origenes in Leuitico) in ordinã-

Origenes.

ſacerdote & præſentia populi, vt ſciant omnes certi ſint, quia qui ex omni populo eſt præſtãti qui doctior, qui in omni virtute eminentior, ſi eligitur in ſacerdotium: ídque adſtante popul ne qua poſtmodũ retractio cuiquã, ne quis ſcru pulus reſideat. Hucuſque illi. Quæ profectò om nia, ſi ſuum hodie æquè atque tunc temporis ſo tirentur vigorem, haudquaquam tanta ambitio ne magis quàm deuotione, permulti limina ter rẽt Apoſtolorũ. Non tot fauoribus, litibus, vo bus emptitiis, mille deniq; cũ vitę tũ animę pe culis ad Eccleſiaſticã prælaturã fures & latron vicarij Iudæ Iſcariotis, & Simonis Samaritani rius quàm Chriſti, anhelarẽt, & irrumperent. Sed

2. Tim. 2.

hoc opus commendaretur citius, iuxta diui Pa ſentẽtiam, fidelibus hominibus, qui idonei eſſent & alios docere, quíque laborarent ſicut boni mi lites Chriſti, ſollicitè curantes ſeipſos probabiles exhibere Deo, operarios inconfuſibiles, rectè tra ctantes verbum veritatis: manſuetos denique ad omnes, docibiles, patientes, cum modeſtia com pientes eos qui reſiſtunt veritati, ſi quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veri tem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo capti

ui tenentur ad ipsius voluntatem. Quæ sanè si fierent, res Christiana minus pateretur discriminis: non tot anxietatibus grauaretur, non tot perturbaretur rerum assultibus. Quandoquidem (vt decet fieri) non nisi qui elegantiorum morum splẽdore clarescerent, virtutéque sapiẽtię forent prę-stãtissimi, & qui denique summa eruditione præpoliti essent, ac religionis Christianæ ardentissimi cultores, ad id muneris assumerentur.

Nõ mirũ, si hoc tẽpore multa mala perpetimur.

At verò cùm hac tempestate è diuerso fiant omnia, hoc est, cùm nescio quibus, qui huic muneri obeũdo præter fas & meritum, vtpote omni literarum peritia, morúmque probitate & sanctimonia vacui, vltrò se ingerunt (vel in hoc sanè à sacris altaribus prorsus abigẽdi, si D. Gregorio, legúmq; autoritati crederemus, quòd importunè se ingerant) Dominicum ouile demandetur: cúmque illud adepti sunt, nulla eius cura teneantur: sed aut ipsi Deo curandũ committant, aut alicui ex diuis, quibus satis (vt blasphemantes aiunt) est ocij: aut certè nebuloni cuipiam vicario, egregiè videlicet insulso, calicibus verò epotandis mirandum in modum studioso: ne tãtillum quidem interim vtrique recordantes sui nominis: mirabimur si tam variis diuexemur rerum incommodis, vtputa bellis, pestilentiis, hæresibus, & fame? Mirabimur si modò nostras preces auersetur iustus ille rerum arbiter, quum ij, quibus incumbit ex officio primùm religione sancta, vt est apud Origenem, ac scietia rerũ salutarium populũ imbuere, deinde peccata illius sacrificiis expiare, adhæc

Pontificũ germanum officium.

pro eius incolumitate Deum continenter dep
cari, hoc non agunt modò, sed quò alij faciãt
1. Reg. 2. nus, more Heli filiorũ, suis sacrilegis rapinis p
hibent? Non intrantes in regnum cœlorum,
sinẽtes alios intrare? Quonã verò pacto orati
1. Thes. 5. vt iubet Paulus, instarent, vacarẽt rerum cœle
contẽplationi, meditationi assiduæ diuinorũ
Psal. 118. datorum cum regio Psalte incumberent, oper
darent literarum studio, quò Dei verbo sibi
ditas oues instituant, qui à venationum studi
bellorum procellis, à collo mulierculari, à co
diis, à quo non (animus meminisse horret, luc
Mat. 6. que refugit) vllum tempus remittunt? Atq
Luc. 6. Christo dicẽte, nemo potest duobus domini
uire: aut enim vnum odio habebit, & alterum
liget: aut vni adhærebit, & alterum contem
Non potestis, inquit, Deo seruire & mammon
2. Tim. 2. Et Paulus: Nemo militans Deo, implicat se ne
tiis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. N
& qui certat in agone, non coronabitur, nisi le
Chrysost. timè certauerit. Nullus ergo, inquit diuus Chr
sostomus, Espicopatu, curave pastorali prædi
hęc audire detrectet, sed ea agere planè detrec
Nam & qui certat, non coronatur, nisi legiti
decertet. Quid est legitimè? Non sufficit, inq
si quis in certamen tantummodo descend
solùm vngatur, aut congrediatur tantùm: sed
per omnia certaminis seruauerit legẽ, vt sobr
grauis, constánsque sit, omniaque prorsus obs
uet, quæ certantibus congruunt, nunquam præ
ctò coronabitur.

V

Vbi verò nunc sunt prisci illi Sacrifici, & morum genuina integritate conspicui, & Dominici gregis peruigiles obseruatores, indefessíq; custodes? Et qui quum electo Dei populo quicquam siniſtri emersurum præuidebant, mox inter templum & altare, voce lugubri, feruenti cum oratione, ceu vi tempestatis cuiuspiam remo obtẽto ad eum preces fundebant, quo delinquenti populo propitius fieret, & misericors? Dormiunt sanè illi in pace sepulti: nomina verò eorum viuunt inæternum, & sapientiam ipsorum narrant populi, laudémque eorum nunciat Ecclesia sanctorum. Quid narrant illi, aut illa nunciat? Nimirum quòd celeberrimi illi prothomystæ, Aaronem dixerim, Moysem, Eleazarum, Phinees, ac Samuëlem (vt reliquos interim taceam) à tabernaculo Domini non descenderent. At quid illic interim agentes? Nempe vt aut à Deo aliquid discerent, aut vt populum docerent. Hæ siquidem sunt, teste Origene, duæ vel præcipuæ pontificis partes, vt primùm videlicet à Deo discat & perscrutetur diuinarum literarum medullam: deinde vt populum doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio sensu, sed quæ spiritus sanctus docet. Cæterum vbi illi moderni Hilarius, Augustinus, Hieronimus, Martinus, Ambrosius, Nicolaus, Chrysostomus, cæteríque pij sophiæ antistites? in quibus vtique tantæ cuiusdam maiestatis decus conspiciebatur, cùm diuinis precibus instarẽt, vt illorum exemplo virtutúmq; emulatione nullus esset, qui ad rei diuinę studia nõ prouocaretur,

Antiquæ Sacrifici.

Ioel. 2.

Eccle. 44.

Duæ præcipuæ partes pontificis.

Origenes.

sibi virtutes insereret, extingueret vitia? Quæ
doquidem num istorum aliquis ad tam inæ
sarcinam subeundam, habentem nimirum
oneris quàm honoris, si intimè perpendatur,
Antiquorũ Pontificũ mores. tro se ingerebat? Minimè gentium. Quin
cùm testimonium illis omnes perhiberent,
esse vitæ vndiquaque eximiæ, inculpatæ, in
centis, puræ, atque integræ: tales denique,
Christianarum ouium vigilantissimam curam
gere possent, si illis concrederentur: qui flagra
tissimo amore Deum diligerent & proxim
qui non minimam charitatem ad opem fer
dam omnibus haberent: qui denique (vt om
in pauca conferam) tales existerent, quales
Tit. 1. to affectu efflagitabat Paulus, quos ad id op
asciscí cupiebat, nimirum ad docendum, exh
tandum, consolandum, oportunè & import
increpandum, admonendum, ad reprim
bellorum fomenta, nedum suscitanda: ad re
stendum denique rem Christianam impiè ad
ministrantibus, & ad sanguinem libenti animo
pendendum gregis sibi commissi gratia, ne
opum affluentiam apprimè feruentes, idonei
capaces essent: Hoc tamen onus omnino
terfugerunt. Quare? Quia quemadmodum
terrestre spirabant graues, at calcato penitus
tæ mortalis amore, ab axe solo pendebant:
haud ignari erant, quantum huic sarcinæ subeu
dæ inesset molis, ac tædij. At cur non tantumdem
isti, qui eam tantopere venantur ac concupisc
in adepta reperiunt molestiæ? Quia perbellè

illa eximẽtes, quicquid oneris est in suos vicarios reuoluunt: interim illi mundi istius ac ventris sui negotiis omnino impliciti. Quos sanè suis depingẽs coloribus D. Ioãnes Chrysost. In procuratores (ait) & dispensatores, cauponésq; redacti sunt Episcopi, & qui Ecclesiasticæ dignitati præsunt: imòverò istos etiá curę & sollicitudines secularium rerũ superauerũt, ac ceu spinæ suffocauerũt. Cũq; oporteat ipsos animarũ habere curam nostrarũ, hoc prætermisso, illa sollicitè curant, quę publicanis quæstoribus, ac villicis curãda sunt: de quibus etiam quotidie cogitant, & peruigilant. Itémque in illud Matthęi: Vade, & vende vniuersa quę habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Oportunè, inquit, nũc hęc ad Ecclesiæ præsides propter latas Ecclesiarum possessiones meritò dici possunt. Non enim aliter sequi Christum possumus, nisi fuerimus secularis curæ expertes. Nunc verò, proh dolor! vindemię ac messi sacerdotes Dei, venditioníque ac emptioni assistunt. Et quidem qui figuræ & vmbræ cultũ habebãt, quanuis corporalior eis administratio esset cõmissa, omnium tamen harum rerũ erant immunes. Nos verò, qui ad penetralia cœlorum vocamur, qui ad vera sancta sanctorum ingredimur, mercatorũ rursus, & cauponũ curas susçipimus. Vnde & magna scripturarum negligentia oritur, ingẽs in orando segnities, ac cæterorum omnium contemptus. Hactenus Chrysostomus. Cuius sententiæ accedit & dulciloquius ille Bernardus, quodam sermone, quem de conuersione diui Pauli texuit.

Chrysostomus in illos Ecclesiæ pastores.

Mat. 19.

Vnde scripturarum negligẽtia, & orandi contẽptus.

Bernard. Hac tempestate, inquit, heu Domine Deus, ... sunt in persecutione tua primi, qui videtur in ... clesia tua primatū diligere, gerere principat...

1. Mach. 6. Arcem Sion occupauerunt, apprehēderunt ... nitiones, & vniuersam deinceps liberè ac tem... statiuè tradunt incendio ciuitatem. Misera eo... conuersatio, plebis tuæ miserabilis subuersio... Atque vtinam hac parte sola nocerent! Esset ... tè qui, Dominica præmonitus ac præmunitus ... hortatione, daret operam ipsorum exempla ... imitari, sed obseruare præcepta, iuxta illud: Q...

Mat. 23. dicunt facite, & ad opera eorum nolite respice... Nunc autem dati sunt sacri gradus in occasio... turpis lucri, & quæstum æstimant pietatem. ... piosissimę siquidem pietatis inueniuntur in s... pienda, imò accipiēda magis animarum cura ... hęc penes illos cura minor, & de animarum s... te nouissima cogitatio est. An verò saluatori ... marum grauior vlla esse potest persecutio? R... sus in Cantica, Sermone 33. hæc ipsissima depl...

Scelesti Ecclesiæ ministri, quibusvis hæreticis, ac hostibus pernitiosiores.

gens: Væ (ait) generationi huic à fermento P... risæorum, quod est hypochrisis (si tamē hypoc... sis dici debet, quæ iam latere præ abundantia ... valet, & præ inobedientia non quęrit) serpit ... die antiqua labes per omne corpus Ecclesiæ, ... quò latius, eò desperatiùs, eóque periculos... quò interius. Nam si insurgeret apertus ... micus hæreticus, mitteretur foras, & arce... ret: si violentus inimicus, absconderet se for... tan ab eo. Nunc verò quem eiiciet, aut à q... abscondet se? Omnes amici, & omnes inim...

Omnes necessarij, & omnes aduersarij. Omnes domestici, & nulli pacifici. Omnes proximi, & omnes quæ sua sunt, quærunt. Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. Honorati incedunt de bonis Domini, cui nec honorem deferunt. Inde is, quem quotidie cernis, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frænis, in sellis, & calcaribus: ac demum plus calcaria, quàm altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ & cibis & cyphis. Inde comessationes & ebrietates. Inde cythara & lyra, & tibia. Inde redundantia torcularia, & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde referta marsupia. Pro huiusmodi volunt esse, & sunt Ecclesiæ præpositi, decani, archidecani, episcopi, archiepiscopi. *Gala.5. Isa.5. Psal.143.*

Nec enim merito cedunt, sed negotio illi, quod perambulabat in tenebris. Olim prædictum est, & nunc tempus adimpletionis aduenit: Ecce, in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece Martyrum, amarior pòst in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non fugere eos potest. Ita inualuerunt, & multiplicati sunt super numerum. Intestina, & insanabilis est plaga Ecclesiæ, & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Vox plangentis in tempore isto: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Spreuerunt vtique me, & maculauerunt à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in te- *Psal.90. Psal.38. Amaritudo Ecclesiæ nunc amarissima. Isa.1.*

nebris. Hactenus ille. Quo mehercle quid lucu-
lentius apertiúsque dici potest de horum tempo-
rum, in quibus vitam incolimus, infœliciſsimo
ſtatu? Quid ſcabiem huius tempeſtatis Chriſti
patrimonij direptorum quotidie magis ac magis
prurientem, æquè defricare? Quid rerum diſpen-
dia hinc in dies naſcentia commonſtrare euiden-
tius? Atque vnde proficiſcitur obex ille tam in-
gens, támque difficilis, ac caliginoſus, iter precum
noſtrarum occludens, quominus ad Deum no-
ſtrum & euolent, & pertingant?

1. Tim. 2. Iubet Paulus fieri imprimis obſecrationes,
dehinc orationes, adhæc poſtulationes, poſtre-
mò gratiarum actiones pro omnibus homi-
bus, pro regibus, & iis qui in ſublimitate con-
ſtituti ſunt, vt qui etiam & tranquillam vitam
agamus in omni pietate & caſtitate. Vult pra-
terea viros orare in omni loco, leuantes pura
manus in cœlum ſine ira, & diſceptatione. At ve-
rò quum ij, qui in hoc poſiti ſunt prædicato-
res & Apoſtoli, ne tantillum quidem id curent,
vtpote aliò animum inflexum habentes: mun-
danis vtique (vti iam diximus) curis præpedi-
ti, fluxarúmque rerum ſpinetis intricati, perple-
xi, ac ſuffocati, cùm hæc alioqui ſumma cum a-
nimi tranquillitate peragi debeant: quid tande
mirabimur, ſi Deus nos permittat tot tantiſque
quas quotidie perpetimur, perturbationibus
concuti? tantis bellorum procellis inuolui? tan
contagioſa ferè vbique terrarum peſtis clade af-
fici? Id nimirum illis, qui cæteris viam præire

Non mirũ ſi multa mala perpetimur.

bent negligentibus? Imò non negligentibus modò, sed & sæpenumero in qualibet re nefaria primas tenentibus: nedum alios orationis vi, crebris concionibus, & exemplo, à viis suis malis coerceant? Porrò quomodo alium à sordibus abluat, qui lutosas habeat manus? Quomodo possunt credere, indéque adeò quippiam, quod Deo gratum sit exequi (quia, teste Paulo, sine fide impossibile est, Deo placere) qui gloriam ab inuicem accipiũt, & gloriã, quæ à solo Deo est, nõ querũt? Quomodo verò plebs, ait poëta quidã haud indoctus ipsos alloquens,

Non potest aliorũ esse medicus, qui vlceribus scatet.

Hebr 11.
Ioan. 5.

Ipsa colat Diuos, cùm vos, qui fulmine bruto
Stringitis in vestras ausos mutiret hyaras,
Conspiciat diuis, ipsique oppedere Christo?

Quonam pacto eleganti forma depingat hominem fœdus pictor, & rei pingendi ignarus? Alios ad perfectionis littus dirigat, qui adhuc in delictorum, vitiorúmque fluctibus versatur, & circũfertur? Festucam de oculo fratris sui non eiiciat, quem trabes in oculo suo premit, ac degrauatur? Cæterum quemadmodum (inquit Ambrosius) nihil proficit medicamen vulneri adhibitum, cui adhuc ferrum adhæreat: ita nil illius proficit oratio, sed incassum diuinas aures obtundit, cuius mens nusquam à caducarum rerum fluxu, dolo, odio, & ambitione sedatur, & conquiescit. Quò quidem fit, vt cùm istiusmodi sint, quibus istud incumbit ex munere, vt iram & excandescentiam diuinam ob scelera nostra in nos desæuientem, assiduis precationibus,

Matt. 7.
Ambros.

crebra exhortatione, ac demum ſalubri consilio auertant, nec faciant, ne cui mirum videri debeat, ſi tantis quotidie inuoluamur tumultuum procellis, tamq; feris æſtubus res Chriſtiana agitur. Si dubio procul Moſem, Aaronem, & Samuelem, atq; Iob, hodie haberet Eccleſia (inquit diuus Cyprianus) cùm inuocarent, exaudirentur & orantibus Iob, & Noë, ac Daniele, populo parceretur. Moyſes, & Aarõ (inquit regius Pſaltes) in ſacerdotib⁹ eius, & Samuel inter eos, qui inuocãt nomẽ eius. Inuocabãt Dñm, & ipſe exaudiebat eos in colũna nubis loquebatur ad eos. Cur ita? Quia (inquit) cuſtodiebãt teſtimonia eius, & præceptum quod dedit illis. Sed rarus hodie Moyſes, qui oret, rarus Samuel, qui inobedientes lugeat. Rarus Phinees, qui perfodiat impudicos. Rarus Iob, qui pro filiorũ negligẽtia ſacrificiũ offerat. Rarus Noë, qui iis, quibus ſubuerſio imminet, archa bitumine lita, prouideat: quíve in tempore iracundię fiat reconciliatio, quò tandem reliquæ terrę parcatur, harum quibus in dies afficimur, calamitatum inundantium cataclíſmo. Quos profectò, flens cum Apoſtolo dico inimicos crucis Chriſti: vtpote qui terrena ſapiant, & quorum Deus venter: qui denique in his quæ dicere nefas eſt, impudentes lętentur, atque exultent. Venerunt profectò periculoſa tempora, quæ idem prædixit Apoſtolus, in quibus voluptatum amatores, magis quàm Dei, ſpeciem quidem pietatis habentes, virtutem verò illius

Cyprianus in tractatu de ieiunio, & tentatione.

Pſal 98.

Exod. 6.

Exod. 5.

1. Reg. 15.

Num. 25.

Iob. 1.

Gene. 6. 7.

Philip. 3.

Periculoſa tempora.

2. Timo. 3.

abnegantes, inueniuntur præpositi innumeri: qui ieiunia, & orationes ne digito quidem mouent: in quorum manibus iniquitates sunt, & muneribus eorum dextera oneratur. Frustra ab huiusmodi quęruntur miracula, frustra auxilia implorátur. Non sunt idonei intercessores, Domini contemptores: nec conuenienter ad eum placandum accedunt, nec conciliant, quem offendunt. Hactenus Cyprianus. His itaque verbis plus satis liquescit, non mirandum videri debere, si sinat nos Deus noster tot affici calamitatibus, atque rerum dispendiis.

Psal. 136.

Quod sanè vt luculentiùs apertíusque possis perpẽdere, id nõ solùm veterũ Prophetarum oraculis, sed illorum quoque qui mustum diuini spiritus abunde hauserunt, illiúsque primitias mox à Christo passo acceperunt, probabilibus testimoniis, operæprecium duxi cõprobare. Vtpote quibus ceu ad perpẽdiculum valeas non dignoscere modò, quas ob res, tot in dies rerũ discrimina perferimus: verúm etiã colligere, quantũ obsint reipublicæ Christianæ, qui ad Christi ouilis fouendi sollicitudinẽ prędones veri°, quàm pastores intrudere præsumunt. Quanto rursus sint eidem incõmodo illi, qui huic obeũdæ prouinciæ turpis lucri gratia citiùs, quàm Dei & fraternę charitatis amore, se accingere nõ verentur: qui denique regnãt (inquit apud Prophetam Dominus) & non ex me: principes gregis mei exístunt, & non cognoui. Vnde & sacrificia eorum (inquit) tanquam panis luctus: omnes qui manducant ea, contami-

Ratio cur ad confirmandum quod proposuit, tot autoritates & sententias adducat.

Ozee 8. Sacrificia, et orationes eorum,

qui cùm diuinam iram placare deberent, prouocant.

nabuntur. Ventum seminabunt, & turbinem m
tent: culmus stans, non est in eo germen, non f
ciet farinam: quòd si fecerit, alieni comedẽt ea
Hostias offerent, immolabunt carnes, & com
dent, & Dominus non suscipiet eas. Nunc reco
dabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata e
rum, & in Ægyptum cõuertentur ipsi. Et in Ez
chiele: Sacerdotes, inquit Dominus, contempse
runt legem meam, & polluerunt sanctuaria me
Inter sanctum & prophanum non habuerunt d
stantiam: inter pollutum & mundum non intel
xerunt, & à sabbatis meis auerterunt oculos su
& coinquinabar in medio eorum. Et quæsiui e
his virum, qui interponeret sepem, & staret ap
situs contra me pro terra, ne dissiparem eam, &
non inueni. Ideóque effudi super eos indignati
nem meam, & in igne iræmeæ consumpsi eo
Viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dom
nus Deus. Per Isaiam quoque in eos indignan
spiritus sanctus, cùm dicit: Væ, filij desertores, d
cit Dominus, vt faceretis consilium, & nõ ex m
& ordiremini telam, & nõ per spiritum meum,
adderetis peccatum super peccatum: qui ambul
tis vt descendatis in Ægyptum, & os meum no
interrogâstis, &c. Quibus quidem verbis nil alia
significare volebant Prophetæ, quàm exitialia m
serandáque tempora, quæ nunc aguntur, ob eccl
siæ Christianę videlicet pastorum damnanda am
bitionem, ac sibi cõmissarũ ouiũ negligentiá. Qu
etiamnum tẽpora tum perinde atque iamiam ad
uenissent, hac lamentabili voce deplangebat il

Dominica conquestio de imprebis sacerdotibus.

Ezech. 22.

Isa. 30.

Propheta: Venerunt, inquit, dies visitationis, venerunt dies retributionis: scito, Israel, te stultum prophetam, insanum virum spiritualem, propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, & amentiæ. Speculator Ephraim cùm Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius: insania in domo Dei eius. Profundè peccauerũt, sicut in diebus Gabaa. Recordabitur autẽ iniquitatis eorũ, & visitabit peccata eorũ. Quã potrò visitationem si quęras, hãc capite tertio luculẽter aperit sub typo Ierusalem & Iuda, in hęc verba. Ecce, inquit, dominator dominꝰ exercituũ auferet à Ierusalẽ & à Iuda validum & fortẽ, omne robur panis, & omne robur aquę: fortem & virum bellatorem, iudicem & prophetam, ariolum & senem. Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudẽtem eloquij mystici. Et dabo pueros principes eorũ, & effœminati dominabũtur eis. Et corruet vir ad virum, & vnusquisq; ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis aduersus nobilem. Rursus Isaias eadem mala subindicans: Propterea, inquit, captiuus ductus est populus meus, quia non habuit, qui eum doceret scientiam: & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absq; vllo termino. Et descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes glorioſique eius ad eũ. Et incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimiũ deprimẽtur, & exaltabitur Dñs exercituũ

Ob peccata nostra, Deum sæpenumero dare nobis nostris moribus congruos pastores.

Typo Ierosolimæ & Iudæ, populus Christianus designatus.

in iudicio,& Deus sanctificabitur in iustitia. Hactenus Isaias. Quæreres apertiorem iniquitatis improborum pastorum visitationem, nostrique omnium ob eorum improbitatem, vltionem?

Quò fit certè, vt concludendum censeam, imò & adfirmare audeam, nec alium quemlibet sanæ mẽtis inficiari arbitrer, vtpote tot prophetarum oraculis edoctum, hoc scelus esse, ob quod in diuersas tantis vndique rerum tumultibus interturbatur Respublica Christiana: principes nostri tã pertinacibus digladiãtur animis: passim Bellona fremit, & clangor tubæ vbique concrepat: fulgor armorum per attonitas vrbes & agros renidet: vbique locorum intentantur iræ, atque commota preliorum tempestas quibuslibet regionibus minatur excidium. Tot denique rei bellicæ gloria maximè strenui, rerumque bene gestarum, ac vitæ dignitate illustres, his superioribus annis, ingenti cum totius Christiani orbis dispendio, occubuere. Vis & alia proferã prophetarum testimonia, quæ id copiosissimè tibi comprobent? Audi quid de hac re per Ieremiam dicat Dominus. Is porrò cùm plus satis de improbis pastoribus conquestus esset, quòd vineam suam demoliti fuissent, sortémque suam immaniter conculcâssent, eã ob caussam protinus suddit: Super omnes vias deserti venerũt omnes vastatores terræ: quia inde gladius Domini deuorabit ab extremo terræ, vsque ad extremum eius. Non est pax vniuersæ carni. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt: hæreditatem acceperunt, &

Vnde rerũ Christianarum tãta turbatio.

Ierem. 12.

non eis proderit. Confundemini à fructibus vestris, propter irã furoris Domini. Hæc dicit Dominus aduersus omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem, quam distribui populo meo Israël. Ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum. Et rursum: Sanctus Israël Domino primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient super eos, dicit Dominus. Quæ profectò mala, capite quintodecimo, fusius edisserit in hunc modum: Et dixit Dominus ad me: Si steterint Moyses, & Samuël coram me, non tamen est anima mea ad populum istum. Eiice illos à facie mea, & egrediantur. Quòd si dixerint tibi. Quo egrediemur? Dices ad eos: Hæc dicit Dominus. Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus. Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cœli ac bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum: & dabo eos in commotionem vniuersis regnis terræ. hucusque Ieremias. Vbi quidem videre est, quanto rei Christianæ sint incõmodo, quantumque sibi malum áccersant, qui aliunde in ouile Christi conscendunt, quàm per eum, qui via, veritas est, & ianua, Christum. Aut certè cùm in illud irrepserunt, in eo pascendo secus se præstant, atque is qui dicit, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscor à meis.

Iere. 2.

Quatuor malorum species, quas ob scelera nostra Deus nobis immittit.

Ioan. 10.

In ambitionē mira inuectio.

O scelus itaque ambitionis, modis omnibus detestandum, cuius gratia in Christianum orbem tāta mala proficiscūtur & emergunt! Scelus profectò non recens inuentum, sed vnde quondam

Gene. 13. etiam iurgium inter Abrahamum sanctissimum illum patriarcham, & eius cognatum Loth, atque

Ibid. 26. inter vtriusque pastores oborsum, alterum ab altero diuisit. Scelus, ob quod rursus pastores Geraræ contendentes cū Isaac pastoribus, puteum quo aqua viua reperta, calumnię nomine insignitus est. Scelus, quod mirum in modum olim reformidās Moyses, ne eo infectus aliquis, prouinciæ, quam à Deo acceptam obibat, præficeretur

Num. 27. posteaquā fato concessisset: ita anxiè efflagitabat Dominum. Prouideat Dominus Deus spiritum omnis carnis hominē, qui sit super multitudinem hanc: & possit intrare, & exire ante eos, & educere eos, vel introducere: ne sit populus Domini sicut oues absq; pastore. Nos itidē, nisi Moysi exemplo, pro virili enitamur, ad Deum toto mētis affectu in orationē prouoluti, ipsius suffragiū expetere, quò ad alendū, & ad diuini verbi pascua ad-

Ierē. 3. cēdū reducēdūq; gregē Dominicū, eidē ꝓficiatur pastor idoneus: vt videlicet, iuxta Ieremiæ verbi eum valeat pascere scientia & doctrina: ad quos-

2. Cor. 10. bet præterea hostiū incursus, pura oratione armatas manus obtendere, ad destructionem denique munitionū, cōsiliorúmq;, & omnis altitudinis extollentis se aduersus scientiā Dei: fieri vllo modo nō potest, vt ad terrā illam viuentiū, vnde autore Prothoplaste excidimus, incolēdā, remeare igno-

rante ac ignauo duce queamus. Quin potius, quā- 2. Cor. 5.
diu peregrinamur à Domino, mille horrendæ ac Num. 14.
vastæ solitudinis mundi huius calamitatibus sub- Deut. 32.
acti, atque velut oues quæ perierunt, huc illucque
dispersi: tandem in tartara cum nostro duce rua-
mus, ac delabamur præcipites, iuxta illud Euange- Mat. 15.
licum: Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in
foueam cadent. Quod porrò non parum etiam Philip. 2.
extimescens diuus Paulus, ita suos Philippenses
singulari cum exhortatione obseruabat: Si qua
consolatio in Christo, si quod solatium dilectio-
nis, si qua communio spiritus, si qua viscera ac
miserationes, complete gaudium meum, vt ne
quid in vobis fiat per contentionem, aut inanem
gloriam: sed per humilitatem animi, alium quis-
que se præstantiorem existimet. Quare? Quia
nihil malorum aut perniciei in hominum vitam
vsquam emergit, quod hac Deum omnibus mo-
dis exasperante ambitione nō accersatur. Radix, *Radix omnium malorum cupiditas.* 1. Tim. 6.
quippe omniū malorū (inquit ille) est cupiditas:
quam quidā appetentes, errauerūt à fide, & inse-
ruerunt se doloribus multis. Qui enim volunt in
hoc seculo diuites fieri, incidunt in tētationem, &
in laqueum satanæ, & in cupiditates multas no-
xias & stultas, quæ demergere solent homines
in exitium. Repete siquidem, si meis, aut diui
Pauli citius, dictis accedere nolis, veterum mo-
nimenta: relege quicquid est, aut aliquando fuit *Ambitio scelerum omnium cardo.*
tragœdiarum: quicquid vnquam à priscis illis ty-
rannis, qui rerum olim potiti sunt, crudeliter ac
tragicè gestum est, & ab hoc scelere comperies

profectum initium. Si pariter ſpectes nunc vi
que locorum graſſantes efferaciſsimos rerum
multus : ſi pleriſque in locis deſæuientes ang
ſtias famis, ſterilitatis frugum, & peſtilentiæ
piorum Chriſti pauperum oppreſsionem: ſu
bium igni ferróque euerſionem: ſi denique qu
rumcunque aliarum calamitatum genera atte
das, hinc oboriri vel ex iam adductis prophe
rum oraculis inuenies. Quod & diuus Innoce
tius, eo tractatu, quem de vtilitate conditio
humanæ edidit, comprobat his verbis: Illa, inqu
ſacrilegia committit & furta, rapinas exercet
prædas, bella gerit & homicidia, Symonias ve
dit & emit, iniquè petit & recipit, iniuſtè neg
tiatur & fœneratur, inſtat dolis & imminet fra
dibus, diſſoluit pacta & violat iuramẽta, corru
pit teſtamenta & peruertit teſtimonia: quumq
adipiſcitur quod optauerat, deſiderat amplio
ſemper in habendis, & nunquã in habitis finẽ
ſtituens. Sanguiſugæ ſiquidẽ duę ſunt filię, dice
tes, Affer, affer. Nam creſcit amor nũmi, quan
ipſa pecunia creſcit. Cui ſentẽtiæ accedit & di
Chryſoſtomus: Hinc, inquit, ſunt pugnę, inimi
tiæ, & bella: hinc contentiones, conuitia, ſuſp
tiones & contumeliæ: ex illa ſunt cædes, furta,
pulchrorúmque deprædationes. Propter illã no
ſolùm ciuitates & regiones, ſed & viæ, & or
inhabitabilis etiã, & montes & ſaltus cũ collib
& (vt ſemel dicã omnia ſimpliciter) & ſangui
ſcatent, & cædibus. Quin neque à mari abſtin
hoc malum, ſed & illic multa graſſatur, luxur
turq

Innocentius. Ambitionis deſcriptio.

Pro. 30.

Chryſoſtomus in Epiſtolã ad Romanos.

túrque insania, pyratis illud vndiq; obsidẽtibus, communemque quendam látrocinandi morem obseruantibus. Propter hanc etiam naturæ quoque leges inuertũtur, cognationis iura pelluntur, atque ipsius humanæ substantiæ iusta debita corrumpuntur. Pecuniarum quippe tyrannis non solùm aduersum viuos, sed & mortuos dextras armauit. Neque enim vel mortis medio pactis induciis, quietem illis permittunt, sed effractis loculis, in mortua etiam corpora sceleſtas manus extendunt: eum, qui ab hac liberatus est vita, à suis insidiis liberum quiescere non permittẽtes. Breuiter, quicquid vspiam malorũ inueneris, siue domum spectes, siue forum, siue iudicia, siue senatorum conuentus, siue regiam, seu quoquò tandem respicias, videbis hinc omnia nasci. Et rursus in priorem Epistolam ad Timothæum: Cuius mali ille (inquit) causſa non sunt? Nónne harum gratia concupiscimus? non rapimus? nõ eiulatu perstrepimus? non inimicitias subimus? non conserimus rixas? non cõtentiones perpetuas texímus? nónne inter parentes & fratres sæuierunt? nónne iura naturæ ac præcepta Dei, & omnia prorsus violãrunt, qui illarum tenentur desiderio? nónne harum causſa iudicia sunt instituta? Tolle itaque pecuniarum studium, & omnia mala sublata sunt. Conquieuit bellum, cessauit pugna, inimicitiæ in gratiam redeunt, sedatæ sunt hæreses, & contentiones omnes. Huic item sentẽtię adstipulatur & diuus Hieronimus, quum in hunc modum Rustico Episcopo scribit: Propter auaritiam sacerdo-

Pecuniarũ tyrannis.

Pecuniæ malorum omnium causſa.

Hæreses ab auaritia & ambitione profici-sci. Hieron.

tum, inquit, sæpe odia & sectæ consurgu
hinc Episcopi accusantur à clericis: hinc prin
pium omnium litium: hinc omnis detractio
causſa: hinc origo fit cuiusuis criminis.

Atqui magis istud, ô diui, Chrysostome, Inn
centi, & Hieronime, fateremini, si nunc in v
essetis, ac intueremini ita hoc tempore Ch
stianæ religionis vel vnica propugnacula, eg
giè insulsis posthaberi, candidatósque Eccl
(ad hoc vtique, vt iam diximus, à nostris mai
Deut. 25. bus variis cumulatæ prouentibus, quò ins
1. Cor. 9. boum in area Dominica sedulò triturantiu
eorum suffragiis alerentur, qui altario dese
rent) sua possessione hæreditaria priuari: ato
quauis sue stupidiores plerumque, nullaque b
narum literarum facundia præditos, aut mor
integritate conspicuos, ea potiri. Plus deni
hac tempestate quorundam assentatorum v
re temerariam impudentiam, quàm omni
parte exactorũ absolutissimam industriam. Q
bus sanè luscatis, quid ad illustrandam vas
Proborum Ecclesiæ pastorum tituli. hanc orbis machinam fulgoris supereſt? To
siquidem hæc solaria luminaria: & cætera qu
que densissimis tenebris obfuscari conspic
Tolle cœlos, hos arcana continentes cœlestia
Soles. Cœli. spiritu Dei ornatos, verbóque firmatos Do
Psal. 32. 49. nico: & neminem, qui ordinet testamentum
ius super sacrificia, aut annunciet iustitiam ei
Nubes. Gene. 9. iuuenias. Tolle nubes has, vnde totius rori
plausibilis doctrinæ stillat pluuia: & nullum
perias, qui arcum illum, signum vtique

fœliciſsimi inter nos & Deum noſtrum quondam ſtatuti fœderis, quo nobiſcum pactus eſt ipſe, ſe nunquam aquis diluuij orbem diſsipaturum, ſuſtentet, ac fulciat. Nil denique veritatis, aut virtutis magnificentiæ vniuerſo orbi ſupereſſe videbis. Porrò, Regio vate conteſtante, veritas Dei vſque ad nubes ſeſe exporrigit & attollit, & ſuper Iſraël magnificentia, ac virtus eius in nubibus ſe exerit. Mirabilis ſiquidem Dominus in ſanctis ſuis, vtpote quorum miniſterio dat virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ. Tolle inſuper fundamẽta hæc, ſuper quæ omnis Eccleſiæ ædificatio conſtructa, ſuccreſcit in templum ſanctum in Domino. Tolle has portas, quibus ex ſaphiro & ſmaragdo, hoc eſt, dono ſapientiæ & conſilij fabrefactis, conſpiciebat pius ille pater Tobias ſanctã illã ciuitatẽ Ieruſalẽ (quę eſt mater noſtra) inſignitam. Aufer atria hæc, quæ ſolent in hymnis confiteri Domino, & ipſius portas intrare in cõfeſsione: quibus deniq; ſuis illuceſcit Dominus, quò ſcitè noſcant qui illas ingrediũtur, quomodo eos oporteat in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & ſtabilimentum veritatis: Et quos rurſum docet Paulus eò conſtitutos, vt operã omnẽ ſuam dent ad cõſummationẽ ſanctorũ, in opus miniſterij in ædificationẽ corporis Chriſti. Tolle, inquam, hæc omnia, & mox quicquid conſtructum eſt, collãbi, & in præceps ruere cõſpicies. Tolle deniq; ſal iſtud, quo ſermo omnis in gratia conditur, & morum temperãtia: quódque in oblatione iubetur veteri lege adole-

Pſal. 35. 67.

Fundamẽta.

Epheſ. 2.

Portæ.

Tobiæ 13.

Gala. 4.

Atria.

Pſal. 99.

1. Tim. 3.

Epheſ. 4.

Sal.

Collo. 4. Leuit. 2. Lucernæ. Mat. 5.

ri Domino: quid nisi insipida, insulsa, & puti quæque videas? Cæterum lucernas has de cand labro sub modium redige, quò hominibus n luceãt: quid quæso nostræ fidei lumina ingred tibus fuerit luminis? quid cõtrà non offensio non densissimarum tenebrarũ, & obscurissi caliginis vbiq; videris? Ita me hercle, neutiqua existimãdum venit, Christianã religionem po splendido coruscare lumine corã hominibus, p opera cuiusquã nostrûm bona haberi, quò per tandém glorificetur pater ille cœlestis: quand Ecclesiastico candelabro, ceu ad sagittã scopi perponentur illi, qui ne tantillum quidé cum P lade (quod dicitur) habent cõmercij: his possi bitis, & velut fundamentis, propugnaculis, co nis, ac basibus, quibus totius Ecclesiæ moles s fulciri habet, detractis, qui in exercendis pas ralibus sarcinis, animarũ salutẽ solerter obser re, purũque Christum sibi cõmissi gregis men bus instillare valeant. Quandoquidẽ, quid (rog

Quid impulit Martinum Lutherum ad edendos in lucem suos famosos libros.

adegit Martinum Lutherum, vel præcipuum o put detestandę eius, quæ nũc vbique locorũ gr satur, hæreseos (vt reliquos interim suæ factio taceam) in tam pudenda flagitia prolabi, tamq atris liuoris aculeis concitari: vt ita effræni nesc qua fronte, atque silicea mẽte in Christianã pu tatem debaccharetur? Nauiculã Petri tam disc loribus errorum procellis & anfractibus cõcu re, imò funditus elidere contenderit? libros, quo paulò antè in Ecclesiæ catholicæ encomion ed derat, in ipsius exitium ac perniciem retorquen

Quid,inquam,ipſum cùm ad ſuos famoſos libellos,tum vel potiſsimùm ad illum, quem de captiuitate Babylonica inſcripſit, mille iam olim conſcriptorum patrum cõſiliis,& autoritate,damnatarum hæreſeôn refricatorem , in incautum vulgus ſpargendum impulit? Nónne eò videlicet quòd(quemadmodum à compluribus fide dignis accepimus , & ille variis in locis ſuorum operum teſtatur) quum Romam miſſus à duce Saxoniæ, pleroſque cõſpiceret , nulla virtutum ſuarum cõmendatione,aut morum ſplẽdore, ſed variis tantummodò nũmorum impenſis fretos, præter fas & meritũ ad Eccleſiaſtica munia obeunda euehi, qui neutiquã eſſent animarũ ſaluti ſubſidio futuri,ſed ouium lanã ſolùm egregiè deglubituri? Cõtrà,illos, qui nõ minùs ornamẽto vitæ,quàm laude eximia , & maxima ratione ſalutis popularis perfungi beneficij(quod vocant)munere,ac non parũ gregi Chriſtiano prodeſſe poſſent,eo priuari:ipſemet etiã eadem via repulſam paſſus? Atqui ſi id quidẽ impetrâſſetcum gratia,probatiſsimum fortaſſe , & maximè ſalutarẽ paſtorem habuiſſet Eccleſia Catholica , quẽ hactenus infeſtiſsimum, peſtiferum,& capitalem paſſa eſt,patitur, & poſthac, ni eius cõſiliũ Deus diſſoluat,patietur hoſtẽ. Adeò faſtidioſi ſumus in æſtimandis bonis noſtris . Adeò acri circunſpectione præuidere habent , quibus huiuſce muneris Eccleſiaſtici elargiendi, diſtribuendique ſuppetit facultas, aut poteſtas ſciſcendi conceditur, quibus illius prouinciam committãt.

Quare Martinus Lutherus in ſummos pontifices tantopere inuectus eſt.

Quomodo Ecclesiasticorũ munerum distribuẽdorum causa attẽdẽda. 1. Ioan. 4.

Quin & sũmo studio attẽdere illos cõuenit la
gitionis caussã, nimirum si necesse sit aut vtile, d
probare eorum spiritus qui illã appetũt, si ex De
sint, an non, hoc est, si illã subire velint spe splen
doris & gloriæ, turpísq; lucri, an gregis Domini
strenuè ac indefessè agendæ curæ gratia. Ne scili
cet (vt verbis Senecæ vtar) videantur commi
ti munera superuacua iis quibus non decet: v
fœminæ arma, rustico libri, aut studis deditos
tia, & asino lyra. Non enim parum refert, qu
id fiat modo: quando sacrilegio, & anathem
tis crimine aliquorum ad id malè ascitorum
iúsque oscitanter ac supinè obita opera, tanta v
dere sit passim oboriri rerum incommoda & c
lamitates. Quod nec Ethnicos quidem illos, a
turali ratione tantùm donatos latuit. Ait siq
dem ad id haud inscitè Seneca, libro secundo
beneficiis: Videndum est, inquit, & considera
dũ, quid, cui, qualiter, quãdo, vbi, & quare sit d
dũ. Nimirum quòd turpissimum genus benefic
sit inconsulta donatio in dando. Quo fit (inqui
vt eligendus veniat in dando beneficia, vir sim
plex, memor, gratus, alieni abstinens, non sui au
rus, & maximè beneuolus. Bis enim peccas, qu
peccãti obsequium accommodas. Et contrà, Be
neficium (inquit alibi) dando accipit, qui dign
dedit. Quemadmodum autem malè filiæ consu
lit, qui illam contumelioso & sæpe repudiato co
locauit; quemadmodum malus paterfamilias
habebitur, qui negotiorum gestorum damnato
patrimonij sui curam mandauerit: quemadmo

Quid in dandis beneficiis considerãdum.

dum dementissimè testabitur, qui tutorem filio reliquerit, pupillorum spoliatorem: sic pessimè beneficia dare dicetur, quicunque ingratos & scelestos eligit, in quos malè peritura conferat. Hæc ille. Cuius sententiæ accedit & illa Sapientis: Si multa, inquit, habueris, & non rectè diuiseris, peccâsti. Bonum est te sustantare istum, sed & ab illo ne substrahas manum tuã: quia qui timet Deum, nil negligit. Et itẽ Ecclesiasticus: Si beneficeris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certè à Domino. Da bono, & non receperis peccatorem. Benefac humili, & nõ dederis impio: & item reliqua, quæ illic habentur. Et Marcus Tullius in Officiis: Neminem, inquit, arbitror omnino negligendum, in quo aliqua significatio virtutis apparet. Colendum autem esse ita vnumquemque maximè, vt quisque maximè his virtutibus erit ornatus, modestia, temperantia, ac ipsa iustitia. Tum potissimùm hoc animaduertendum est, vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimùm opitulari. Quod contrà fit à plerisque. A quo enim plurimum sperant, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimùm inseruiunt. Sunt enim multi, & quidem cupidi splendoris & gloriæ, qui eripiunt aliis, aliis quod elargiantur, hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletant eos quacumque ratione. Id autem tantùm abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium. Videndum est igitur, vt

Ecclc. 7.

Eccle. 12.

Quibus sint maximè beneficia conferenda.

ea liberalitate vtamur, quæ prosit amicis, noce
nemini. Nihil est enim liberale, quod non ide
sit iustum. Extremum autem præceptum in be
neficiis, operáque danda, ne quid contra æq
C. Cotta. tatem contendas. hactenus ille. In quam sente
tiam C. Cotta dicere solebat, se operam sua
polliceri solere omnibus, impartiri autem iis,
Hieron. pud quos optimè collocari arbitraretur. Sed
diuus Hieronimus, hæc docens suum Paulinu
apertius quod ad pietatem Christianam facit, h
verbis commonstrat: Considera, inquit, Chr
sti substantiolam, ne imprudenter effundas,
est, ne immoderato iudicio rem pauperum ti
buas non pauperibus, secundum dictum prude
tissimi viri, ne liberalitate liberalitas pereat. Q
Ambro-sius. (quemadmodũ asserit diuus Ambrosius officio
primo) non vult Dominus suas opes effundi; s
3. Reg. 19. dispẽsari: nisi fortè vt Helisæus boues suos occ
dit, & pauperes pauit ex eo quod habuit, vt n
la cura teneretur domestica. Si verò adiuues
qui possessiones aliorum eripere conatur, no
probatur largitas. Nec illa perfecta est libera
tas, vel largitas, si eam iactãtiæ magis, quàm mis
ricordię caussa largiaris. Rursus nõ probatur libe
ralitas, si quod alter largitur, ab altero extorque
si iniustè quærat, & iniustè dispensandum puta
Hactenus Ambrosius. Quò fit vt cum Lactan
Lactãtius. Firmiano concludendum censeam, benefice
tiam nullam esse, nec sic dici debere, vbicunq
necessitas non est. Vetùm potius perire quicq
gratiæ caussa tribuitur non indigentibus. Quo

etsi gratum est iis, quibus datur, iustum tamen nõ est: quia si non fiat, nihil mali sequitur. Vnum igitur certum & verum liberalitatis officium est, egentes alere.

Sed quorsum tam multa? Vt nimirũ & Ethnicorum, & celebrium Ecclesiæ doctorum huc adductis sententiis, se illi contemplentur, quàm lõgè absint cùm à naturę lege, tum à Christi doctrina, quantorúmque sint in caussa malorũ, qui præter meritum, ad Christi potius inuadendam substantiã (vt quotidiana experientia docet) q̃ ad suas oues pascendas, quoslibet indiscriminatim in suũ ouile intrudere nõ verẽtur. Nec ij quidem quáuis indigni, huic se accingere prouinciæ obeundæ, nec vibratũ contra se bicipitem gladiũ, quo conterat & conquasset Dominus ipsorum capita, tãtisper reformidant, vt ab illicitis cruentas manus abstineant. Quid enim? Si Israëlitæ, duce Iosue, in vrbem Hay exigua armatorum copia munitã, tenuíque mœnium soliditate circũseptam depugnantes, ob vnius delictum anathematis flagitio contaminati, cupita victoria potiri non valuerunt, sed omnium pugnantium robore instar aquę liquescẽte, perplures profligati sunt: quin nec is quidem, cuius ope ductúque bellum inibant, placari potuit, nec vrbs quidem euerti, donec qui hoc facinore tenebatur, lapidibus obrutus est: quid vicissim nobis non immitteret incommodi? quibus bellis conquassari nos non sineret? qua victoria nos potiri concederet? imò quos hostes non suscitaret nobis? qui non vnius anathematis,

Psl. 8. 109.

Exemplis confirmat quæ sup: à fusius edisserit.

Iosue 2.

sacrilegiíve, peculatus, aut furti solùm delict
sumus obnoxij: sed qui ipsius tam horrenda fo
dáque ingluuie absumimus, confringimus, atq
deperdimus patrimonium? Rursus, si strenuus
ille Ozias (vt Saulem interim omittam) solertio
quadam, sed aliquātò audaciori, & indignioris
conditione diuinæ legis cultúsque diuini æmu
tione duct⁹, arrepto thuribulo, cupiēs sacerdo
officio perfungi, cęteris obnitētibus sacrificis,
eam rem tam vehemens terræmotus exorsus
támque sęua plaga leprę ille percussus, quę ad
tremum vsque vitę finem eum prosecuta, ter
morti adegit: ad hęc tanto furore ea de caussa
reliquum populum desæuiit Dominus: quid vi
nobis non faciat, addētes in dies singulos dete
tiorem pręuaricationem? Ecquid mirū, si nos p
mittat tam assiduis rerum calamitatibus obtū
Si sępicule, vt nunc fit, grassante pestilentię pla
morte repentina occūbere? Si denique vnaquę
dies suam nobis adferat caliginem, qui tam illo
manibus (quod dicitur) ipsius sacra audemus
tingere? Qui vix ad stiuam nati, tam graué spi
tualium dotiū administrādarum sarcinam sub
pręsumimus? Imò verius qui prætextu Domi
gregis ad pietatem formandi, reíque ipsius dis
sandę, ac tuendæ, hoc est, Christi pauperum fo
dorum nocte diéq; gelu & fame cōtabescentiu
loco, illam sic turpi luxu, turpiore lasciuia, turp
sima venere, lusu indecentiore, canum auiúmq
oblectamentis, morionum denique, scortorum
lenonúmque gregibus, aliísque hisce innume

Ozias rex volēs præter meritū & conditionē suā fungi sacerdotali officio, lepra percutitur.

2. Par. 26.
Isa. 1.

improbis ſtudiis deperdimus, ac labefactamus?

Ex quo fit, vt plerorumq; amentiã, ac ſtoliditatẽ ſatis demirari nequeam, qui cùm iſta prę oculis quotidie habeãt, adhuc nihilominus expoſtulare, ac ſecum quærere obmurmurantes non ceſſent, vnde tot, quę in dies nos vndiq; tãtopere diuexãt, rerum diſcrimina proficiſcãtur. Vnde diuini cultus tã immanis extenuatio. Tã exiguus in hominibus erga pietatem, diuináq; teſtimonia feruor. Tãtus florentiſsimæ quondã religionis neglectus ac detractio, cui alioqui tũ obſeruandæ, tũ amplificandę, omne ſuum ſtudiũ noſtri maiores collocârunt. Vnde fit, vt quotannis ferè ſurgit in arma contra ſe totus Chriſtianus orbis, atque fremunt vndequaque Gẽtes in Chriſtianorum finium ſupremum excidium. Síeq; regale ſacerdotiũ adeò vilipẽditur: gens ſancta nullo nunc in precio eſt: popul' acquiſitionis, emptus vtiq; precio magno agni immaculati, ſic modò diripitur, conculcatur, nihili ducitur. Poſtremò, quare nũc ſimul atq; preces fundimus ad Deũ noſtrũ, non exaudimur votorũ noſtrorum euadentes compotes, perinde atque maiores noſtri, qui mox vt ad eũ clamâſſent, ſalui fiebant, nec cõfundebantur ab expectatione ſua: inſcitè, inquam, & impudenter hæc mirantur huius tempeſtatis homines, quum profectò (quẽadmodum multoties iãiam præfatus ſum, & nũc idẽidẽ repeto, vt qui habet aures audiendi audiat) hinc oboriri liquidò videant, nẽpe ex eo q̃ hodie Dominicarũ excubiarũ demãdetur negotiũ audaci, impudentiq;, ac irreuerenti neſcio cui corru-

Plerorumque amẽtia, & ſtoliditas.

1. Pet. 2.

Pſal. 21. 118.

Mat. 11. 13. Mar. 4. Luc. 8. 14. Apoc. 2. 3.

ptorum hominum generi, quod in hãc tempestatem irrepsit: quibus, quum nullis nec animi bonis nec moribus honestis instructi sint, nihil competit cõgruentius, quàm quod vulgari iactatur sermone, Asini apud Cumanas: vtpote nihil scientes aliud, quàm, vt est apud Prophetam, more vitulæ Ephraim, diligere trituram. Cùm cõtrà religiosissimi quique bonarum literarum morúmque magistræ, in imo iaceant, & contemnantur: iuxta illud grauissimi poëtæ dictum.

Osee 10.

Ouidius.

Ipse licèt venias musis comitatus, Homere,
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras. Et rursus
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
At nunc barbaria est grandis, habere nihil.
Curia pauperibus clausa est, dat census honores:
Inde grauis iudex: indè seuerus eques,

Exemplũ à nauiũ gubernatoribus.

Quo quid iniquius esse potest? quid iniustius? Nempe vt gubernator nauis, qui maximos in nauigando labores exãthlauerit, dũ malos scandit, per fluctus cursitat, sentinã demũ exhaurit, timens ne aduentibus vndarũ vorticibus subruatur nauis: per summis tãdẽ perpessis sudoribus, & quæ inde reportare deberet præmiis, summum reportet incommodum, illíque debita meritorũ gratia supprimatur? cũ è diuerso is, qui stat in littore, nauigantis artem ac discrimen, in quod se coniecit, alius, tantùm spectans, illam, quam nõ meretur, sibi vẽdicet gloriam, & munus capessat indignum? Nec eo contentus hostem quoque agat eorum, quibus deberet etiam vitæ suæ dispendio consulere? Cuiusmodi sanè impietatem, simul & insci-

tiam taxans Micheas propheta, ad hunc modum dicebat: Audite principes Iacob, & duces domus Israël. Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum? qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? Qui comederunt carnes populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. Sed quid tandem? Tunc clamabunt, inquit, ad Dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. Extrema planè miseria, summum nefas, ingens inhumanitatis opus, ob tam fluxa, ac futilia, hoc est, propter vmbram & vaporem ad modicum parentem, tanto deturbari diuinæ miserationis compendio: tanta auxilij spe frustrari: tantoque diuini amoris priuari cõ modo: & propter vitam, quę meritò hoc in seculo scęna quędam & somnium appellatur, viuendi perdere modos. Hinc vox illa: Deus, venerunt gentes in hęreditatem tuam, polluerunt templũ sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorũ custodiam. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt. Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. Et Isaias: Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis, indurâsti cor nostrum ne timeremus te? Conuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. Quasi nihilum possederunt

In hæreditatis Christi, hoc est, bonorum pauperum dissipatores. *Mich. 3.*

Planctus Ecclesiæ. *Psal. 78.* *Isa. 93.*

populum ſanctum tuum:hoſtes noſtri concul-
uerunt ſanctificationem tuam. Facti ſumus qu
in principio,cùm non dominareris noſtri, neq
Iſa. 64. inuocaretur nomen tuum ſuper nos. Et nunc,D
mine,pater noſter es tu,nos verò lutum:& fict
noſter tu, & opera manum tuarum omnes n
Ne iraſcaris,Domine,ſatis,& ne vltrà meminer
iniquitatis noſtrę: ecce, reſpice, populus tuus
mnes nos. Nunquid ſuper his continebiste,D
mine,tacebis,& affliges nos vehementer? In
ſententiã conqueritur & Abacuc propheta:Mi
Abacuc, 1. ſunt,inquit,Domine,oculi tui, ne videas malu
& reſpicere ad iniquitatem non potes:quare n
reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuora
impio iuſtiorem ſe? Et feciſti homines quaſi p
ſces maris,& quaſi reptile non habens princi
Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſa
nam ſuam,& cõgregauit in rete ſuum. Super h
lætabitur,& exultabit:propterea immolabit ſa
næ ſuæ,& ſacrificabit reti ſuo:quia in ipſis incra
ſata eſt pars eius, & cibus eius electus. Propt
hoc ergo expendit ſagenam ſuam, & ſemper
terficere gentes non ceſſat. Hactenus prophe
Qui quàm verè hęc dixerint illi de huiuſmodi
reditatis Chriſti pauperum inuaſoribus,depra
toribúſque,ſi noſſe cupias,rationem tecum ex
de, cur hanc prouinciam tantopere ambiant
& videbis. Si enim ex ea ſuſtuleris ſplẽdoris, h
noris,gloriæ,ac dignitatis titulos,& eam quam
nimo ex aliorum relatione(nam ea de re illorum
prima eſt quæſtio) conceperunt ex hoc in illa

vberrimè exuberantem opum affluẽtiam, quam videlicet poſtea in luxum & delitias reſoluti valeãt liberrimè profundere, atque decoquere: nullos, qui eam prouinciam ſubire velint, inuenias. Tolle, inquit Seneca, radicem, & nemora nõ ſurgent, nec tanti montes veſtientur. Et nulli fuerint Corei, Dathanes, & Abirones: qui & famulo Domini Moſi obgãniant, & Aaronis munus ambiãt. Vnde & à terra abſorpti (inquit) deſcẽderũt in infernum viuentes. Nulli alienigenæ (vt lege Moſaica cautum ac ſancitum erat) huic operi ſufficiãtur: ſed qui à Deo vocati fuerint, quemadmodũ Aaron: quique ſciẽtiã habuerint diſcernẽdi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundũ, inter leprã & leprã. Nulli, niſi qui docere poſſint ſuæ tutellę cõcreditos omnia Dei legitima, quẽadmodũ à Domino pręceptũ quondã fuit Aaroni, & filiis ſuis. Nulli filij Heli, filij vtiq; Belial, hoc eſt, peruerſi, & ſine iugo: qui neſcientes Dominũ, neq; officiũ ſacerdotũ ad populũ, ab immolãtibus vi extorqueant victimarũ adipes, & bibãt vinum libaminũ: & qui denique dormiant cum mulieribus, quæ excubãt ad oſtium tabernaculi. Nulli Ioeles aut Abię, qui declinent poſt auaritiá, accipiant munera, & peruertant iudiciũ. Nullíq; cõtemptores Samuelis ſerui Dei, in quos vtique hæc à Domino feratur oratio: Non te abiecerũt, ſed me, ne regnẽ ſuper eos. Nulli Saũles, qui præter Domini præceptum, eiuſdémque Samuelis ſacerdotum principis voluntatem & arbitriũ Deo ſacrificare præſumant. Nullæ Iezabeles, quæ ob

Corei, Dathanes, & Abirones, improbi paſtores appellati. Nu. 16. Leuit. 22. Hebr. 5. Leui. 10.

Filij Belial. 1. Reg. 2.

Ioeles, & Abiæ. 1. Reg. 8.

Saũles. 1. Reg. 13.

Iezabeles. 3. Reg. 21.

denegatam regi Achab vineam, Nabothium fi
fis teſtibus accuſatum, lapidibus obrui iube
Nabuchodonozori. Nulli Nabuchodonozori, qui ſubruendæ Ier
4. Reg. 24. ſolimitane vrbi immineant ac impendant. N
li, qui abominationibus impleant hęreditat
Ezech. 8. Domini (vt eſt apud Ezechielem) adeò vt co
Iaſones. tur ipſe recedere à ſanctuario ſuo. Nulli facin
2. Mac. 4. roſi Iaſones, qui ſacerdotiũ ambientes, corru
pant reges muneribus, & ad Gẽtilẽ ritum com
bules ſuos transferant: ita vt iam ſacerdotes n
circa altaris officia dediti ſint: ſed contempto
plo, & ſacrificiis neglectis, feſtinẽt participes
Heliodori. ri paleſtræ, & prębitionis eorũ iniuſtæ. Nulli H
2. Mac. 3. liodori, qui à regibus ſibi demandatæ prouinc
paulò obſequioſiores, templo Dominico ma
ſacrilegas audeant admoliri. Nulli Diotrepes,
Diotrepes. in Dei Eccleſia cupientes primatum gerere, n
3. Ioan. 1. contenti ſint ſolùm cooperatores veritatis n
recipere, ſed & eos, qui illos ſuſcipiũt, prohibe
& de Eccleſia eiiciant, verbis malignis in ſanct
garrientes. Nulli denique qui teneant doctrin
Apo. 2. Baalam, qui docebat Balac mittere ſcandalum c
ram filiis Iſrael, edere, & fornicari: ſed & qui pe
mittant mulierem Iezabel, ſe dicentem proph
Ibidem 3. tiſſam, docere, & ſeducere ſeruos Dei, fornicar
& manducare de idolothytis: indéque nomi
Dei tãtùm habentes, mortui ſint. Sed quid tand
iſti? Nihil quæſo inde ſuſtulerunt diſcriminis? N
ſcelus expenderunt? Nihil diuinæ vltionis pert
lerunt? Pertulerunt dubio procul, quemadmod
& ij, qui nunc ad conſimilem nequitiam eorum

exemplo

exẽplo feruntur, sunt perlaturi. Et nos, qui hoc tã calamitoso tẽpore illorũ peccata portam⁹, perferim⁹: &(ni omẽ Deus auertat) ęgrius perferem⁹. In leges nẽpe diuinas impiè agere, impunè nõ cędit. Nec quidẽ is se credat inultũ laturũ, qui sua nequitia, ac peruerso exẽplo, in impietatẽ aliũ cõiecerit. Quę omnia tu, qui locos tenes, reuolue si libeat, & facili perpẽdes negotio, quàm acer sit sui numinis vindex ęqu⁹ ille rerũ moderator, quámque efficax vltor religionis contẽptę. Quę rursus si apertius nosse cupias, audi quid de huiusmodi scriptũ reliquerit diuus Chrysostom⁹: Si quis, ait, gehennam futuram non credit, Sodomam cogitet, Gomorrhæ meminerit, supplicij recordetur quod factũ est, & adhuc perdurat: id quod iudiciũ est ęternum fore malorum supplicium. Grauia sunt ista, illa verò grauia non sunt? Vis & causſam discere, propter quam ista facta sunt? Vnum erat illis peccatum, graue quidem, & execrandum, attamen vnum. in pueros tum insaniebant, atque ideo pœnas istas dederunt. Nunc verò innumera & paria, imò grauiora peccata, quàm istud fuerit, committuntur. Deinde, qui propter vnum peccatum tantam iram effudit, & neque per Abrahæ supplicationem placatus est, neque per incolam Loth, qui ad honorãdum seruos ipsius, filias suas in ignominiam tradiderat: tantis iam peccatis exigentibus parcet? Ridicula re vera sunt ista, & nugæ, & error, diabolicáque seductio. Vis & aliud adducam? Pharaonem ab omnibus audis regem fuisse Ægyptium. Nosti igitur & pœnas, quas de-

Chrysostomus in epistolam ad Thessa. cap. 4. Sodomorũ suppliciũ. Gene. 13.

Pharaonis supplicii. Exod. 14.

dit? Quomodo cum ipsis curribus & equis, cum vniuerso exercitu in mari rubro submersus est? Vis & alia discere? Nã ille quidẽ impius fortè erat, imò nõ fortè, sed re vera impius erat. Vis etiã ex credentibus, & Deo, vita tamen non verè correcta, adærentibus, supplicio affectos videre? Audi quid Paulus dicat: Neque scortemur, sicut quidam ipsorum scortati sunt, & ceciderunt in vna die viginti quatuor millia. Neque murmuremus, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Neque tentemus Christum, sicut quidam ipsorum tentauerunt, & à serpentibus interierunt. Si verò fornicatio tantum potuit, si tantum murmuratio, quid nostra peccata non efficient? Si verò non iam statim omnium pœna sumitur, ne mireris, Nam illi quidem gehẽnam ignorabant, atque ideò subitis pœnis puniebantur. Tu verò quæcunque peccata commiseris, si nullam prorsus hîc pœnam dederis, omnia solues illic. Adhęc si eos, qui rudiores erant & tanta non deliquerant, tantopere punit, nobis parcet? Absurdum hoc esset. Nam etiamsi ea quæ illi, deliquerimus, maiore tamen supplicio digni sumus. Quamobrem? Quia maiore gratia potiti sumus. Quãdo verò plura & maiora quam illi delinquamus, quas pœnas non dabimus? Illi etenim etsi murmurârunt quidem, at in deserto venerant. Nos verò patriam habentes, & in ea bus nostris existentes, bonis nostris vel etiam dequaque circunfluentibus, in Deum murmuramus. Illi etsi scortati sunt quidem, & ex Ægy-

1. Cor. 10.

Nos maiore dignos supplicio peccantib⁹ Israelitis

malis pridem egressi erant, & legem propè talem non audierant. Nos verò a maioribus nostris salutaribus acceptis præceptis, hinc maiore supplicio digni sum⁹. Nã cogita. Si illi puniti sunt, quãobrem non puniemur & nos? Aut quomodo decorum esset non puniri nos, qui peiora quàm illi deliquim⁹? Certè liquet ideo fieri, ꝙ suppliciũ nobis reponatur in futurũ. Hactenus Chrysostom⁹.

Exhortatio ad impios ouiũ Christianarũ rectores.

Paueant itaque, paueant, inquã, hæc audientes, qui sunt huiusmodi (nam ad spectatos probósque rectores Christianarum ouium, hęc nostra oratio non inflectitur) ne dum ita, vt faciunt, Dei sacra labefactant ac polluunt, Christíque hęreditarios fines, in funiculis vtique diuinę distributionis emensos, inuadunt, in omnium istorum, quos, paulò ante recensuimus, incidant sententiam, nimirum quos variis calamitatibus & plagis ob id ipsum mulctatos cõstat: sicq; tandem Dei regno pellantur infames: iuxta illud Paulinum, Quoniã qui talia agunt, inquit, regnũ Dei nõ cõsequẽtur. In hoc quidẽ seculo dũ sic perditè viuũt, percipiẽtes miserandũ suæ vesaniæ auctoramentũ, ac impietatis symbolũ: ad postremũ cùm iusto Dei iudicio sistantur, hinc propediem emigrãtes, quò rationẽ concreditę sibi prouincię ac demãdatæ villicationis exactissimè reddant, in perẽnes flãmas, quã ociosimè, abducendi, iuxta illud Dominicum: Quoniã eiiciẽtur, inquit, ij in tenebras exteriores, obscurissimas videlicet, & longè positas à vera luce: ibi erit flet⁹ & stridor dentiũ. Quandoquidem horrendè & citò (inquit Salomon) apparebit illis

Gala. 5.

Mat. 8.

Acremudicium iis qui præsunt.

Sap. 6.

Dominus: quoniã iudiciũ duriſsimũ his qui præ-
ſunt fiet. Etenim exiguo cõceditur miſericordiæ
potentes autem, potenter tormenta patiẽtur. Non
enim ſubſtrahet cuiuſquam perſonam Dominus
qui eſt omnium dominator, nec verebitur ma-
gnitudinem cuiuſquam: quoniam puſillũ & ma-
gnum ipſe fecit, & ideo ex æquo cura eſt illi de o-
mnibus. Fortioribus autem fortior inſtat cru-
Luc 12. cio. Et Chriſtꝰ ipſe apud Lucam: Omni, inquit, cui
multum datum eſt, multum quæretur ab eo: &
cui commendatum eſt multum, plus petetur ab
eo. Quam ergo tanto iudici, vt pote quem fal-
Iſa. 3. lere nemo poteſt, dati & accepti reddituri ſunt ra-
tionem, cùm ſtabit ad iudicãdos populos? Do-
minus etenim, teſte Iſaia, ad iudicium veniet cum
ſenibus populi, & principibus eius: haud dubi-
Mat. 19. quin cum illis, quibus quõdam dicebat Chriſtus:
Amen dico vobis, quia vos, qui ſecuti eſtis me, in
regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede
maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duo-
decim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Quis
ego ſunt illi tum reddituri rationis de tanta ve-
bi commiſſa villicatione, quum ab ea ſummoue-
buntur, tot criminibus aſperſi, tot maculis ad
Villicationis ratio improbatum præſitum. ipſum delati? Nimirum quòd imprimis ipſius
bona diſſipauerint: eiúſque digito plantatam vi-
neam, velut quidam apri de ſilua & ſingulares
feri, exterminauerint, ac depaſti ſint: attriuerint
Pſal. 79. inſuper populum ſuum, vt eſt apud Iſaiam, & hu-
cies pauperum commolierint: hoc eſt, exiguæ
gregis Chriſti puſillos contempſerint, eo etiam

prohibente ne contemnatur ne pusillus quidem ex iis, qui in eum credunt. Adhæc, quòd suum templum violantes, ex eóque speluncam latronum facientes, omnium malorum in caussa extiterint, vniuersum Christianũ orbem in dies interturbantium. Porrò, scriptura teste, qui violauerit templum Domini, morte morietur, & disperdet eum Dominus. Quò fit vt asseuerantius diuus Paulus loquatur: Quicunque conturbant vos, portabunt iudicium, quicunque sunt illi. At quod iudicium autem? Qui dabunt, inquit, pœnas in interitu ęternas, à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cùm venerit glorificari in sanctis eius, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderint. Lento siquidem gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: sed tarditatem supplicij grauitate cõpensat. Quo igitur ore, qua fronte te ipsum tueberis, cùm illius sistêris tremendo vultui iudicandus, & quem tantopere in te iratum cernes? Si perennibus flammis adiicitur, qui sua in pauperes non distribuit: quo cruciatu plectendum censes, qui rapuit aliena? Si in ignem mittitur, qui nõ dedit rem propriam: quò (putas) mittendus erit, qui inuasit alienam? Si cum diabolo ardet, qui nudum non vestit: vbi (putas) arsurus est, qui etiam expoliauit? Si iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam: quale futurum est illi, qui fecerit & rapinam?

Mat. 18.
Mar. 11.
1. Cor. 3.
Gala. 5.
2. Thes. 1.
Mat. 25.
Iaco. 2.

Atqui hoc scelus esse arbitror, super quo typicè iustus ille rerum ponderator, ad se conuerti, ac resipiscere huiusmodi non sinit, vt est apud

Scelus ob quod pollicetur Do

minus se nunquam ad pœnitentiã conuersurum plerosque suæ Ecclesiæ præsides.

Amos prophetam: nec auferat cor lapideum e carne eorum, & det eis cor carneum, vt in pra ceptis suis ambulent, & iudicia sua custodiant faciantque ea, & sint illi in populum, & ipse sit in Deum. Nempe quòd dissecent, inquit, pra gnantes Galaad: quod porrò aceruus Domini in terpretatum, suam significat omni virtutum fe tura exuberãtem Ecclesiam: quam porrò ita im pudenter dissecant, discerpunt, discindunt, vo licatim exenterant, conculcant, opprimunt, ad viuum vsque corrodunt, ac dilapidant, ad e latandum suum ipsorum terminum, vt vix a quid reliqui faciant. Vnde & ignem se succe surum comminatur in muro Rabbath, quæ in terpretata grandis dicitur. Ea vtique re signi ficans hos patrimonij Christi direptores ne rios: qui ob ingentem quandam opum afflue tiam, quam circumuentione quapiam & præ meritum assecuti sunt, & iniustè detinent, ve muro quodam diuitiarum vallati, grandes si videntur. Et qui (vt est apud Isaiam) insatiab quadam auaritia, & ambitione, domos Ieru lem dinumerant, ac destruunt ad suum mura muniendum, nec suspiciunt ad eum qui fece eas. Sed quid tandem? Et deuorabit, inquit, æs eorum in vlulatu in die belli, & in turbine in commotionis: quando videlicet illis dictum est: Ite maledicti in ignem æternum, qui par tus est Diabolo, & angelis eius. Quandoqui dem (inquit Isaias) reuelata est in auribus me vox Domini exercituum: Si dimittetur iniqui

Amos. 1. Ezec. 11.

Isa. 22.

Mat. 25.

hæc vobis donec moriamini. Etenim, teſte Samuële, triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur ſuper tanto ſcelere in gregem ſuum commiſſo: neque enim eſt homo, vt agat pœnitẽtiam. Quod & Heli ſacerdotis exemplo corroboratur, nimirum ob cuius iniquitatẽ, in libris regnorum pollicetur Dominus, aduerſus eum ſuſcitaturum omnia, quæ ſuper domum eius fuerat loquutus, incœpturum, & completurum. Prædixerat verò prophetæ Samuëli, ſe iudicaturum domum eius in æternum ob ſuam iniuſtitiã, eò quòd nouiſſet indignè agere filios ſuos, & non corripuiſſet eos. Idcirco iuraui, inquit, domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vſque in æternum. Si ergo tantus vir, qui quadraginta annis filiis Iſraël præfuerat conſilio & ſententia, tam acri vltione plectitur, vt nunquam ad pœnitudinem prioris vitę inducturum comminetur Dominus, ob paulò negligentiorem animaduerſionem in filiorum retundendo animo, qui tunc luxuria & laſciuia diffluebat: quid illum facturum iſtis exiſtimas, qui non vnius aut alterius, triúmve, aut quatuor filiorum, ſed totius ſui gregis quem acceperunt moderandi, nulla cura tenentur, modò lanam habeant? Quid igitur ad hæc effaberis, ô diuini templi prædo deteſtande, quiſquis es? quid ad hæc cauſſaberis? quid excuſationis, imò tergiuerſationis prætendes? Num hæc tibi pauorem & metum incutiunt? Num hinc tremendum Dei iudicium, cui mox ſiſtendus es, reformidas?

1. Reg. 15.

1. Reg. 3.

Acris inuectio in eos, qui ita auaritiæ inhiant, vt vix ſibi videantur mortales eſſe,

Te ſemper victurum putas? Num te mortalitat
obnoxium, vt cæteros, autumas? Num legiſti, a
certè te legiſſe diſsimulas illud diui Pauli elogi
quo ad vniuſcuiuſque commonitionem vtitur
Hebr. 9. piſtola Hebræis deſtinata, cùm inquit: Statut
eſt hominibus ſemel moti, poſthac autem iu
cium? Porrò tametſi diſsimulas, veriſsimum ta
extare vel quotidiana experiẽtia docemur, qu
Pſal. 88. ait regius Pſaltes: Nemo viuens eſt, qui non
deat mortem, aut qui eruere valeat animam ſu
de manu inferi: Et qui denique auferre poſsit
labore ſuo quo ſub ſole viuit, præterquàm qu
in hac ærumnali vita, ſiue bonum, ſiue malum
cerit. Opera ſiquidem cuiuſque illum ſequen
Et quę ſeminauerit homo, hęc & metet. Nam q
ſeminat in carne ſua, ex carne ſua metet cor
Gala. 6. ptionem. Qui verò ſeminat in ſpiritu, è ſpiri
Apoc. 14. metet vitam æternam. Atqui nihil intulimus
1. Tim. 6. hunc mundum: haud dubium quòd nec auſe
quid poſſumus. Hæc ergo, quibus congregand
tantopere inſudâſti, cui quæſo cedẽt? Nepoti ſo
ſan, aut cuipiam alteri affinitate tibi coniunct
Quòd nimirum vel hac Marci Tullij ratione a
Probat quæ iniuſtè parta ſunt vel detẽta, iniuſtis perituræ. ducaris, fructũ ingenij & virtutis, omníſque pa
ſtantiæ tum maximè capi ſolere, cùm in proxim
quemque confertur. Probè. Verùm, autore S
piente, qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, aliis co
gregat, & in bonis illius luxuriabitur. Qui enim
ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? Sed & nep
Eccle. 14. 40. tes impiorum (ait alibi) non multiplicabunt r
mos: & radices immundę ſuper cacumẽ petręſ

nant. Substãtię verò iniustorum, sicut fluuius, siccabuntur: & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. Quandoquidem malè parta, malè dilabi consueuerunt. Et iuxta Hesiodi dictum, malum lucrum, æquale dispendio fieri assolet. Et Iob: Impius, inquit, non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam. Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui. Antequã dies eius impleantur, peribit: & manus eius arescet. Lædetur, quasi vinea in primo flore, botrus eius: & quasi oliua proiiciens florem suum. Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. Hactenus illi de impiorum execratione.

Iob 15. Radix impiorum.

Quò fit quidem vt iis ob oculos positis, & velut ad perpendiculum diductis perpensisque, nihil iustæ querimoniæ habere possint huiusmodi queruli & anxij, qui admirantur, secúmque expostulant, & velut in Deum æquum rerum arbitrũ demurmurant, vnde tot nobis in dies singulos emergunt rerum incommoda & calamitates: quũ nostra ambitione, auaritia, diuinarum ministrationum incuria, luxu, lasciuia, nos eas accersere apertissimè constet. Ex quo etiamnum colligi potest facillimè, ea omnia signum alterum portendere, vel patentissimum, haud procul abesse diẽ perditionis (vt in Cantico suo cecinit Moses) eáque tempora adesse festinare, in quibus iudicabit

Epilogus.

Secundum signum, quo coniecturamus, Dominicũ aduentum haud procul abesse. Deut. 32.

Dominus populum ſuum,& ſeruis ſuis miſere-
Bernard. tur. Quod & hac diui Bernardi ſententia com-
mari poteſt,ex ſermone,quem in Pſalmum, Q
habitat,habuit,deprompta. Multiplicâſti gent
(inquit) Domine Ieſu Chriſte, ſed non magn
câſti lætitiam: quoniam multi ſunt vocati, pa
verò electi. Omnes Chriſtiani,& omnes ferè q
ſua ſunt quærunt,non quæ Ieſu Chriſti. Ipſa q
que Eccleſiaſticæ dignitatis officia ad turpé qu
ſtum,& tenebrarũ negotium tranſiere: nec in
ſalus animarum, ſed luxus quæritur diuitiarum
Propter hoc intruduntur, propter hoc freque
tant Eccleſias, miſſas celebrant, Pſalmos decā
tant. Pro epiſcopatibus, & archidiaconatib
impudenter hodie decertatur, vt Eccleſiarum
redditus in ſuperfluitatis ac vanitatis vſus di
pentur. Supereſt vt reueletur homo peccati,fil
perditionis,dæmonium non diurnum modò, ſ
& meridianum: quod non ſolùm transfigura
in angelum lucis,ſed extollitur ſupra omne qu
dicitur Deus, aut quod colitur. Huic ſentenc
accedit & diuus Chryſoſtomus in Matthæu
Chryſoſto. homilia trigeſimaquarta: In duodecima, inqu
hora ſumus. Vnde putas? Quia candor iuſtiti
iam receſsit de mũdo: ſed & ſol radios gratiarum
in ſe colligens, reuocauit, & totam terram m
gredo iniquitatum vel mendaciorum, quaſi no
fuſca,cooperuit: niſi quia etiam iam & ipſa de
Valles, ſe- decima hora finitur. Vbique tenebras vides,
culares dubitas diem transîſſe? Prius enim in vallib
dicti. fit obſcuritas die declinãte ad occaſum. Quand

ergo colles videris obscurari, quis dubitat quin iam nox est? Sic primùm in secularibus & laicis Christianis incipit prævalere obscuritas peccatorum. Nunc autem quando iam vides quòd sacerdotes, positos in summo vertice spiritualium dignitatum, qui montes & colles dicuntur, apprehenderit iniquitas tenebrosa, quomodo dubitetur quòd finis sit mundi? De quo etiamnum fine olim vaticinans diuus Petrus, tempus aliquando futurum astruebat, quo diuinum iudicium incipere deberet à domo Dei. Vt quemadmodum Dominus Deus populum suum sanctum olim primò afflixit, & à populo Ierosolymitano seu à ciuitate sua sancta incœpit, deindè reliquas gentes funditus euertit & excidit: ita & hoc tempus sit, in quo vtique incipit iudicium, hoc est, afflictio à domo Dei in bonorum suorum videlicet inuasione, expilatione, proscriptione, reliquorúmque ipsius sacrorum contemptu, & euersione. Quòd si primùm, inquit, à nobis, quis erit finis eorum, qui non credunt Dei Euãgelio? Nam si pij per famem, carceres, opprobria, exilia, bonorum proscriptiones, incendia, & huiusmodi, affliguntur, tametsi sint amici Dei: qualem, & quantam expendent pœnam inimici Dei, qui semper Euangelium sanctásque Dei Ecclesiæ præscriptiones blasphemiis incessantes, nulli alteri vacant studio, quàm vt, sibi commissi vel potius vsurpati oneris immemores, nitida cute, probéque saginato corpore omni voluptati ac lasciuiæ dent operam; atque demum

Mõtes & colles sacerdotes dicti. 1. Pet. 4.

Iudicium à domo Dei incipiens.

ocioſi in vtranque dormiant aurem? Et ſi iuſtus vix ſaluus efficitur, id eſt, tanta difficultate, tantiſque malis ac periculis exercitatur, vt vix ab illis ſaluus fiat, impius & peccator vbi parebũt? Quis nempe is, qui omnium ſcelerum immundicia fœtet, poſt hanc vitam ſperare poteſt? Cui ſententiæ adſtipulatur & Ieremias propheta, in hunc modum: Si (inquit Dominus) in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomẽ meum, ego incipio affligere, ob eorum vtique ſcelera qui in ea aguntur impiè: an inde vos arbitramini (reliquos mortales non minus impios alloquens) immunes euadetis? Non euadetis immunes. Gladium etenim (ait) hoc eſt, extremam vltionem ego voco ſuper omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam. Rugiens rugiet ſuper habitaculum ſuum. Pertranſibit ſonitus vſque ad extrema terræ: quia iudicium Domino cum gẽtibus. Iudicabitur ipſe cum omni carne: impios verò tradet gladio. Hæc dicit Dominus exercituum. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem, & turbo magnus egredietur à diuerſis lateribus terræ. Et erunt interfecti Domini in die illa ab extremo terræ, vſque ad ſummum eius: non plangentur, & non colligentur neque ſepelientur: ſed in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt. Vos autem, paſtores, vlulate, & clamate, & aſpergite vos cinere, optimates gregis, quia completi ſunt dies veſtri vt interfi-

Ieremi. 25.

Extremi iudicij germana deſcriptio.

Iniquorũ paſtorum iudicium.

ciamini, & dispersiones vestræ completæ, quò cadatis quasi vasa pretiosa. Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit dominus pascua eorũ, & cõticuerũt arua pacis à facie iræ furoris Domini. Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, à facie irę furoris Domini. Hactenus propheta. Quibus quidem verbis nil aliud præcinisse videtur ille, quàm vt cùm venissemus in ea tẽpora, in quibus ea fierent, quæ quotidie hac tempestate videmus fieri, hinc signum coniiceremus, totius orbis extremum finem haud procul abfuturum: vel id ipsis etiam iniquitatis mysteriis velut ad amussim commonstrantibus. Quid nempe ex tanta, támque auida, ac sitienti huius temporis mortalium ambitione: quid ex sacrilega sacrorum locorum deprædatione: quid ex desidia, inscitia, vecordia, ac segnitie Dei Ecclesie pastorum colligere possumus, quàm iniquitatis mysterium iamiam per eos operari? Quàm statutam illam desolationis abominationem esse, qua ceu pellucido euidentíque signo à Christo edocti sumus hinc dignoscere, in extremam temporum ętatem nos tum demum deuenisse, cùm illam videremus stantem in loco sancto? Tunc, inquit, consurget gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terręmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: &

Statuta desolatio. Mat. 24. Dan. 9.

eritis odio omnibus Gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Erit autem tūc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi vsque modò, neque fiet. Hactenus Christus. Quam porrò sententiam interpretans Lactantius ille Firmianus libro de æterno præmio.

Lactãtius.

Extremorum temporum meva descriptio, & facies.

Propinquante, inquit, huius seculi termino, humanarum rerum statum commutari necesse est, & in deterius nequitia inualescente prolabi. Iam enim iustitia rarescet: ita impietas & auaritia, cupiditas & libido crebrescet: vt si qui tum fortè fuerint boni, prędæ sint sceleratis, ac diuexentur vndique ab iniustis. Soli autem mali opulenti sint: boni verò in omnibus contumeliis atque egestate iactentur. Confundetur omne ius, & leges peribunt. Nihil tunc quisquam habebit, nisi aut quæsitum, aut defensum malè. Audacia & vi omnia possidebūt. Non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non veritas erit. Ita nec securitas, neque regimen, neque requies à malis vlla. Omnis enim terra tumultuabitur: frement vndique bella: omnes gentes in armis erunt, se inuicem opugnabunt. Cuitates finitimæ inter se prœliabuntur. Túmque peragrabit gladius orbem, metens omnia, & tanquam messem omnia prosternens. Hucusque Lactantius. Vide quæso si hoc tempore ista locum non habeant. Quæ cùm videris ita habere (quis enim nedum mente captus non videat) coniice idem, & apud te ipsum expende, num hoc signum

illud existat, quo Christus sub inuolucro nos docuit, cùm videremus expedita militum acie circundari sanctam ciuitatem Ieruſalem, hinc facilè dignoſcere, non longè abeſſe extremam totius orbis ruinam & lapſum. Cuperes namque expeditiores Antichriſti copias, quibus fretus, ſuæ iniquitatis myſterium ille peragat, atque cõſummet? vniuerſum orbem debellet? ſanctam Eccleſiam funditus deiiciat? quæ denique ſunt religionis Chriſtianæ, peſſundet, diruat, ac labefacet, quò tandem iis illi velut opem ferẽtibus extollatur ſuper omnem qui dicitur Deus, aut numen: ita vt in templo Dei ſedeat velut Deus, oſtentãs ſeipſum eſſe Deum? Sed de his hactenus. Nunc ad alia feramur.

Mat. 24.

Antichriſti copiæ, improbi paſtores.

2. Theſ. 2.



Latebris suis tandem p
deat in medium tertia c
sa, quã decurrere propo
ramus: propter quam
qui in dies tantis distra
mur calamitatibus & a
nis. Quò vel etiam tand
quorumdam cõtinenter
his conquerentium crassæ ac supinæ ignoran
dicam rectius, mentis hebetudini, & animo h
repenti, succursum sit & satisfactum. Idque p
bantes variis ratiocinationibus, & multico
cùm sanctorum qui à seculo sunt prophetar
tum illustriorum Ecclesiæ catholicæ doctor
autoritatum genere. Eam porrò causſam prob
sci, ex nimia nostri admiratione, impotentia,
philautia, cum charitatis (quę finis legis Euan
licæ dicitur) contemptu, prius me dixisse rec
Quandoquidem quod scelus, rogo, quod flagi
quod crimem, quod facinus indignum, quod
spendium, quod discrimen, quæ iactura rerum,
enormitas etiam si à mundi constitutione cum
in diuinam maiestatem peracta, quin & ipsi
angelor

1. Tim. 1. Rom. 13. Omnũ sce lerum car do & cumulus ex charitatis cõtemptu, cum sui admiratione nimia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

angelorum celsitudinem recolueris, inde nõ scatet, non suboritur, non pullulat? Duo amores, inquit Augustinus, iam inde ab initio rerum duas constituerũt ciuitates. Vnam Ierusalem, visio pacis dictam, Amor in Deum vsq; ad sui omnimodam deiectionem & contemptũ constituit. Alteram Amor sui vsque ad Dei contemptum exædificauit, Babylonem videlicet superbiæ & cõfusionis matrem. Quam & incoluerunt quotquot vnquam quadã philautia, ac prostituta impudentia Deum suáque præcepta cõtempserunt. Quid enim, rogo te, primum illum angelũ Luciferũ, & forma & maiestate reliquis suis æqualibus cõspicabiliorẽ, è sua illustri dignitate ac præcellentia, in tam detestandum facinus prolabi coëgit, vt supra quod dicitur, aut colitur Deus sese efferret, ac similis cõtẽderet fieri Altissimo: nisi illa qua tenebatur effrænis perditáq; audacia, inusitata superbia, sui nimius amor, ac diuini contẽptus? Initium omnis superbiæ, inquit Sap. est apostatare à Deo, hoc est, ei rebellem fieri: quoniam ab eo, qui fecit illũ, recedit cor eius. Quoniã initiũ omnis peccati, est superbia. Quã qui tenuerit, inquit, adimplebitur maledictis, & subuertet eũ in finẽ. Quia, vt vulgò dicitur, amor sui cœcus. Sed &, teste Seneca, sequitur superbos victor à tergo Deus. Vnde & illũ subsannans Isaias: Quomodo, inquit, cecidisti de cœlo, Lucifer, qui manè oriebaris? Qui dicebas in corde tuo, In cœlũ conscendam, super astra Dei exaltabo soliũ meũ, & sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis? Ascendã altitu-

Augusti. 14. de ciuitate Dei.

Lucifer.

2. Thes. 2.

Eccle. 10.

Initiũ peccati superbia.

Isa. 14.

Psal. 7. dinē nubium, similis ero altissimo? Hæc ille me
Hebr. 5. te premebat. Sed quid tandem scrutator ille
Ibidē 40. num, & cordium inspector, compagum quoq
medullarum discretor? Cui assimilâsti me, & a
quâsti? dicit Sāctus. Leua in excelsum oculos tu
& vide quis creauit hæc: qui educit in num
militiam eorum, & omnes ex nomine vocat,
præ multitudine fortitudinis & roboris, virtu
que eius nec vnum quidē reliquum facit. Cui
go ex his similem feciſti Deum? aut quam ima
nem pones ei, qui illi similis vis fieri? Quis po
in nubibus æquabitur Domino, similis erit D
in filiis Dei? Sed quia tātùm superbia est, qua
tolleris, ideo ad infernum (inquit) detrahēris, &
profundum laci demergēris. Quod & atteſta
Psal. 88. Psalmographus: Tu humiliâsti, inquit, Dom
sicut vulneratū superbū: in brachio virtutis tu
sperſisti inimicos tuos. Haud dubiè quin illos
cum superborum principe corypheo corrue
Apoc. 12. vtpote quorum locus non est inuentus amp
Psal. 36. in cœlo, vt est in Apocalipsi. Et rursus: Vidi i
pium superexaltatū, & eleuatū sicut cedros Li
bani: & transiui, & ecce non erat: & quæsiui eu
& non est inuētus locus eius. Inimici quippe D
mini, mox vt honorificati fuerint & exaltati
ficientes quemadmodum fumus deficient. Q
Protho- nempe Prothoplastem illum, omni gloria & h
plastes. nore coronatum, omníque deliciarum gene
Gene. 3. paradisi voluptatis affluentem, tam inhuma
adegit sceleri, vt vetitum morsum degustare
indéq; vniuerso orbi mortem inueheret? Amo

nissimo incolatu, ac sede illa beatiore depulsus, solum tam flebiliter verterit? Cohibita deinceps tellus, ne quid vltro amplius præter sentes, spinas, & tribulos, pro sibi ingenita bonitate adferret? sed & ille cum tota sua sobole perpetuo, eóque admodum ærumnali sudore, vitam degeret miseram, cuius ditioni omne genus rerum prius subiectum erat? Quinimo, vt verbis poëtæ vtar:

Tibul. li. 1.

Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata?
Tunc breuiter diræ mortis aperta via est?

Et, vt est apud Senecam,

Seneca in Hippolyto.

Tunc scelera dempto fine per cunctas domos
Iere? Nullum caruit exemplo nefas?

Subierit inde morbus tam multiplex, & varius? Tentare denique occœperint frigora & æstus humana corpora, quæ paulò antè totius calamitatis, doloris, ærumnæ, mortis denique expertia erant? Quid, inquam, ad has miserias, & calamitates, primum mortalium parentem cum vniuersa sua progenie adegit, præterquam stolida hæc sui admiratio, insolentia & supercilium: indéque Dei, ac suorum præceptorũ incuria, & neglectus? Maximè eidem pollicente serpẽte: Fietis velut dij, vtpote bonum malúmq; scientes. Adeò nihil est quod rebus naturę pernicię magis adferat, quàm diuinæ dilectionis charitatísq; neglect⁹, cum sui cuiusq; admiratione, philautia, atque extollentia coniuncta. Quod & luculenter à Sapiẽte illo Hebræo perspectum est, cùm dicit: Timor Dei initium dilectionis eius: fidei autem initium

Gen 3.

Eccle. 25.

Ibidē 10. agglutinandum est ei. Et rursus: Semen hon
bitur hoc, quod timet Deum: semen autem
exhonorabitur, quod præterit mandata Dei.
pterea, inquit, exhonorauit Dominus conu
malorum, & destruxit eos vsque in finem. V

Cataclysmus ob diuinę legis, hoc est, charitatis incuriam, & cōtemptū. Gen. 7.

siquidem effectū, vt tam vastus orbis, inund
ne cataclysmi, vna clade interierit: nisi ob h
quæ iam tum occupabat omnia, inusitatā co
carnis elationem, insolentiam, & fastū? charit
verò dilectionisque diuinæ incuriam, & cont
ptum? Perspiciens Deus, inquit Moyses, ia
adolescentem mundum non mediocri iniqu
fœtura refertum esse, vitāq; ac cogitationem
iusq; in peius quotidie prolabi: iniuriā pro in
centia haberi: pro pietate numinis contemp
eò denique (vt summatim dicā) scelus ipsum
rupisse, vt viam suam quisque corrupisset, m
omnium mortalium ab adolescētia cuiusque
ret in malum propēsissima, Disperdā, inquit
cum terra ipsa. Sicque tandem opus verbum
secutum, deleuit ille omnem terrę superficie
homine vsque ad pecus, reptantia quoque &
lucres cœli, vno dempto, quem tūc tēporis
talium omnium iustum repererat, Noeo, v

Noe diluuij tēpore vnus omnium mortalium iustus repertus. Eccle. 16.

per quem humanum genus ex integro repa
posset. Et quia non exorauerunt pro peccat
(inquit Sapiens) antiqui gigantes, ideo dest
sunt cōfidentes suæ virtuti: & non pepercit D
peregrinationi illorū, sed percussit eos, & exc
tus est eos præ superbia verbi illorum. Non
sertus est illis, gentem totam perdens, extoll

se in peccatis, suis. Misericordia siquidem & ira cum illo. Potens est exoratio & effundens iram secundũ misericordiam suam: sic correptio illius hominem secundum opera sua iudicat.

Quid rursus Israëliticum illum populum (vt interim priuatos ac singulares illos, Cain, Cham, Esau, Iudam, & fratres eius, qui iustum vendiderunt, omittam) toties non solùm in eorum fidelissimum, ac mansuetissimum ducem musitare impulit: sed & in ipsum quoque Dominum dominantium obstrepere, eũ modis omnibus & locis tentãtes? Quid subinde illos ad lusum, luxum, rebellionem, seditionem, peruicaciam, ferociam, idolorum cultum, innumerásque alias falsas insanias instigauit? Nónne detestanda hæc animi sui elatio & fastus, dilectionísque ac charitatis diuinæ obliuio, & contemptus? Nónne & sexcenta illa millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui, hac capti fuerunt amentia, cùm mellitissimæ illi terrę, nempe vberrimis pascuis & frugibus affluenti, ad quam diuina promissione incolendam deducendi erant, detrahentes: præter Domini præscriptum, & Moysi cõsilium, sese vltro suis hostibus occidendos obiecerunt? Quid ille & animi magnitudine, & corporeis viribus præstantissimus Sanson? Nónne & ipse hac scelesta philautia, cum diuinæ legis despectione impulsus, fœminæ (cui ne mortuæ quidem fidendum est) quæ eius insidiabatur sanguini, suæ mentis arcanum detexit? Idque tam infœliciter, vt qui paulò antè nõ pauca Allophilorũ millia prostra-

Israelitic⁹ populus.
Exod. 16.
Gen. 4. 9. 28. 37.
Exod. 32.
Nume. 14.
Eccle. 16.
Sanson. Iudic. 16.

uerat, mox ignominiosè captꝰ manibꝰ à tergo uinctis, ac suffosis luminibꝰ, morte crudeli plectitur.

Dauid. Quid est? Quid ille spectata sanctimonia conspicuus Dauid? Nónne & ipse aliquãdo hac via in adulterium, simul & homicidiũ corruit? Et præclarum illud totius sapientię specimen Salomon, haud minus quam tantũ potuit suâ prudentiâ efficere, quin eadem ea philautia duce, eò insipientię decideret, *Eccl. 47.* spurcissimo idolorũ cultu infectus fuerit. Quod quidẽ, vt Moses in Deuteronomio diuina edicta fastu quodam & arrogantia contemnentes, *Deut. 28.* maledictione impertiat: Si nolueris, inquit, audire vocem Domini Dei tui, vt facias omnia quæ mandata sunt tibi, percutiat te Dominus amentia & cœcitate, ac furore mẽtis. Et rursus: Anima quæ *Num. 15.* per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis ille, siue peregrinus, quoniã aduersus Dominum bellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim Domini contẽpsit, & verbum illius fecit irritum, idcirco delebitur, & portabit iniquitatẽ suam. Et vt verbum exemplo firmaretur, cùm è suis quidam ex egestate forsan & inopia, in vasta illa solitudine laborans, aliquot ligna in sui suæque familię subuentionem, Sabbatho (quo alioqui die ea lex gis præscripto, quicquam operis moliri interdicebatur) colligere compertus fuisset: illum, ceu ea *Colligẽs ligna sabbatho, lapidibus obruitur.* cratione obnoxium, extra omnem turbam ejectum lapidibus obruerunt. Ex quo illa Samuelis comminatio deprompta: Si timueritis, inquit, *1. Reg. 12.* Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini, etiam

vos, & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus Domini super vos, & super filios vestros. Ex quo item euenit, vt insensatus meritò dictus sit effrons ille confidens, tumidúsque Nabuchodonozorus, cùm mortalium fœtum negligens, deorum partum sibi arrogaret, dicerétque in corde suo nullum Deum esse præter se. Vnde & in studiis suis corruptus, & abominabilis factus est. Euangelicus itidem ille Pharisæus, nunquam se tam effrænata iactâsset confidentia, tantáque insolentia intumuisset, vt modestum Publicanum, ac reliquos omnes præ se vno aspernaretur, nisi hac tentatus miseria, sibi plus æquo placuisset. Et tu, ô sordida rerum opulentia fastuose dives, præfracta mollitie, perditóque luxu, ac putido inquinamento carnis prorsus diffluens, qui quotidie bisso amiciebaris cincinatus & purpura: quid, quæso, temorti æternæ deuouit, nisi fulgor tuæ fortunæ & insolentia? quibus vtique inflatus, Deum hominésque aspernabaris, nec mica quidem panis vlceribus ac pauperie affectum Lazarum dignatus?

Nabuchodonozor, Babyloniorũ rex. Dan. 4. Psal. 13. Pharisæi. Luc. 18.

Diues luxuriosus. Luc. 16.

Extant & alia innumera paradigmatum genera sacris voluminibus contenta, quibus facillimè quisque dignoscere possit, si ea sagaci mente diducat, nihil aliâs in vitam mortalium subripuisse, quod hinc non sit obortum, ac modò in hanc nostram tempestatem non defluat,

Quare populus Iudaicus toties in captiuitatẽ abductus.

Quandoquidem vnde, quęso, putas effectum, populus ille Israëlitic⁹ (vt illuc denuo nostra reflectat oratio, vnde digressa est) hostium tot subita insperatáque irruptione, captiuitatis collum subduxit: tot regum, tot tyrannorum, peregrinarum nationũ armis deuictus, atque tusus? Toties eorum ager subrutus, ac labefac tus? Toties vrbs sancta Ierusalem depopula Toties illius augustissimũ, totóque orbe celeb rimum templum euersum, solo adæquatũ, ac p lutum? Nónne hinc ideo quòd arrogantia illa, litáque sui admiratione, & applausu detenti, uina edicta paruipenderent? Vnde & à Samue

1. Reg. 12. de eis tale fertur elogium. Propterea quòd n audierunt vocem Domini, sed exasperauer sermones ęius: ideo fuit manus Domini sup

Psal. 77. eos, & super patres eorum. Et in psalmis: Gen tio praua & exasperans semper fuit genera quæ non direxit cor suum, nec fuit fidelis cu Deo spiritus eius. Non custodierunt testamen Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Ideo eos iratus est Dominus & spreuit eos, & mor nihilũ redegit Israel. Et repulit tabernaculũ Sa tabernaculum suum in quo habitauit inter ho nes. Et tradidit in captiuitatẽ virtutẽ suã, & gl riam suã in manu tribulantis: conclusitque in gl

Isa. 63. dio populum suum, & hæreditatem suam co tempsit. Clamat item ad hæc Isaias: In dilectio sua, inquit, & in indulgentia sua, ipse rede eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis die bus seculi. Ipsi autem ad iracundiam prouoc

uerunt, & afflixerunt ſpiritum ſancti eius: propterea conuerſus eſt eis in inimicum, & ipſe debellauit eos. Et rurſus: Abiecerunt legem Domini: ideo iratus eſt furor eius in populum ſuum, & percuſsit eum. Ecquem, inquies, populum, & ob quam legem? Probè: eſt enim in his paulò fuſius expatiandum, quò noſtræ intētionis ſcopum attingamus & facilius, & apertius. Quæris quem populum? Populum ſanè, quo nil Deo ipſi peculiarius, nihil precioſius, nihil coniunctius, nihil charius. Adeò vt ſuam virtutem, ſuam gloriam, ſuam hæreditatem pleriſque in locis diuinæ ſcripturæ eum appellet, manúmque illius ab Iſaia apprehendiſſe dicatur: & à Moſe in eius encomion hæc feratur oratio: Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Dominus Deus noſter adeſt nobis. Et rurſum: Quia (inquit ille) populus ſanctus es Domino Deo tuo, te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris, præ cunctis nationibus quæ ſunt ſuper terram. Atqui nihilominus tam charus, tamque peculiari ratione delectus, & modis omnibus celebrandus populus, penes quem alioqui ſolus Deus erat notus, & præclarum nomē eius inuocatum, cognitum, & exaltatum, tam acrem Dei ſui expertus eſt vindictam, tot plagis attritus eſt, exilij ſcallorē toties perpeſſus, tot tyrānorū intoleranda penè ſæuitia & crudelitate cōtuſus, tot deniq; execrationibus à Moſe in Deuteronomio recenſitis obnoxius factus: vt nemo futurus ſit poſt Bibliorū codicis lectionē, cuius mēs

Iſa. 5.

Populus Iudaici præcellentia.

Iſa. 41. 42. Deut. 4.

Ibidē 7.

Pſal. 75.

Deut. 28.

Gala. 3.

inde nõ expaueſcat, atque horrore quodã tene-
tur. At cuius rei gratia? Cuius putares, niſi ob leg-
tranſgreſsionẽ, contẽptũ, & incuriã: ſui porrò n-
miã elationem, & philautiã? Cui⁹ verò legis? E-
profectò, que tametſi, autore Paulo, foret ſanc-
& mandatum ſanctum, iuſtũ, & bonum, ſi quis
legitimè vteretur: nõ poſſet nihilominus ſe obl-
uantem beatiorem reddere, aut ad perfectum
ducere: quippe quæ peccata adimere non vale-
nil aut quàm minimũ iuſtitiæ, & immortalita-
in ſe cõplecteretur. Sed quæ futurorũ bonorũ
bis à Chriſto cõferẽdorũ, ſola vmbra exiſtẽs, in-
munẽ interim atq; ſecurũ à ſupplicio ſibi obtẽp-
rantẽ aſſereret. Verũtamen quis dignè retule-
quãta illi ob huius legis negligentiã & contẽp-
ſui autem extollentiã, ludibria, verbera, vinc-
& carceres experti ſunt? Quoties afflicti, & a-
guſtiati? Nunc in vaſta heremo, extremóque
inhabitabili incultiorum locorum receſſu, in D-
ipſum ob murmurantes, mox vt menſam omn-
laboris expertẽ eis parâſſet, hoc eſt, mannę alim-
nia ſaporem ſui pro veſcentiũ deſiderio affa-
miniſtrãte pauiſſet, eo cibo ſuffocati, moribun-
aceruatim proſternũtur. Nũc beſtiarũ dilania-
ne, diróq; ignitorũ colubrorũ morſu attacti, e-
terminãtur. Nunc Amalechitarũ, Hethęorũ, Ge-
gezæorũ, Amorrhæorũ, Chananęorũ, Pherezę-
rum, Heuęorum, Iebuſæorum denique diris m-
cronibus cõcidunt, & dira morte perfunguntu-
Et (vt ſummatim dicam) quadraginta annorũ c-
riculis, multis modis Deo offenſi, acerrimas pe-

Legis Moſaicæ deſcriptio. Ro. 7. 1. Timo. 1.

Hebr. 7.

Proſternũtur in heremo, & vaſta ſolitudine, ob murmurationem in Deum. Exod. 16.

Ignitorum ſerpentum morſus. Numer. 21.

Tyranni, quibus Iſraelitæ ſeruiẽrũt.

nas exoluunt: hac tanta tẽporis intercapedine, æquo Dei iudicio perpetiẽtes, quę in diuina inſtitu ta peccârât. Quid multis moror? Tandẽ eorum liberis, & ex tam numeroſa propagine, quę ex Ægiptiaca ſeruitute demigrârat, duobus tãtùm ſuperſtitibus Caleb, & Ioſue (nam reliquorũ corpora horrida ſolitudo exceperat) in repromiſſam terrã per varios caſus, per tot diſcrimina rerũ aduectis: quis pro merito, ac ſatis dignè retulerit, quãtis illi ſubacti fuerunt pręliorũ aſſultibus? quot calamitatibus oppreſsi? quot rerũ diſpendiis afflicti in primis ſtatim ſui incolatus initiis? Modò vni, modò alteri tyranno inſeruiunt: vectigalia atque tributa perſoluunt. Imprimis ciuilium iudicium temporibus Syrorum, mox Moabitarum, pòſt Chananęorum, deinde Madianorũ, ad extremũ Philiſtęorum ditioni collum ſubmittunt. Vnius tyranni iugum excutientes, in aliud longè grauius tranſiliebant. Vna nauſea aliquantiſper leuati, in aliam protinus incidebant moleſtiam. Nulla denique lux eis ſecura fulgebat: ſed finis alterius mali, gradus erat futuri. Vno fluctu illos relinquente, alius excipiebat. Vno diſcrimine exempti, in aliud mox relabebantur. Charybdi (vt dicitur) deuitata!, in Syllam confeſtim deuoluebantur. Quoquò poſtremò circunferebãtur gentium, offendebant quod læderet: quod cum delinquentibus contereret delictũ: quod ipſorũ expũgeret ſcelus: quod denique legis prętergreſsionẽ, ſuique inuſitatam elationem, philautiã, atque Dei contemptum vlciſceretur. Quò ſic vel tandem

Caleb & Ioſue. *Num. 14.*

Iudæorum ſeruitus. *Iudic. 3.*

Eccle. 27.

Isa. 28. inundãte flagello (vt est apud Isaiam) essent quæque ei in conculcationem, ac tantisper cruciarentur, donec vexatio daret intellectum spiritui, et primerétque veri confessionem : vt quibus ratio suadere non posset, à delicto pœna reuocaret. Tollitur nanque (ait ille nunquam satis laudatus *Hieron.* Hieronimus) Dei auxilium ab iis, qui eo sunt indigni : vt quia non senserunt Deum per beneficia, sentiant per supplicia, & quorum oculos cladio atque superbia, diuinorumque edictorum incuria clauserat, aperiat supplicium. Sed &, teste *2. Mach. 6.* scriptura, multo tempore non sinere peccatores agere ex sententia, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. Non enim in suis fidelibus, sicut in aliis nationibus, Dominus patienter expectat, vt eas, cùm iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum suorum puniat, sed in eis statuit, vt peccatis illorum in finem deuolutis, tum demum illos vindicet. Ad quod sanè efficiendum accipit, autore Sapiente, armaturam zelus suus, & armat creaturam suam ad vltionem sua mandata paruipendentium. Quemadmodum apud Ieremiam scelestum illum Nabuchodonosorum, seruum suum appellat, quòd eo vellet vti in capienda de sui contemptoribus vindicta. Dehinc induit, inquit, thoracis loco iustitiam : & accipit vice galeæ iudicium certum : sumens & scutum inexpugnabile æquitatem. Acuit quoque clipeam iræ suæ ac furoris lanceam, pugnatque cum illo orbis terrarum contra huiusmodi insensatos. Contra quos & stat spiritus virtutis, vt tanquam

Multo tẽpore non permittere peccatores agere ex sententia, Dei beneficij maximũ indicium.

Zelus Domini.

Sap. 5.

Iere. 25.

turbo venti illos diuidat, & ad heremum & solitudinem perducat omnem terram iniquitatis eorum. Vides quàm graui vltione vtitur ille in impios, sua nimirum edicta per quandam animi elationem & fastum, ausos contemnere? Et quia (inquit Regius Psaltes) exacerbauerunt eloquia Dei, & consilium altissimi irritauerunt, ideo humiliatum est in laboribus cor eorum, infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret: propter iniustitias enim suas humiliati sunt, ne immeritò pœnas luisse existimes. Accedebat præterea ad suæ calamitosæ vexationis turbulentam imaginem & cumulum, vt intra regias detenti, essent perinde quasi in horrido quodam carcere intercluſi. Vnde & illud in ore sedulò habebant: Signa nostra iam non videmus, iam non est propheta, & nemo nos cognoscit amplius. Et item illud flebile: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui, Sion: sic vt in salicibus in medio eius suspenderemus organa nostra. Cumque illic nos rogarent, qui abduxissent nos, vt hymnũ illis cantaremus de canticis Sion: Quomodo (respondimus) cantabimus cãticum Domini in terra aliena? Quid nempe aliud fari, quid aliud occinere valuissent inglorij, exules patria, templo, domóque extorres? alienati patriis legibus, auulsi diuinis altaribus, sacrificiis, purificationibúsq; solemnibus? beluis potius, quàm humana ratione vtentibus traditi? nullam paternæ doctrinæ vocem, nullum propheticæ commonitionis sermonem, nulla denique sacerdotum solatia capiẽtes?

Psal. 106.

Vox exulũ, & patria carentium.

Psal. 73.

Psal. 136.

Ex quibus profectò plᵉ satis liquescit, quot calamitatibus, & tormẽtis subigi meruerũt, qui charitate contẽpta, sui porrò admiratione nimia, falsa deniq;, ac philautia ducti, legẽ ausi fuerũt prætergredi. Legẽ, inquã, illã, quæ tametsi (vt iã diximus) foret sancta, & mãdatũ sanctũ, neminẽ tamen ad obseruãtẽ iustũ efficere poterat: sed in hoc tãtùm lata per angelos in manu mediatoris, vt introductio esset melioris spei, hoc est, Christi esset figura, per quẽ proximaremus ad Deũ. Nã quũ sit ille via, veritas, & vita, nemo venire potest ad patrem nisi per eum ipsum Christũ. Erant enim legis ceremoniæ tantùm in hoc exhortatrices, vt nil elementis fideremus, sed omnia futuro Messię committeremus. Ad hoc nihilominus interim lata lex, vt cõcludens omnes sub peccati durissima fascina, tãtisper exerceret ceruicosam Iudæorũ mẽtem, & ceu carceralibus vinculis eorũ immodestiam infrænaret, astringerétque, donec veniret semẽ, quod antiquis patribus Deus repromiserat, per cuius vtique fidẽ ab ea lege, velut à plagiario quopiam & rigido pædagogo, liberandi erant. In hoc nimirũ vsus præcellentis medici solertia, qui impẽsius desiderans curatũ iri apoplexi, aut phrenesi laborãtẽ ægrotum quẽpiam, iubet famulum infirmi velociter domũ petere, omnes obiter cõmonefacturũ, vt mox vẽturo peritissimo medico omnia cõcinnè præparẽt, ædes verrant accuratissimè, sedulò deniq; curent vniuersa, quæ curanda sunt, ne quid tandẽ offendat ille, quod suis oculis nauseam & tædium possit parere. Tum ille

Rom. 7. 3.
Lex vetus, ad quid lata.
Hebr. 7.
Ioan. 14.
Gala. 3.
A medico peritissimo.

phreneticũ retiaculis alligat: quò sic ligatus medico tandẽ exhibeatur, ad postremũ curetur. Quod & sub typo Iosephi patriarchæ, prophetæ Elysei, Giezíq; serui suĩ, & itẽ probaticæ prisciną, quinq; porticus habẽtis, significatũ est. Missa nanque est lex Mosaica quinq; libris cõtenta, velut seruus aliquis cum baculo, quo percuterẽtur, qui eam neglexissent. Illa omnes moueret: præceptis ceu loris quibusdã phreneticum hominẽ astringeret: & quẽ, si curationi ac medelæ reluctaretur, diris plagis ac verberibus medico parere cogeret. Sed cũ ipsius legis violentiã iamdiu perpessus, eius oneri succũbere cœpisset, cœpit vicissim ille de his quibus reuinctus erat durissimis ligaminibus lachrimabundè cõqueri, indéq; de medico, quòd tandiu ęgrotũ accedere differret, expostulare: sicq; acrius eius implorare auxiliũ. Facit nẽpe morbi grauitas, inquit Marcus Tullius, vt medicinæ egeamus: eáque tandem appareat, cuius vim nõ sentiebamus, quũ valebamus. Quũ itaq; illũ eiulantẽ, atque suã tã miserè deplorantem fortunã plus satis audîsset verus ille medicus, tantorum miseratus laborum accessit tandem, quò ægri liuientes plagas, misericordiæ & exultationis oleo cõfoueret. Et clamauerunt ad Dominũ (inquit Psaltes) cũ tribularẽtur, & de necessitatibus eorũ liberauit eos. Misit nanq; verbũ suũ, & sanauit eos, atq; eripuit de interitionibus eorũ. Et rursus, sed typicè: Misit ante eos virũ: in seruũ venũdatus est Ioseph: humiliauerũt in cõpedibus pedes eius, & in ferro periclitata est anima eius, donec veniret verbũ ei°. Elo-

Gene. 37. & 39. 4. Reg. 4. Ioan. 5.

Perelegãs, ac venusta allusio legis hominis ad medicum.

Plaga & vulnus, lex Mosaica.

Psal. 106.

quium nanque Domini inflammauit eum: rex, & soluit eum: princeps populorum, & fit eum. Constituit eum Dominum domus & principem omnis possessionis suæ: vt erud principes eius sicut semetipsum, & senes prudentiam doceret. Soluitur itaque phren cus, & medico exhibetur. Qui eius retiacula minuens, quibus erat obstrictus, adhibitisque gmentis & vnctionibus suauitatis tumẽti ri, conualescit æger: retenta nihilominus ris cicatrice, in argumentum fidei. Quam p si refricare iterum pruriente vlcere cont ret, vel ea re, ceu ingratitudinis cuiusdam sym lo, tam facili tamque commendabili medic dignãs deferre honorem debitum (qui nimi reste Sapiente, honorari desiderat in mirabil suis, in quibus vtique mitigat omnem dolor multò grauioribus plagis afficeretur, acerb pœna mulctaretur, duriore deniq; iugo astri retur, quàm ante hac. His enim nos eripuit culis (inquit Chrysostomus) verùm non ide malum faciamus. Si enim mortui sumus pec to, quomodo adhuc viuemus in illo? Quid er Peccabimus, quia non sumus sub lege? Absit circo te illis eripuit, vt non ad eam ignomin redeas. Quippe & medici febre laborantes incendio liberant, non vt sanitate abutantur malum atque perniciem suam. Nam præst morbo consenescere, quàm ea ratione sanu fieri, vt in lectum deterius decidat: sed vt disc tes infirmitatis incommoda & mala, non iam

Cicatrix vulneris, lex Euangelica.

Ecc. 38.

Chrysostomus.

eade

eadem incidãt, vt ſanitatem charius amplexi, omnia gerant, quæ ad eam conferre poſsint.

Sicut legis tralatio ſit, ita debet fieri & morum.

Quum itaque hæc ita habeant, oportet vt nos quoque perſpicacius eis attendamus, nequando pereffluamus: vt quemadmodũ legis tralatio fit, fiat itidem & morum: ne videlicet ſit in vllo noſtrûm cor adeò prauum, adeò obnoxiũ peruicaciæ ac rebellioni, vt deſciſcens à Deo viuente, ſeductione peccati obduretur, ſicque tandem in illam prophetæ ſententiam incurrat, qua dicitur: Quorum cor (inquit Ezechiel) poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, horum viam in capite ſuo ponam, dicit Dominus Deus. Etenim, diuo Paulo teſte, ſi volẽtes & vltronei peccemus poſt acceptam cognitionem veritatis, non vltra pro peccatis reliqua eſt hoſtia: hoc eſt, crux ſecunda, hoſtiam quippe hanc vocat (vna nanque hoſtia perfecit in perpetuum eos qui ſanctificantur, non ſicut Iudaica) ſed formidabilis quædam expectatio iudicij, & ignis vehementia, qui deuoraturus eſt aduerſarios. Non quidem illic infideles tantùm intelligens, ſed & fideles ac domeſticos etiam, contraria virtuti agentes. Nam quemadmodum arbores (inquit Chryſoſtomus) quæ benè plantatæ ſunt, & reliquam habuerint diligentiam, agricolarum adhibitam manibus atque laboribus, ſi nullam referant laborum viciſsitudinem, radicitus euulſæ, igni traduntur: ſic tale quiddam & in cauſſa contigit baptiſinatis. Cùm enim nos Chriſtus plantauerit, & irrigatione ſpirituali potiti fuerimus: ſi deinde nullũ

Hebr. 2. 7.

Ezech. 11.

Hebr. 10.

Chryſoſtomus.

Antiquæ legis vigor & duritas.

fructum afferamus, ignis nos expectabit gehen-
næ, & flãma inextinguibilis. Quid enim? Si q
legem Mosi seruituti porrò ac maledictioni s
noxiam aspernatur: sed & illius grauissimo ac
nè insustẽtabili succumbens oneri, à suis præ-
ptis ne vel digitum quidem transuersum (q
aiunt) audet discedere, alioqui sub duorũ trium
testimonio absque vlla misericordia morit
quo rogo supplicio, quo mortis genere, qua
henna, hunc afficiendum dixeris, qui libertat
gem (nimirum qua ab ea soluitur, quæ pœna
inuectix, & mortis ministra) quodam fastu &
rogantia contemnere, atque ideo transgredi
deformidat? Si lex, inquã, illa, lapideis tabulis
formata atque inferruminata (hac re porrò
minimum terroris ac minarũ sibi seruientibus
spirans) hodie lata, cras antiquanda, tanta digna
tis gloria enituit, vt nõ possent Israëlitę oculo
faciem Mosi illius latoris & ministri intend
propter gloriã vultus eius, quę aboletur & fu
accipit: quanta (putas) excellẽtia, dignitate, &
ria effulgere habet, illa spiritus vitæ, libertat
iustitiæ largitrix Euãgelij administratio, nulla
quã abroganda temporis intercapedine? Na
ministratio dãnationis, nempe peccatum no
gnẽs, sed ostendẽs, arguẽs, ac puniens, fuit in
ria: multò magis excellit administratio iustit
gloria, qua vtique peccatores hoc in seculo
solùm nõ puniũtur, verũ etiã iustireddunturs

Lex Mosaica mortis ministra.

2. Cor. 3.

Exod. 34.

Mat. 11.

modò haud grauatim illius iugo alioqui ama
suaui, atque leui collum summittant. Aliás, q

Isaia, velut scelesti & peccatores conterendi: quia qui deleriquerint Dominum, inquit, cõsumentur. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerũt. Et iterum: Increpâsti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tui. Et rursus: Lõgè à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non custodierunt. Ideo (inquit) dilexi mãdata tua super aurum & topazion. Et propterea quòd ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquã odio habui. Etenim si quod aboletur, fuit in gloria: multò magis id quod manet, est in gloria. Illud enim cessauit, hoc manet iugiter: iuxta illud eiusdem Christi apud Lucam: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Isa. 1.
Psal. 118.
Luc. 21.

Quanta ergo existimas in eos habenda supplicia, qui quodam fastu & arrogãtia illam transgredi non verentur? Potrò si vmbram tanti fecit ille, quanti (putas) lucem ac veritatem faciat? Si tãti vitrum (vt est in prouerbio) quanti margaritã? Si promissionem percipiendæ aliquãdo supernæ hæreditatis interuentu fidei (citra quam alioqui impossibile est Deo placere) quanti ducat rem ipsam, per quam exhibetur illa, & percipitur? Si seueriorem pædagogum fidei adhuc paruulis indéque adhuc lacte non solido cibo opus habentibus, destinatũ, quo prona in vitia corda tenerẽtur, dum Iudæorũ velut teneræ cuiusdã infantiæ ætas metu pœnę coërcita ad maiores capessẽdas disciplinas instituitur: quãtò magis illã legẽ, velut filiũ quẽpiã nullo amplius ductore indigũ, sed ad optatũ tẽp⁹ legitimę hęreditatis adeũdę, redactũ miretur?

A minori argumẽtũ.
Hebr. 10.
Gala. 3.
Hebr. 11.
Hebr. 5.
Gala. 4.

Si eam,quę iram operatur,tanti duxit:quid illa
per quam omnis gratiæ exuberantia promana
ac defluit ? Si illam, quæ velut ſub tutoribus &
ctoribus Iudæorum,pueritiam aliquandiu co
nuit tanti exiſtimauit : quantùm (putas) eſt il
reueriturus , per quam ætatis legitimum tem
ineuntes , nunc veri perfectíque filij Dei no
1. Ioan. 3. namur & ſumus, qui quondam filij iræ & pe
Epheſ. 2. ti ? Si tanti illam, à cuius literis, columnis, &
Lex Moſaica, nihil aliud quàm litera. graphis (nihil enim, teſte Chryſoſtomo, alia
rat lex Moſaica , quàm litera, vel ſyngrapha
hil opis ad ſubleuandos eos qui periclitaba
proſiliebat, ſpirabátque : ſed è regione qua
lùm mortem adferebant his,qui eas tranſgre
bantur,tanti exiſtimauit:quantum(putas)eſt
Rom. 1. ſtimaturus eam virtutem , per quam ſalus ob
nit omni credenti ? Si illam tanti fecit , per q
terrena tantùm promittebantur:multò magi
illam facturus, per quam tantùm cœleſtia. Si
natricem, longè amplius conſeruatricem. Si
nera prodentem,multò magis medentem.Si
gores oſtẽdentem,verius auferentem.Si deni
Gala. 4. elementa huius mundi : eam multò magis, q
Colo. 2. omnibus ex æquo expoſuit, retectóq; adum
2. Cor. 3. tæ faciei velamine, ceu in ſpeculo contem
dam veritatem præbuit: quò vel tandem ad
dem imaginem cum ipſo transformemur à gl
in gloriã,à claritate in claritatẽ,perinde quaſi
ritu Domini præuio ducti. Vt ſicut portauim
imaginẽ terreni hominis, portemus imaginẽ
leſtis: & qualis cœleſtis,tales fiant & cœleſtes

clinaui cor meum (inquit ille) ad faciendas iustificationes tuas, propter retributionem. Vniuersæ siquidē viæ Domini, misericordia & veritas, requirentibus testamētum eius, & testimonia eius. Misericordia enim Domini ab æterno, & vsque in æternū super timentes eum: & iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentū eius, & memores sunt mandatorū ipsius, ad faciendū ea. At si illi (inquit) dereliquerint legē meā, & in iudiciis meis nō ambulauerint: si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorū. Etenim multa flagella (ait alibi) peccatoris: sperantes autē in Domino misericordia circūdabit. Videamus ergo ne arrogātia quadam ducti, recusemus hac immaculata lege eum loquentem: qua nimirum non accedimus more Iudæorum ad tractabilem illum montē, & accessibilem ignē, & turbinē, & caliginem, & procellā, & tubæ sonū, & vocē verborū, tā vtiq; formidabilē, vt qui eā audiebāt exterrerētur & obstupescerēt. Sed ea optima duce accedamus ad montē, & ciuitatē Dei viuētis, Hierusalē cœlestē, & multorū miliū angelorū frequētiā, & Ecclesiā primitiuorū, qui cōscripti sunt in cœlis, & iudicē omniū Deū, & spiritus iustorū perfectorū, & testamenti noui mediatorē Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquētē quàm Abel. Propter quod remissas manus & soluta genua erigamus oportet, & gressus rectos faciam⁹ pedibus nostris, vt nō claudicās quis nostrū illinc aberret: magis autē sanē-

Psal. 118. *Psal. 24.* *Psal. 88.* *Psal. 31.* *Hebr. 12.* *Psal. 102.* *Exod. 19. & 20.* *Hebr. 12.*

tur, accedatq; cum tã veraci corde in certitud
fidei, vt cor aſperſum habẽs à cõſciẽtia mala, &
uatũ corpus aqua mũda, retineat confeſsionẽ
nõ vacillãtẽ. Nã ſi illi nõ effugerũt, recuſantes
qui ſuper terrã loquebatur: multò minus nos
giemus, ſi illũ, qui de cœlis nobis loquitur, aue
mus, auerſemurq;. Quia quemadmodũ terra
venientẽ ſuper ſe bibẽs imbrẽ, & germinãs
oportunã illis à quib⁹ colitur, accipit à Deo
dictionẽ: ita ſpinas & tribulos proferens
fit, & maledicto proxima: nimirũ cuius exitus
tendit, vt exuratur. Porrò ſi is qui per angelos
ctus eſt ſermo, fuit firmus, & omnis trãſgreſ
inobediẽtia iuſtam præmij repẽſationem
quonã pacto effugiemus, ſi tantam neglexer
ſalutem, quantã ſua lege nobis exhibuit Chri

A terra ſpiente & irrigua. Hebr. 6.

Ibid. 2.

Lex Euangelica, quæ & charitatis, primũ à Chriſto, deinde ab apoſtolis euulgari cœpta. Mar. 1.

Quæ profectò ſalus quũ initiũ accepiſſet
rari per eum ipſum Chriſtum in hęc verba. Q
niã impletũ eſt tempus, & appropinquauit
Dei, pœnitemini, & credite Euangelio: ab
qui audierant (ne qua pars in ea deſideraret
nos quoq; confirmata eſt, cõteſtãte Deo &
& prodigiis ſimul, variiſque virtutib⁹, ac ſpir
ſancti diſtributionibus, iuxta ipſius voluntat
deamus ergo quonã pacto illa ab eo, qui pro
bis mortuus eſt & reſurrexit, euulgari occ
Quáque ratione eã ſtrictim ac ſub cõpendio
prehẽdens, vẽturis æquè ac præſentibus ind
minatim obſeruandã ille demãdauerit: ne qu
dẽ de prætẽta illã negligẽti vindicta cõqueri
poſſet, ſi faſtu quodã, arrogãtíque, ac turgido

mo velut priorē paruipenderet: sed cum Daniele propheta publica voce fateri: Omnia quæ nobis immittis, Domine, recto facis iudicio, quia peccauimus, legi tuæ nō obaudientes. Tū deniq; vt seruus Domini sui volūtatē agnoscēs, si nō iuxta illā faciat, se dignis plagis vapulare, cū afficitur, certò teneat. Itaque quum legisperitus quispiā (vt est apud Matthæū) secta Pharisæus, assectatorum vice Christum tētaturus in medium prosiliisset, primo quidē aggressu quā generosè scisscitatus est, quod maius perfectiúsque mādatum lege contentū esset. Tum perpendens Christus, quātum à veritatis tramite aberrarēt illi, qui eius doctores dici ac haberi vellent, roganti respondit illud fore maximum quod in Deuteron. legitur in hæc verba: Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mēte tua. Hoc est, inquit, primum, & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Portò in his duobus mādatis omnia legis decreta summatim comprehenduntur, cuncta denique prophetarum oracula pendent. Vbi quidem accuratè aduertendum venit, eum non simpliciter dixisse in his duobus mandatis legem impleri, sed summatim perstringi & instaurari, hoc est, compendiosè, concisè, ac breuiter vniuersum præceptorum opus ad vnum dilectionis præceptum redigi, in eóque cōprehendi, & perfici. Clarum quippe est ac manifestum, proximi dilectione (quę omnem auertit lædendi proximi voluntatem) legem impleri,

Dan. 9.

Luc. 12.

Pharisæus scisscitatur Christum de legis summo mādato.

Matt. 22.

Deut. 6.

Scopus ac finis legis, & prophetarum.

Nam qui proximum diligit, neque adulterat neque mœchatur, neque furatur, neque in alt falsum testimoniũ dicit, neque huiusmodi q quam aduersus proximum operatur: imo pro omnibus quibus potest, & bonis & malis. Et que virtutis omnis principium ac finis: hanc bens radicem, hanc materiam, hunc verticem mirum ex vno latere, abstinẽtiam à malo: et

Psal. 33. bonorum efficacem operationẽ. Diuerte, in ille, à malo & fac bonum, inquire pacem & sequere eam. Consummatio itaque legis, est dilectio, non solùm faciendorum nobis doctri breuiter inducens, sed & ipsorum exhibitio

Chrysost. facilẽ faciẽs. Non enim solùm hoc (inquit Chr sostomus) studiosè satagimus quomodo que stare debem⁹, addiscamus, id quod legis est op sed & vt illa præstemus, etiam multam nobis affert dilectio: non aliquam tantummodo ma datorum partem, sed omnem in nobis virtu perficiens. Vbi quidem non simplicem dilec nem requirit, verùmetiam vehementem. N enim simpliciter dicit, Diliges proximum tu sed addit, Sicut te ipsum. Quò fit quidẽ vt Ch stus dixerit legem ac prophetas ab hac dilectio pendere. Ad quod sanè refertur & spectat q alibi dicit se nõ venisse vt legẽ & ꝓphetas so ret, sed vt adimpleret. Quid est, Adimpleret ficeret, consummaret, & velut sub compendi epilogum redigeret. Exiguâ quidem illam verb rũ serie, & contextu efficiẽs: sed vis & efficac maximè: plus vtiq; in reteſſu habentem, qua

Mat. 5. Lex Euãgelica, quæ & charitatis, quã efficax.

fronte promitteret. Pauciſsimis deniq; verbis cõſtrictam, ſed ſententiarũ pondere efficacẽ: vt quæ in minutulis ſyllabarũ caracteribus, tot prophetarum, tórque legalium decretorũ maieſtatem cõprehenderet. Deus etenim eſt huiuſmodi naturę, vt rariſsimè loquatur, ídque adhuc maximo cum cõpendio: loquatur prętereà veraciſsima, ſimul & efficaciſsima. Vnde in Euangelio apud Iudæos cõ queritur, q̃ ſermonem ſuum non caperẽt. At quo (putas) obſtaculo, niſi cõpendij ac breuitatis? Etenim, teſte Iob, Deus ſemel loquitur, & ſecundo idipſum non repetit. Semel loquutus eſt pater, & ſermonẽ, quem non in vtero, ſed mente cõcepęrat, inexcogitabili quadam maieſtatis ſuæ virtute progenuit ſibi coęternũ ac conſubſtantialẽ. Rurſus loquutus eſt, ac omnipotenti verbo condidit vniuerſalem hãc mundi machinam. Iterum olim multiphariam multíſque modis (vt Paulus eſt autor) loquut⁹ eſt patribus per prophetas, per quos patefecit nobis ac tradidit ſacra volumina, ſub ſimplicibus verbis, immẽſum diuę ſapientię theſaurum occultantia. Nouiſsimis verò his temporibus, miſſo filio facto ex muliere, facto ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, indéq; filiorũ adoptionẽ, hoc eſt, cœlit⁹ nobis adiudicatã Abrahæ promiſſam hæreditatẽ reciperemus, protulit ſermonem abbreuiatum ſuper terrã inundãtem iuſtitiã, vt eſt apud Iſaiã. In vno velut epilogo cũcta contrahẽs, vt per eum ipſe ad nos loqueretur, illéque diuinam vocẽ ac imperueſtigabilẽ ipſius voluntatẽ nobis reuelaret: iuxta illud Ioãnis te-

Ioan. 8.

Iob 33.

Quomodo Deus loqui dicatur.

Hebr. 1.

Gala. 4.

Iſa. 10.

Ioan. 1. stimoniũ : Vnigenitus filius qui est in sinu pa
Ibidẽ 10. ipse enarrauit. Hæc est, inquit ille, voluntas
qui misit me patris, vt omnis qui videt filium
credit in eum, habeat vitam æternam. Atqui
credere nihil aliud esse putaueris, quàm eius p
1. Ioan. 3. cepta seruare, eúmque diligere. Hoc est (in
Ioannes) mandatum eius, vt credamus in no
ne filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutr
sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat m
data eius, in illo manet, & ipse in eo. Vbi quid
Summa legis Christianæ. legis Christianæ summam in duo capita coll
in fidem qua agimus cum Deo: & charitat
qua inseruimus proximo. Omnis, inquit, qui n
est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fr
suum: quoniam hæc est annunciatio, quam au
Ioan. 15. stis ab initio, vt diligatis alterutrum. Hinc il
Hoc est præceptum meum, vt vos diligatis in
cem, sicut dilexi vos. Vos amici mei estis, si fec
tis quæ ego præcipio vobis. Maiorem autem
dilectionem nemo habet, vt quis animam su
ponat pro amicis suis, Cui succinit & item d
Charitas Dei erga nos. Ioannes primæ Canonicæ capite tertio. In h
inquit, cognoscimus charitatem Dei erga n
quoniam ille animam suã pro nobis posuit. Q
vtique exemplo doceremur debere & nos p
fratribus animas ponere. Vbi quidem ne h
tam admirabilis beneficentiæ nobis à Deo ex
bitę immemores essemus, hortamur vt vicem
pẽdamus. Natura quippe comparatum est, vt
cissim diligamus, qui nobis beneficium impen
erunt. Atqui pater ille cœlestis nos sua imm

ineffabili gratia dignatus, dedit nobis filium suũ factum hominem: cuius erga nos tanta est munificentia, támque singularis bonitas & commendatio, vt eius beneficio nominemur, hoc est, simꝰ filij Dei. Quòd si filij eius: ergo ipse nobis pater est, nósq; illius hęredes & cohęredes Iesu Christi. Dare porrò charitatem, est beneficentiã exhibere, & dilectionem re quapiam admirabili cõmendare. Præclarum est illud opus, in quo commendat ille suam misericordiam, quando nos miseros & maledictos, suos designat & adoptat in filios, hoc est, iure illo & priuilegio, quo gaudent filij, nos impertit. Etenim filij irę nascimur, at per gratiam in locum & dignitatem filiorum asciscimur. In quo rursus est obseruandum, illum silentij fidem cum breuiloquentia coniunxisse, cum vtroque verò summam & efficacem veritatem. Vbi verò silentij fides, in quo alioqui cũ spe coniuncta affirmabat quõdam Isaias fortitudinẽ nostrã futuram? In eo sanè, q; cùm mortui essemus in delictis & pręputio carnis nostræ, nos cõuiuificauit cũ illo, donans nobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat cõtrariũ nobis, quo nimirũ se suósq; posteros esu ligni vetiti Adã reddiderat obnoxios. Et ipsũ tulit de medio, non solùm illud dispungẽs, delẽs, & obliterãs: sed ne quoquomodo superessent veteris obligationis vestigia, vnde renasci posset actio, omnino discidẽs & lacerãs: affigẽdo vtiq; illud cruci in morẽ trophei alicuius colũnæ, aut arcus, in quibꝰ quõdã res gestę in hostes à victoribꝰ

Charitatẽ dare, quid.

Isa. 30.

Fides silẽtij diuini.

Colo. 2.

depingi inscribíque demandabãtur. Indéque e
polians principatus & potestates, traduxit co
denter palam, id est, potestatem tenebrarum e
fudit, & spectantibus vniuersis per cõtumel
ostẽtauit: triumphãs illos in semetipso. Ita vt
la iam fiat mentio præteritorum criminum:
mortificati legi per corp⁹ Christi, id est, per m
tem & crucem, quam Christus suo corpore p
tulit, pro nobis legi satisfaciens, auferénsque c
demnationem, & æternam mortem: simus
rius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructifice
Deo, non solùm quidem piam sanctámque
agẽtes, sed ea ipsa vita sancta velut fœcundati
ritu Christi, alios Domino parturientes, perfic
téque. Cùm enim essemus in carne, hoc est,
remur carnis impetu, solis vtique naturæ dot
prædíti, & secundum carnis genium viuentes
siones peccatorum, morbi videlicet, ac cupid
tes, siue affect⁹, siue perturbationes relictæ e
primigenia veteris Adæ noxa, quę per legẽ e
eius inhibitione peccandi libidinem & excitã
& acrius ad id irritantes, operabãtur in mem
nostris, id est, in nobis ipsis vim habebant, ad fr
ctificandum morti, hoc est, ad fructus in mort
colligendos. Nunc autẽ soluti sumus à lege m
tis, in qua detinebamur carnali quodam vinc
obłęsæ naturæ obstricti nos in peccatũ illicien
ita vt seruiamus in nouitate spiritus, legis vide
cet gratiæ & spiritualis, & non in vetustate lite
hoc est, legis veteris & carnalis. Vbi breuiloqu
tia? Dum (vt iam diximus) legem & prophe

Ro. 7. Mortificari legi per corpus Christi.

Esse in carne quid.

Dei breuiloquentia.

duobus verbis complexus est, Confide, & ama Abolita nempe est, ac prorsum abrasa figurarum ceremoniarúmque infinita illa (vt ita dicam) loquacitas, posteaquã emicuit ipsum corpus & lux Euangelica: fulcita quidem illa tribus insignibus candelabris, fide, spe, & charitate. Manent, inquit Apostolus, tria hæc, fides, spes charitas: maior autem his est charitas. Est porrò fides, finitore Chrysostomo, origo iustitie, sanctitatis caput, deuotionis principium, religionis fundamentum. Nullus vnquam sine hac Dominum promeruit, nullꝰ sine hac fastigium sublimitatis ascendit. Est enim fides inuocãs ac pura credulitas, qua ad Deũ accedimus, qua præceptis insistimus, qua expiata mente Dominum veneramur. Hæc excludit dubia, tenet certa, promissa consignat. Hanc qui tenet, fœlix est: qui deseruerit, miser. Hæc in Ecclesia signa ostendit, virtutes exercet, charismata cõplet. Per illam, venimus ad Christum: per illam, pergimus ad Deum: per illam, properamus ad cœlum. Spes verò, est futuræ pollicitationis religiosus assensus, promissæ gloriæ deuota intentio, sanctorum destinata sublimitas, bonorum expectatio futurorum. Spes est, inquã, cognitio fidei, credulitatis propinquitas, destinatum præmiorũ tempus, futura expectatio meritorũ. Quæ duo, id est, fides & spes, ita certè sibi mutua vice coniuncta sunt, vt altera sine altera stare nõ possit. Quicquid enim fides credendo acquirit, hoc spes sustinendo prẽsumit: dicente propheta: Et si tardauerit, sustine eum: quoniam veniens aderit, & non

1. Cor. 13.

Fides quid.

Spes quid.

Abac. 2.

tardabit. Fides gloriam inchoat, ſpes ſuſtinet, charitas conſummat. Illa fundamentum ponit, hæc ipſum hominem conſtruit. Illa dat principiũ, hæc Chriſtianum perducit ad ſummum. Illa initia credentis aggreditur, hæc conſummationem virtutis meditatur. Illa quod promittitur credit, hęc quod ſperat iam cernit. Videmus nũc, inquit Apoſtolus, per ſpeculũ, & in ęnigmate: tunc autẽ facie ad faciem. Nunc autem cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Nec enim quiſquam poterit fidei fructum percipere, niſi ſpei gloriam voluerit conſummare. Vt enim ſine fide ſpes non habet firmitatem: ita ſine ſpe fides non poteſt habere mercedem. Atqui verò fides eſt religionis fundamentum, & ſpes conſummatio, & perficit ędificium, quomodo Apoſtolus dicit charitatem eſſe maiorem, quę ſine fide & ſpe non poteſt habere firmitatem? Denique tolle fidem, & ſpes vbi conſtruitur? Adime ſpem, & vbi charitas ſublimatur? Illa enim poterunt eſſe maiora ſine quibus eſſe alia non poſſunt. Igitur ſi rem eſt, cur charitati, & nõ magis fidei Apoſtolus tribuit principatum? Sed vt quæſtio iam dirimatur, & quod obſcurum eſt pateat, fides eſt, qua futura credimus: ſpes, qua ventura pręſumimus: charitas qua & Deum diligimus, & proximos honoramus. Siue enim, inquit Apoſtolus, prophetiæ euacuabũtur, ſiue linguæ ceſſabũt, ſiue ſciẽtia deſtruetur, ex parte enim ſcimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Ceſſat enim fides, vt

1. Cor. 13.

Quare Paulus charitatẽ fide, et ſpe excellentiorem dicit.

1. Cor. 13.

quod creditũ est, venerit: cessat & spes, vbi quod sperabatur, affuerit. Tunc enim iam quod credebatur, non est: quia quod creditur, adest. Tunc quod speratur, cessat: quia quod speratum est, præsens est. Sola charitas æterna est: quia cum Deo in sanctis est: & ideo maior est. Inchoatur in mũdo, perficitur in cœlo: quęritur in seculo, inuenitur in regno. Hîc enim nec fides cœpta perficitur, nec spes proposita consummatur. Esse enim fidelem, charitatis est bonum: sperare quod promissum est, amare est Christum. Charitas est enim, quæ & fidem adiuuat, & spem sibi sociat, & vtramque secum Deo muneranti assignat. Sola est, inquam, quæ & fidem excitat, & spem longanimem reddit, & vtrique semet sociam exhibet & magistram. Hactenus Chrysostomus. Vbi iam veritas consistit? In eo sanè, quòd quicquid tot seculis fuerat promissum, omnipotens ille rerum conditor, benignus & misericors præstitit: iuxta illud Psalmographi: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: Iustitia & pax osculatæ sunt. Etenim quod lex præstare non poterat, in quo infirmabatur per carnem, imbecillis nimirum ac inualida, parumque efficax ad tollendum peccatũ, Deus præstitit, sarciit, & impleuit, dum misit filium suum in similitudinem carnis, id est, verè carnem factum: & de peccato damnauit peccatum in carne, hoc est, per mortẽ filij sui cõdẽnauit aboleuitque peccatũ, per hostiã videlicet carnis suę, quã obtulit pro peccato: vt iustificatio legis impleretur in nobis, q̃ nõ secũ

Sola charitas æternitas.

Dei veritas.

Psal. 84. Ro. 8.

dũ carnem ambulamus, ſed ſecũdum ſpiritum
ſiquidem quæ in lege, iuxta ſpiritũ intellecta
miſſa erant, illa exhibita & completa ſunt à C
ſto, in his qui iam carnalia negligunt, & ſpir
ſectantur. Chriſtus namque nobis victoria
coronam impertiit: noſtra autem intereſt
retinere, quę nobis tradita ſunt, per viuam fid
& ſanctam conuerſationem. Quid nempe
quit Chryſoſtomus) iuſtificatio legis, niſi fin
gis, ſcopus, & rectitudo? Quid enim aliud illa
lebat, quid aliud inſtituebat, quàm vt ſine pec
viueretur? Hoc porrò nobis per Chriſtum
eſt paratum, & expeditum. Illius enim eſt,
peccato reſiſtimus præualemúſque: verùm
ria frui, noſtrum eſt. Illius eſt, quòd corona
ris: vt datam verò contineas, tui muneris eſt
nim quod ad legis pertinebat iuſtitiam, nimi
maledictioni non fieri obnoxium, hoc tibi C
ſtus abſoluit. Tuum verò eſt, donum tam in
non prodere, ſed perſiſtere, bonúmque hunc
ſaurum diligenter conſeruare. Non enim ſuf
nobis ad ſalutem baptiſmi lotio, niſi & poſt
vitæ quoque conuerſationem tanto dono
oſtenderimus. Oportet enim, vt poſteaq
Chriſto crediderimus, omnem operam impe
mus, totíſque viribus contendamus, vt legis
nobis iuſtitia, quam Chriſtus impleuit, ma
incorrupta. Dictũ eſt hucuſque quomodo Eu
gelica ſalus per Chriſtũ primùm euulgata ac p
pagata eſt: Nunc dicendum, qua ratione in
quoque confirmata ſit per ipſius Apoſtolos, q
vicis

Iuſtificatio legis quid.

Baptiſmi lotionem non ſuffitere, niſi Chriſto digna cõuerſationem oſtẽdamꝰ.

Quomodo lex Euangelica, A-

vicissim liquescat, quàm meritas pœnas ac calamitates sibi accersat, qui illam philautia quadam & fastu negligere, ac transgredi non veretur. Id porrò non poteris à quoquã significantius petere, quàm ab eo, quem ad id muneris obeundi, velut vas quoddam electionis selegit, Paulo. Is enim est, qui ob id ipsum sese efferens apud suum Titum, gloriabatur, quòd seruus Dei esset, & Apostolus Iesu Christi, iuxta fidem electorum, & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternę, quam promisit, qui non mẽtitur Deus, ante tempora secularia, manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione: quam sibi creditam esse astruit, secundũ præceptum saluatoris nostri Dei. Vnde Romanis scribens, eam salutem eodẽ ferè pacto, quo Christus, expressit, in hæc verba: Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod aliud est mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Dilectio nẽ pe proximi, nulium malum operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. Et rursus ad Galatas quinto: Vos, inquit, in libertatem vocati estis, fratres, ne libertatem in occasionem detis carnis: sed per charitatem spiritus, seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod perinde est ac si diceret: Liberauit vos Christus a iugo seruitutis, libe-

postolorũ ministerio ad nos vsque delata est.

Tit. 1.

Actu. 9 et 13.

Ro 13.

Exod. 20.

Plenitudo legis, dilectios.

Gala. 5.

Finis præcepti charitas.
1. Timo. 1. Ro. 10.

rum vobis esse voluit facere quicquid vultis, no
vt hac potestate ad malitiam abutamini, sed
maioris præmij sumatis occasionẽ, ad altiorẽ p
losophiam progressi. Itémque prioris ad Tim
thæum primo: Finis præcepti est charitas, de c
de puro, & conscientia bona, & fide non fi
Quemadmodũ enim finis legis Christus dicit
hoc est, adimpletio: ita & præcepti finis, hoc
consummatio, charitas est, ex eáque depẽdet
dicinæ nempe finis, sanitas est: quo fit quidem
cùm adest sanitas, precepto ac denunciatione
hil opus sit. Itidẽ si adsit charitas, præceptis n
est opus. Charitas, inquã, syncera, & quę non
bis tantùm, sed quæ ex sententia, & intimo co
affectu, proximorũque miseratione proficisc
& emergat. Nam si non adsit recta conuersa
& vita pura, charisimáque amicitia, ibi chari
consistere nequit: vtpote quæ Deo coniunga
& qui manet in charitate, in Deo maneat, qui
ritas est. Et in hoc, inquit, scimus, quoniã agno
mus Deum, si mandata eius obseruamus. Qui

1. Ioan. 2. Nosse Deũ quid.

cit se nosse Deum, & mandata eius non custodi
mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem
seruat verbum eius: verè in hoc charitas Dei p
fecta est, In hoc scimus quoniam in ipso sumu
Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambu
lauit, & ipse ambulare. Qui dicit se in luce esse,

Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat.

fratrem suum odit, in tenebris est, vsque adhuc
Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & s
dalum in eo non est. Qui autem odit fratrem
suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat,

nescit quò eat: quia tenebræ obcœcauerũt oculos eius. Quemadmodum enim qui fratrem diligit, in luce Christi ambulat, neminíque offendiculo est: ita qui fratrem suum odit, impingit non aliter quàm qui in tenebris ambulat. Occœcant enim animum ira, inuidia, & fratris odiũ, non secus atq; tenebrę oculos. Quo fit quidem, vt si in malis dilectio inueniatur (inuenitur autẽ: nam & latrones, latrones amant, & homicidę, homicidas) ea dilectio recta dici non debeat: nempe quòd illa non proueniat ex eo, qui nos vocauit in admirabile lumen suum, sed ex peccantium omnium parente diabolo. Non, inquam, ex conscientia bona, sed mala: neque ex puro corde, sed ex impuro, neque ex fide non ficta. Qui enim verè in Deum credit, nunquam prorsus ab ea deflectere poterit.

Dilectio in malis.

1. Pet. 2.

1. Ioan. 3.

Vides ergo qualis & quãta sit hęc lex charitatis, quæ & Euãgelica? quàm sancta, quàm iusta, quàm bona, quàm amanda, quàm facilis, quàm libera? q̃ verbis exigua, sed quàm ponderosa sententiis? Simillima vtique semini sicco minutóque, & in specie contẽptibili sinapi, quod sanè terra conditũ, ingentem fundit arborem. Quæ quò est præceptorum ambagibus vacua, simplex & nuda: eò genuinã quãdã obtinet energiã, & aculeos suos, quibus multò plus efficitur, quàm verborũ tumultu. Eò quoq; & perceptu & factu facilior, ipsi⁹ etiãnũ auctore cõtestãte, cùm ait: Venite ad me omnes, q̃ laboratis, & onerati estis, & ego refocillabo vos.

Lex Euangelica, grano sinapi cõparata.

Mat. 13. et 17. Mar. 4. Luc. 17.

Mat. 11.

Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue: Equidem leue, debitum commodum, & omni acceptione dignum, omniumque requie & trãquillitate plenum: nec quo euidentiori signo, quis possit videre an virtutum fœtura prægnans sit, quàm si videlicet dilectionem habuerit in alterum: hoc est, si in fraternæ concordiæ & pacis fœdere, quod omnem sensum exuperat, conquiescat, ac perseueret fœlix & beatus. Qua nimirum nota suos ille potissimùm præsignat: hoc est, si charitatis musto temulenti, in illos toti absorbeantur, rapiantúrque: in illis vnque æquè atque in semetipsos existentes, eorumque gratia instar diui Pauli, sese impendentes, & pérq; impendẽtes. Hoc est rursus (vt omnia paucis cõplectar) si ædificare studeãt proximũ: omnes eiusdẽ corporis mẽbra esse duxerint: omnes vt in Christo putauerint: de fraternis cõmodis perinde ac de suis in Domino gaudeant: incommodis medeantur, veluti propriis: mansuetè corrigant errãtem, doceant nescientem, erigant lapsum, consolentur deiectum, adiuuent laborãtem, subueniant egenti. Iuxta quod suos Thessalonicenses quondam diuus Paulus instituebat: Rogamus, inquit, vos fratres, vt corripiatis inquietos, consolemini pusillanimes, suscipiatis infirmos, patientes sitis ad omnes. Videatis insuper ne quis malũ pro malo alicui reddat: sed semp quod bonũ est sectemini inuicẽ, & in omnes. In summa, si omnes se

Philip. 4.

Dilectionis nota Christus suos præsignat.

Ioan. 15.

2. Cor. 12.

Fraternæ charitatis officia.

1. Thes. 5.

as opes,omne ſtudium,omnes curas ad hoc referant, conſecrẽtque,vt quàmplurimis proſint in Chriſto. Vt quẽadmodũ ille neque ſibi natus eſt, neque ſibi vixit,neq; ſibi mortuus eſt,ſed totũ ſe donauit vſibus noſtris:ita & illi fratrũ cõmoditatibus inſeruiant,non propriis. Quod nec quidem princeps ille Apoſtolici ordinis (vt vel etiam tandem per ipſum,hanc ſalutem,hoc eſt,charitatis legem,confirmatã fuiſſe cõmonſtretur) ſubticuit, cùm in hæc verba cũctos Chriſti aſſeclas alloquitur. Vos,inquit,curã omnem ſubinferentes,miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam,in ſcientia autem abſtinentiã, in abſtinentia autẽ patientiam,in patientia autẽ pietatẽ, in pietate autẽ amorẽ fraternitatis,in amore autẽ fraternitatis charitatem. Vbi quidẽ ille ſingulari quadam ac feſtiua gradatione,præcipuas virtutes velut in ſertũ quoddá odoriferũ concinnans, nos hortatur ad morũ probitatem, ſtudiumque vitæ puræ,& innocentis. Perinde quaſi diceret: Cùm per gratiã Chriſti mortui ſitis ipſi peccato,neceſſe eſt nõ otiemini,ſed toto ſtudio incumbatis, vt reliquum vitæ tẽpus Chriſto,& eius iuſtitiæ,in vitæ puritate viuatis. Quũ enim Deus ſemel vobis innocentiã,& purã vitam eſt impertitus, non ad hoc fecit vt illam ſolùm tueamini ac defendatis: ſed vt adnitamini quoque & ſatagatis, vt benefactis eam locupletetis,adaugeatis, faciatíſque fructus dignos pœnitentiæ. Nec incipiatis dicere,Patrem habemus Abrahã: ſed ipſius Abrahæ fidẽ & opera ſectemini:ne fides ſit otioſa,ſed co-

Quibus gradibus de virtute in virtutẽ cõſcẽditur.

2. Pet. 1.

Luc. 3. Opera faciẽda.

mitetur illam virtus, hoc est, bonitas, & pro
tas morum: adeo vt ne quid dicatur agatúrve,
quod honestum, purum, & sanctum sit. Hæc
nim si vobis adsint, & exuberent, nõ vacuos
sine fructu vos constituent in Domini nostri
su Christi cognitione. Cui enim non præsto
Cæc⁹ quis, hæc, cœcus est, & manu tentans, obliuiónem
piens purgationis veterum suorum delictor
hoc est, baptismi & gratiæ receptæ benef
1. Cor. 13. Christi, qua renouatus erat. Huic sententiæ ad
pulatur & Paulus, cùm hoc pacto excellentissi
hanc viam suis Corinthiis commonstrat: Si l
guis, inquit, quorũcunque hominũ loquar, &
gelorũ: charitatem autẽ non habeam, factus
velut æs sonans, & cymbalum tinniens. Et si
buero prophetiam, & nouerim mysteria om
Homo va & omnẽ scientiã: & si habuero tantam fide
cuus chari montes transferam: charitatem autem non
tate, nihil. buero, nihil sum. Et item reliqua, quæ in cha
tis commendationem subnectit: ab ea sanè
recta agimus, ceu omnium virtutum perfectio
& cumulo proficiscimur: quæ secus, ab eius defe
ne & contẽptu, nostri autem nimia philautia
fastu, defluere comprobans. Hæc nempe est
norum operationum consummatio. Hæc
mes est ipsius spiritus. Quæ si abest, nullus am
fraternus, euanescit pietas, non est patientiæ
cus, sordescit temperantia, obscuratur scientia
virtus omnis flaccescit. Quinimo (vti iam
prà diximus) fides & spes sine ea nihil sunt,
vtraque mortua. Nam omnium charismat

vita, est charitas.

Quò fit quidem, vt cùm illam fastu quodam inanique gloria matre gehennæ, ac nostri admiratione nimia negligimus, inueniatur mandatum (vt hinc vel tandem defluere nostri temporis calamitates, ad liquidum aperiam) quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem exitiumque nostrum: ac simus alterius atque illius, qui nostræ vitæ gratia mortuus est & resurrexit: nempe fructificantes morti, non Deo. Quemadmodum etiam quõdam Moses Israëlitas exhortans, quò illis peccatum apparere faceret scelestius peccatum, & per bonum sibi mortem accersere, si occasione accepta per mandatum seducerentur, in vetitum obnitentes, dicebat: En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem quidem, si obaudieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem verò, si non obaudieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis. At cur maledictionem? Quia (inquit Ozee propheta) rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis: vtpote qui (Paulo dicente) per præuaricationem legis, Deum inhonorent ac dehonestent, quod extremæ ingratitudinis excessus est. Vnde & Dauid apud Deum testatur, in nullos æquè destomachari & nauseare, atque in istiusmodi præuaricatores omnium iudiciorum iustitiæ suæ: eos vtique præter reliquos, peccatores

Mandatũ, quod ad vitam nãscisendã à Christo accepimus, in nostram vergi perniciem, cùm illud negligimus. Rom. 7.

Deut. 11.

Maledictio. Ozee, 14.

Rom. 2.

Psal. 118. & 14. terræ reputans. Vidi, inquit, præuaricantes, tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Tum præterea talium diram execrationem demonstrans: Longè, inquit, à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non custodierunt.

Peccatores qui. 1. *Pet.* 1. Peccatores nimirum eos appellans, qui lumbos mentis suæ haud succincti (vt verbis Petri vtar) nec perfectè sperantes in eam quæ illis offertur gratiâ in reuelatione Iesu Christi, quasi filij obedientiæ, malint configurari prioribus ignorantiæ suæ desideriis, quàm sui incolatus tempore in timore conuersari: castigantésque animas suas in obedientia charitatis, in simplici fraternitatis amore, ex corde inuicem diligere attentius secundum eum, qui vocauit eos, sanctum: quò & ipsi in omni conuersatione ipsorum (vt filios lucis addecet) sancti sint, iuxta illud præscriptum: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.

Benedictio legem Dei custodientibus. Cæterùm quanta benedictione cumulaturi qui Dei salutare concupiscerent, & quibus ignea lex esset iugis meditatio, subindicans ipse Psaltes: Pax multa, ait, diligentibus legem tuam,

Psal. 11. mine, & non est eis scãdalum. Et rursus: Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda, præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa: desiderabilia quidem super aurum, & lapidẽ preciosum multũ, & dulciora super mel & fauum, in quibus etiam qui custodiendis retributio multa. Ecce vnde

benedictio. Nónne ideo (inquit alibi) Deo subiecta erit anima mea? Ab ipso enim salutare meum. *Psal. 61.* Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptorque meus, quo duce à mentis vero tramite non mouebor amplius. In quo nempe corrigit adolescentior viam suam, nisi in custodiendis sermonibus tuis? nisi ex eo quod toto corde exquisitte, & in eo abscondit eloquia tua, vt non tibi peccet? nisi ex eo quòd in labiis suis pronunciat sedulò omnia iudicia oris tui, & in via testimoniorum tuorum non minus delectatur, quàm in omnibus diuitiis? nisi ex eo quòd in mandatis tuis exercetur, & considerat vias tuas? nisi denique ex eo quòd in iustificationibus tuis meditatur, & nõ obliniscitur sermones tuos? Hæc sunt enim, quæ ab vnoquoq; huic legi subiecto, sunt sedula mẽte exquirenda, amplexanda, versanda, tractanda, atque obseruanda, si quid tandem perfecti assequi velit, quod suum animũ vegetet, atque exhilaret indéq; beatior reddatur, iuxta illud: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutãtur testimonia eius, & qui in toto corde exquirunt eũ. Et, teste Sapiẽte, beatus est, qui custodit legem. Atqui vbi est beatitudo, tantum abest vt dedecori & ignominiæ sit locus, vt etiam quãplurima illic obtineatur gloria. Quid enim aliud est beatitudo, quàm excellentia quædam, & gloria præmiorũ? Hinc iterũ illud: Beatus vir qui nõ abiit in cõsilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilẽtiæ non sedit: hoc est, qui viuendi rationẽ hominũ peccatis dedito-

In quo corrigit adolescens viã suam, quò vitam inculpatam agat.

Psal. 118.

Qui beati dicendi.

Pro. 29.

Beatitudo quid.

Psal. 1.

rum non amplectitur, quíque nullum com
cium habet cũ iis, qui diuinas leges ridere fõ
nec est contubernalis eorum. Sed in lege Do
ni voluntas eius, & in ea meditabitur die ac
cte. Erit nempe tãquam lignum, quod planta
est secus decursus aquarum, quod fructum s
dabit in tempore suo: & cuius folium nõ defl
& omnia quæcunque faciet prosperabuntur
quid in his sententiis recensendis diutius im
ror, quum rei istius veritatẽ expiscari nullib
ctius possimus, quàm ex ipsamet veritate? Ed
rit autem illa in sacro Ioannis Euangelio, qua
munere sint prosequendi, qui suis parent edic

Benedictio eorum, qui diuinæ legi obsequuntur. Ioan. 15.

cõtrà, quanto malo afficiendi, qui illis obtu
tes, ab eo deficiunt: in hæc verba: Si, inquit, in
manseritis, & verba mea in vobis mãserint, qu
cunque volueritis petetis, & fiet vobis. Si quis
tem in me non manserit, hoc est, mea non se
uerit præcepta (hoc quippe est in Christo m
nere, illius mandatis obsequi, iuxta illud quod
fert: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis
dilectione mea, & è diuerso) mittetur foras
cut palmes, & arescet, & colligent eum, &
ignem mittent, vt ardeat. Quibus quidem v
bis docemur, sic nos oportere Christo inhæ
re, vt nullum inter nos & ipsum intercedat m
dium, nulla scissura, nulla defractio defectu
que. Etenim palmes per continuationem, v

Continuatio palmitis ad vitem.

naturam trahit: at si ille cui innitatur non h
beat, eum fatiscere, laxari, ac languere nece
est. Qua quidem re instituimur, Christum no

simpliciter tenendum esse, sed ei quoque per opera ita adglutinandum, vt ab eius vestigiis ne latum quidem digitum transuersum discedamus: nisi (vt est apud Ieremiam) nostra vestigia lubricari velimus in itinere platearum nostrarum: iuxta illud: Ecce, inquit Psalmographus, qui elongant se à te, ô Deus, peribunt, perdes omnes qui fornicantur abs te: hoc est, à te deficiunt. Et ne huius defectionis caussa te lateat: Quia, inquit, tenuit eos superbia, operti quidem hac ratione iniquitate, & impietate sua, ideo deiecisti eos dum alleuarentur. Quò fit quidem vt mihi adhærere Deo bonum sit, ponere in Domino Deo spem meam. Cùm enim ipse caput sit, & nos corpus, num potest vlla media esse inter vtraque distantia, quæ vacet? Ipse rursus fundamentum est, nos ædificium: ipse vitit, nos palmites: ipse sponsus, nos sponsa: ipse pastor, nos oues: via ille, nos viatores: nos item templum, ille inhabitator: ipse primogenitus, nos fratres: ille hæres, nos cohæredes: ipse vita, nos viuentes: ipse resurrectio, nos qui resurreximus: ipse lux, nos illuminati. Nónne hęc omnia tantam demonstrant conglutinationem, vt ne quid vacui ne minimum quidē relinquant? Quippe qui parum abest (inquit Chrysostomus) cùm processerit, aberit longius. Etenim si parum fatiscat ædificium, dissoluitur: etsi vel minimum palmes à radice abscindatur, inutilis redditur. Itaque id parum non est, sed ferè totum existimandum. Cùm igitur vel ne-

Thre. 4.
Psal. 72.

Sola superbia à Deo deficimus.

Chrysostomus, in ca. 3. Epist. 1. ad Corinthios.

gligentia quadam parum peccauerimus, vela
dia torpuerimus, nolimus vt exiguum defpe
Siquidem id neglectum quamprimùm in im
ſum euadet. Sic & veſtis quæ ſcindi cœperit
glecta tota diſcinditur: & tectum paucarum
gularum caſu contempto, totam domum de
Hæc nos reputantes, nunquam paruum com
namus, ne procedamus in maiora. Profun
nãque peccatum eſt, & deorſum trahit. Et qu
admodum qui in puteum decidunt, non fac
uadunt, ſed aliorum opus eſt auxilio, qui eos
piant: ſic qui in profundum peccatorum imm
ſus eſt. Illorum nãque eſt hoc peccatum, de
bus dicitur: Impius quum in profundum ven
peccatorum contemnit. Qua quidem re ma
Deum prouocamus. Qui enim minimo reco
liatur, quum id non conſequitur, non immo
indignatur, & vltimum à nobis exigit ſuppl
Et ſanè quàm maximi hoc contemptus eſt. Q
nam tamen inde, vnquam peccatorum ſuor
gratia dolore affectus eſt? quis ingemuit? q
pectus percuſsit? quis ſollicitudinem inde vl
ſuſcepit? Nemo, vt arbitror. Atqui innume
dies deflent homines familiarium obitus, pe
niarum damnum. Quòd autem animam ſing
diebus amittamus, ne cogitamus quidem. Q
igitur pacto Deus placari poterit, quum nec p
catum tuum intelligas? Certè, inquis, pecc
Certè lingua tantùm profiteris. Dic quæſo, q
quid & animo etiam cum verbo? Ingemiſcas
perpetuò læteris. Etenim ſi ſuper peccatis no

Prou. 18. Non immerito Deum noſtrum nobis iraſci.

dolere
ampli
dine, c
aliud
delice
lamita
meſce
bis De
operil
haber
mala
ne De
hac vi
autem
citare
nónn
Deus
nimus
curan
iraſcit
ſuppli
Idcirc
tollar
vlteri
Chry
infere
perpe
conſe
tur in
quo ſe
ſet co

doleremus, si plangeremus super erroribus, nihil amplius nos dolore afficeret. Hac nãque ægritudine, omnis animi anxietas propulsaretur. Sed & aliud nostro quoq; iudicio lucraremur, quòd videlicet neque immergeremur præsentis vitæ calamitatibus, neque prosperis rebus animus intumesceret: & hoc pacto maiorem in modum nobis Deum placaremus, non aliter ac in præsentia operibus nostris irritamus. Dic quæso, si quem haberes seruum, qui quùm multa à conseruis suis mala pateretur, nihil tamen aliud curaret, quàm ne Dominum ad iram procuraret: nunquid vel hac vna re satis posset iram suam mitigare? Quid autem si ex his quæ in te committeret, nihil sollicitaretur, sed caueret ne conseruos offenderet? nónne maiori supplicio eum afficeres? hoc pacto Deus facit. Quando quidem eius iram contemnimus, vehementius irascitur: quando verò eius curam habemus, remissius, vel potius nõ amplius irascitur. Vult enim vt à nobisipsis peccatorum supplicium exigamus, nec amplius ipse id exigit. Idcirco minatur vltionem, vt metu contemptum tollat. Quum verò solis minis formidamus, non vlterius in supplicium progreditur. Hactenus Chrysostomus. Quam profectò sententiam hîc inferere non alienum duxi, vt vel eo contestante perpenderes dignum prorsus ac rationi maximè consentaneum, vt is demum nõ minimo afficiatur incommodo, qui id deserat contemnátve, in quo seruando, amplexandóque summum potuisset consequi compendium. Non aliter, quàm qui

A seruo quidẽ morigero, alio verò immorigero similitudo.

Cupit Deꝰ vt à nobisipsis supplicia exigamus.

perperam cernens, impingit in lapidem, vel tibiæ liuorem, vel fronti tuber conc quum id mali acutè cernendo & dispicere, uere valuisset. Ita & qui illud negligit, vnde tùm dici potest maximam adipisci potest riam & commodum, fit vt inde non imm permaximum ferat damnum, atque iac patiatur pro commodo. Id porrò vnde tan compedium reportari solet, hanc charitat gem fore multis iam diximus: & ex cuius temptu cum sui admiratione nimia, fastu que, & arrogantia, omne quod patimur sub dispendium, atque iacturam.

Lex Euãgelica salutis, & mortis exitus.

Psal. 67.

Psal. 29.

Est itaque ea lex, vt lex saluos faciendi, hoc à qua nihil nisi salutem percipimus: ita vit & exitus mortis, id est, multas vias habens bus perdat impios, sui nimirum contempt Vt quemadmodum vita in voluntate eius, in dedignatione eius sit: ob cuius videlicet temptum confringat ac vulneret Deus capu micorum suorum, verticémque capillatum qui indelictis suis ambulant: iuxta illud Sap

Eccle. 28.

Rom. 9.

1. Pet. 2.

2. Cor. 2.

Luc. 2.

tis. Tabitudo & mors imminent in mani cius. Est ergo illa aliis quidem lapis offen nis & petra scandali, laqueus denique ac ru aliis verò bonus odor, & resurrectio in lu Siue enim quis saluus fiat, siue pereat, ipsa per manet, propriam obtinens virtutem, aliter quàm lumen, quod tametsi caliginem fundat infirmis oculis, lumen tamen est, etiam cùm obtenebrat. Et mel quamuis amar

sit ægrotantibus, natura tamen dulce est. Sic & hæc lex boni odoris est, etiamsi qui pereunt increduli. Nec enim illa facit, vt illi pereant, sed illorum amentia atque philautia id fit. Quin hac potius ratione patefit illius fragrantia, si corrupti & improbi pereunt: vt non tantùm è salute bonorum, verùmetiam ex malorum interitu declaretur illius virtus. Quandoquidem & sol, quum vehementer lucidus est, hoc ipso maximè ferit infirmorum oculos. Atque ipse seruator in ruinam & resurrectionem multorum positus est: attamen manet id quod est seruator, etiamsi corruant innumerabiles. Et quamuis illius aduentus grauiorem damnationem attulit incredulis, nihilò secius tamen perseuerat esse salutaris. Hanc ob caussam hæc charitatis lex quibusdam sanè bona est, iusta, & sancta: aliis verò in malum cedit. Bona quidem iis, qui ea legitimè vtantur: iis verò infausta, qui illam contempserint, iis videlicet, quibus, vt ait Paulus, ita occœcati sunt sensus, vt non illucescat illis lumen Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Qui denique offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt: atque (vt rex ille Manasses dicebat) statuunt offensiones, & multiplicant abominationes, ex quibus vtique perinde ac ex lætheis quibusdam fontibus, omnium malorum riuuli, in nostram hanc tempestatem defluunt ac delabuntur.

Legis Euangelica fragrantia.

1. Tim. 1.

2. Cor. 4.

1. Pet. 2.

2. Para. 36

Porrò nónne hanc tibi videtur in bonum illi cessisse, qui ab Ierusalem in Hierico descendentẽ

Exemplis probat quod

Superius pluribus edisserui.

Luc.10.

Exod. 23.

1.Cor.9.

Occidit qui non succurrit perituro.

Humanitatis officium.

& in latrones collapsum, ab eisque ad cędem destinatum iumento imposuit, & in suum stabulum sanandum sustulit? Nónne contrà in proximum, illis, qui eo neglecto transierunt, vel parvum quidem auxilij, subuentionis, & misericordiæ illi impendere dedignantes? Atqui erat quidem ille Samaritanus, isti verò ex sacerdotali ac Leuitico ordine: ex quo & legem ad vnguem seruare, & exactè operi demandare debebant. Præbant præterea, hoc eorum lege cautum & sanctum esse: Si occureris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Item & illud: Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. At num boues autem curæ sunt Deo? Et non propter nos omnino dicit? Propter nos sanè hoc scriptum est, qui nimirum qui succurrere perituro potest (vt verbis Senecæ vtar) & non succurrit, illum non minus crudeliter & inhumanè occidat, quàm hominem collapsum, quem subleuare debet, vltro saxis impetit. Quò fit quidem, vt verissimè probetur, quod astruit Marcus Tullius, hominem naturæ obedientem, homini nocere, aut eum negligere non posse. Ex quo colligitur, vt si nocere homini contra naturam sit, prodesse hominibus vicissim secũdum naturam esse, necesse sit. Qui qui non facit (inquit) hominis se appellatione spoliat. Quia humanitatis officium est, necessitati hominis, ac periculo subuenire. Conseruãdo ergo humanitas, si homines re dici volumus, autem ipsum conseruare, quid aliud est, quàm

ligere hominem, quia homo sit, & nos idē quod sumus? Deus etenim (inquit Lactantius) qui cæteris animantibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimētis ab incursibus & periculis tutiora generauit. Hominem verò nudum fragilémque formauit, vt eum sapientia potius, quàm aliis quibuslibet munimentis instrueret. Deditque ei præter cætera hunc pietatis adfectum, vt homo hominem tueatur, diligat, foueat, contráq; omnia pericula & accipiat, & præstet auxilium. Nam si ab vno homine, quē Deus finxit, omnes sumus oriundi, certè consanguinei sumus. Et ideo maximum scelus putandum est, odisse, aut negligere hominem, vel nocētem. At quantò scelestius est odisse innocuum, aut certè de nobis bene meritum? Atqui hæc tandem (inquit Chrysostomus) est vera dilectio, non quemadmodum nos solemus, qui vtrinque ex dilectionis norma excidimus. Aut enim neminem diligimus, aut si quando diligimus, iuxta voluntatem Domini non diligimus, vtroque modo contra diuinam legem peccantes. Quòd si hæc grauiter dici videntur, certè cùm fiunt, grauiora multò sunt. Et quomodo, inquis, præter Dei voluntatem diligimus? Quando Christum videlicet fame pereuntem negligimus, liberis interea, & amicis, & cognatis, suprà quàm necessitas exegerit, contribuentes. Quæ profectò res, cùm hac tempestate ita recepta sit apud quoslibet huius seculi Christianos, vt vix pro iniuria vel damno habeatur Christianum fratrem non solùm

Lactātius.

Vera dilectio ex D. Chrysosto. in Epist. ad Rom. cap. 1.

Odiū atque malitia huius seculi hominum.

odio pluſquam Vatiniano proſequi, ſed & n
afficere incommodis, fit vt, vel quotidiana e
rientia edocti, concedēdum veniat, hanc cha
tis legem, hoc eſt, Euangelicam, bonam vtiq
ſanctā, illis ceu iniuſtis, & inobſequētibus, i
1. Tim. 1. & peccatoribus, irreuerentibus & prophan
tricidis, & matricidis, homicidis & ſcortator
plagiariis, & mēdacibus, periuris deniq; & i
ſericordibus (in talium enim gratiam eam c
ſtitutam eſſe diuus Paulus aſtruit) in perni
Diues luxurioſus. Luc. 16. cedere. Quandoquidem nónne quæſo in pe
ciem & exitium ceſsit impio illi ac luxurioſo
niti, quòd tametſi Lazarum videret maxima p
perie inédiáque ringi, & vlcerum ſcabredin
tum contabidum, haúdque exigua ægrit
languentem (quæ paupertatem etiam diri
redderet) nec aliquantulum tamen in eum
ſericordia commouebatur? Horum enim a
rum, etiam ſi ſolum ſit, graue eſt & doloribus
Paupertas & ægritudo, duo extrema mala. num. Quum verò ſimul adſunt, nec eſt qui ſe
uet, intolerabile malum efficitur, ignis plane
extinguibilis, dolor citra remedium, tempe
plena naufragiis, animæ pariter & corporis
ma. Crudelior autem ille ipſa ratione car
bus brutis exiſtens, quæ etiamnum illo aut
res manus denegante, quinimo ſolis mi
menſa ſua omni deliciarum genere diffluen
dentibus eum dedignante, plura perſoluere
manitatis officia. Sed quid tandem vtrique a
dit? Pauperie affectus paulò pòſt fœlici illa
perenni gloria coronandus migrauit in cel

Luxuriosus diues vltricibus flammis perpetuò exurendus, in inferno sepultus est, remensus vtique ille ea mensura & vicissitudine, qua alterum mensus fuerat. Immaculata siquidem via Domini, & eloquium ipsius igne examinatum, scutum est omnium sperantium in se: impij autem in tenebris conticescent. In quo quidem, inquit Psalmographus, cognoscitur Dominus iudicia faciens: cùm scilicet in operibus manuum suarum comprehenditur peccator. Porrò conuertantur (inquit) peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: nec patientia paupetum peribit in finem.

Mat. 4.
2. Reg. 22.
1. Reg. 2.
Psal. 9.

Præterea, quòd hæc charitatis lex in malũ tessérit ipsi Nabali Belialis filio, duro vtiq;, immisericordi, & malitioso viro, quòd videlicet cõmeatus Dauidi, suisque commilitonibus à furore nequissimi Saulis profugiẽtibus denegâsset, primus Samuelis liber est nobis testimonio. Contrà in bonum prudentissimæ illi fœminæ Abigaili, cùm ille in ingrati animi vltionẽ statuisset omnia, quæ Nabalis erant se destructurum, illáque in eius occursum venisset ipsius furorẽ placatura, illud eiusdem Dauidis cõprobat elogium: Benedictus (inquit ille) Dominus Deus Israël, qui misit te hodie in occursũ meũ: & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad vlciscẽdũ sanguinẽ. Alioqui, viuit Dominus, qui prohibuit me, ne malũ facerẽ tibi, nisi velocius venisses mihi obuiã, non remãsisset ex his quæ Nabal erant vsque ad lucem ma-

Nabal.
1. Reg. 25.

Abigail.

tutinam mingens ad parietem. Ex quibus quid sermonibus liquet planissimè, quanta bona huius charitatis legis expressione nascantur, proueniant. Primùm quidem, iamiam ebullien-

Tria Abigailis charitatẽ subsecuta.

vltionis dira cupido inde repressa est, & pro- adempta. Dehinc, sancta illa mulier Domini seruos & sitibundos & famelicos affatim a Adhæc, aliquãti temporis interiectu, emortuo lo, quem durum & crudelem patiebatur, Do no: mitissimo, æquissimóque Dauidi, matrimo-

Gallaaditæ.

nio copulata est. Audiunt insuper Gallaaditæ neficentiæ vtique, & cõmunionis, quas tanto-

Hebr. 13.

re Hebræis inculcat Paulus, haud immemor nimirum, quòd Saulem sepulturæ demandasse hoc ab eodem Dauide symbolum, vt à præsen- ti viro prolatum, ita suam imitantibus fidem

2. Reg. 2.

in mediocre exemplum futurum: Benedicti à Domino, qui feciſtis misericordiam hanc c Domino vestro Saul, & sepelîstis eum. Et re retribuet vobis quidem Dominus misericor & veritatem. Et verè quidem retribuet pr bítque non illis solùm, sed & omnibus, qui ipsam misericordiam hilari exporrectáque fr te aliis impenderint: eodem ipso contestan

Psal. 83.

Dauide in Psalmis, cùm ait: Misericordiam veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam bit Dominus: haud dubiè quin iis, qui in gritate ambulant. Porrò qui secus egerint, re velut inglorij absumentur. Quia quemadmo dum misericordia cum illo, ita & ira. Om autem misericordia faciet locum vnicuique

Misericordia & ira à Deo.

cundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius. Vnusquisque enim onus suum portabit. Et quæ seminauerit quisque, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tẽpus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Sed quam ob causam, rogo? Quia (respondet Sapiẽs) qui seminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ diuinæ consummabitur. At qui pius est ad misericordiam, benedicetur, nempe quòd de panibus suis dedit pauperi. Sed &, teste Salomone, fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. Et item Ecclesiasticus: Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui præualet manu, mandata seruat.

Ecclc. 16.
Gal 6.
Eccle. 29.
Prou. 19.
Eccl. 29.

Atqui huius, quam hîc depingimus, integræ & immaculatæ legis, testimoniique Domini fidelis, hic est scopus certissimus, vt videlicet si (vt autor est Paulus) esuriat frater, cibum illi suppeditemus: si sitiat, potum demus illi. Tum deinde, vt sic alter alterius onera portemus, quò tãdem adimpleamus legem Christi: quemadmodum non in hoc loco solùm, sed in plerisque aliis Epistolarum diui Pauli docemur. Veluti cùm ab eo hortamur, vt exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabi-

Legis charitatis quę & Euangelicæ scopus certissimus.
Rom. 12.
Gala. 6.
Rom. 12.

Obsequium rationabile.

le denique obsequium nostrum : in quo videa
agnoscatur & apprehendatur Deus, hinc d
ni motus existant, timor Dei, fiducia, inuoca
& confessio:hoc est,spirituale nouæ vitę in Ch
sto sacrificium, & non carnale & mortuum,
olim Iudæi victimas carnales offerebant. Sit
pertimur, vt id in simplicitate animi præstem
si quis præest,id sit in sollicitudine: si miserea
id fiat in hilaritate : mutuáque sit inter nos d
ctio non simulata, odientes malum, adhæren
bono . Charitatem fraternitatis inuicem d
gentes . Honore inuicem præuenientes. Soll
tudine non pigri . Spiritu feruentes . Dom
seruientes . Spe gaudentes . In tribulatione
tientes . Orationi instantes . Necessitatibus
ctorum communicantes . Vt quemadmod
pro peccatis suorum orauit Christus, ésq
lis omnia sua impartitus, omnia scilicet inter
put & membra communicante charitate: n
nos pro fratrum delictis deprecemur com
nem patrem, omniáque nostra illorum nec
tati communicemus . Christus caput est
strum , quod nobis amore copulatur: nos
rò inuicem membra, simili nos beneuolentia
tante & compingente . Exemplum est n
Christus charitatis : exemplum sit etiam
rum , quæ ex charitate nascuntur, vt quem
modum ille fecit , & nos faciamus. Nobis
nim (inquit Petrus) relinquit exemplum, v
quamur vestigia eius : nimirum vt peccatis
tui,iustitiæ viuamus. Hæ sunt itaque huius E

Opera,quę ex charitate nascuntur.

Christus caput & exemplum nostrum. Ioan.13.

1.Pet.2.

gelicæ, quæ & charitatis, legis partes vel præcipuæ, quas si quis syncériter exprimat, haud dubium est, quin illi cedant in bonum: contrà, si fastu quodam & immoderata animi elatione, atque incuria negligat, in malum. Illam expressit pater ille omnium fidelium Abraham, cùm hospitio suscepit angelos. Ex quo & accepit omnium nationum terræ in semine suo benedicendarum promissionem. Scio etenim (inquit angelus) quòd præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eũ. Ecce merces & benedictio, qua cumulari solent huius charitatis legis obseruatores. Vnde diuus Paulus suos ita hortabatur Hebræos. Charitas fraterna maneat in vobis, & hospitalitatis nolite obliuisci: per hanc enim inscientes quidam angelos in hospitio receperunt. Expressit & illam iustus ille, rectúsque, ac timens Deum Ioseph, cùm non solùm interpellantem se heram de stupro repulit, & libidinis flammam impudentis fœminæ ingenua monitione extinguere conatus est: sed & vniuersam Ægyptum, atque totam progeniem sua solertia à famis periculo liberauit. Ex quo & mundi seruator appellari meruit. Nónne illam expressit & Raab meretrix, cùm exploratores dominicos & vero vultu exporrectáque fronte suscepit, & alio itinere, quàm venerant, abire fecit? Ex quo & accidit, vt ea vnà cum parentis domo, præ-

Abrahã. Gene. 18.

Hebr. 13.

Ioseph. Gene. 39.

Gene. 41.

Raab meretrix. Iosue, 2.

Sarapthena mulier. *3 Reg. 17. Luc. 4.*

ter ſpem ſub ſpe credens, morte, quã meritò o
nes ſui conciues pertulerunt, exẽpta ſit. Illam
ciſsim expreſsit & Sarapthena illa mulier, cu
laus eſt in Euãgelio, cùm famelicũ Eliam The
ten Dei virum ſubcinericio pane aluit, atque
qua ex itineris tædio & laſsitudine languen
refocillauit. Vnde effectum, vt eius filius imm
ra morte extinctus, ab eodem propheta, fuſ
Deum oratione in vitã mortalium reuectus

Elizeus propheta. *4. Reg. 5 Luc. 4.*

Illã rurſus expreſsit Elizeus propheta, cùm N
mam Syrum a lepra mundauit. Vnde & remu
rum hilari gratóque animo partem loco bene
ctionis eidẽ obtulit, quam nihilominus resp
multò regalius reputans dare, quàm accipere.

Zacheus. Luc. 10.

expreſsit & princeps ille Publicanorum Zach
vir quidem ſtatura puſillus, ſed non minima a
mi virtute & charitate præditus, dum hilari
dam vultu in domo ſua Chriſtum ſuſcepit. V
& ab eodem Chriſto, hoc promeretur audire
xioma: Hodie ſalus huic domui facta eſt, eo q
& ipſe ſit filius Abrahæ. Venit enim filius ho
nis quęrere, & ſaluũ facere, quod perierat. Em

Petrus.

ſit illã & Petrus, cęteríque omnes Apoſtoli, ch
vt Chriſtum lucrifacerent, omnia ſua reliquer
& eum ſequuti ſunt. Vnde quid inde mercedis

Mat. 19. Mar. 10.

ſent accepturi, in hæc verba pollicetur Chriſ
Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis m
in regeneratione cùm ſederit fili⁹ hominis in
de maieſtatis ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes
decim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et
mnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut

rores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Exprimebat denique hanc charitatis legem cum omni familia sua vir ille religiosus, iustus, & timens Deum, Cornelius centurio, quum multas quotidie plebi faceret eleemosynas, deumque sedula mente deprecaretur. Ex quo & meruit angelico frui colloquio, & ab eodem certiorem fieri, suas orationes & eleemosynas ascendisse in memoriam in conspectu Dei: indéque Christianam perfectionem & baptisma cum omni domo sua a diuo Petro & edoceri, & suscipere. Expresserunt & isti, quos ex ordine omiseram, Abdias videlicet dom⁹ regis Achab prępositⁿ, & maior natu Tobias: in hoc nimirum, quòd ille, cùm sacrilega & impiissima illa mulier Iezabel prophetas Domini interficeret, tulerit ex eorum ordine centum: quos quinquagenos & quinquagenos in specubus abscondens, pane & aqua pauerit. Hic verò, quòd, cùm captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruerit: ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret: eos consolaretur, diuiderétque vnicuique provt poterat: de facultatibus suis esuriétes aleret, nudísq; vestimenta præberet: & mortuis atque occisis sepulturam sollicit⁹ exhiberet. Ex quo & illi, quoniam (inquit) memor fuit Domini in toto corde suo, dedit Deus gratiam in conspectu Salmana-

Cornelius Centurio. Act. 10.

Abdias. 3. Reg. 18.

Tobias. Tob. 1.

far regis: qui & dedit illi potestatem quæcu
que vellet ire, habens & libertatem quæcum
facere voluisset. Abdias verò, quia centum
phetas pauerat, accipere (vt inquit Hieron
gratiam prophetalem promeruit, & de duc
ercitus, dux Ecclesiæ fieri, atque seruus Dei
appellari. Expresserunt, inquam, ij omnes, &
quàmplurimi in sacris Bibliis contenti, han
ritatis legem, ex quo & illis tandem fœlicit
sit. Beatus quippe homo (inquit regius Ps
quem tu, ô Domine, erudieris, & in lege tu
stitueris. Id nempe cò tendit, vt tranquillit
illi pares à tempore aduerso, dum interim i
foditur fouea. Non enim abiiciet Dominus
pulum suum, & quos sibi in hæreditatem a
psit, non deseret: donec ad iustitiæ normam
tuat iudicium: quam & sectabuntur omnes
recto sunt corde.

Beat⁹ qui in lege Domini instituus est. Psal. 93.

Ex his itaque videre & colligere licet, quant
bonorum agmen secum vehat lex illa, qua no
nauit Christus: ideóque quantum miseriæ &
lamitatis mereantur, qui illam arroganti quo
animo & fastu audent contemnere, ac præte
di. Hiíque imprimis, qui omni voluptatum ac
cebrarum generi addicti, hoc est, Sardanapal
iuspiam in morem ævum transigentes, nullib
aufferendis piorum Christi pauperum bonis
stilentem remittunt animum. Et qui denique
vtar verbis prophetę) in hoc tantùm incumb
vt conuertant in absynthium iudicium, & iu
tiam in terram relinquant: odio habentes co

Pauperũ oppressores

Amos, 5.

pientem in porta, & loquentem perfectè abominantes: relinquentes videlicet (vt est in Euangelio) quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem, & quæ sunt ventris diligenter addecimantes. Tantum abest, vt huic charitatis legi adhærescentes, illud quod per Ieremiam præcipit Dominus amplexentur & suscipiant. Facite, inquit, iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè, & sanguinem innocentem ne effuderitis. Aut item illud Psalmographi: Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Aut denique illud Euangelicum: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quò fur nõ appropiat, neque tinea corrumpit. Et rursus. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in tabernacula sua: Sed quid tandem? Nescierunt, inquit Psaltes, neque intelligere voluerunt, in tenebris ambulant. Tenebris vtique, teste Paulo, obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. De quorum profunda cæcitate, improbitate, & nequitia, rursum in hæc verba à regio Psalte dicitur: Dixit

Matt. 22.

Ierc. 22.

Psal. 81.

Luc. 12.

Ibidẽ. 16.

Impiorum intellectꝰ.

Ephe. 4.

Psal.35. iniustus vt delinquat in semetipso, non est tim
Dei ante oculos eius. Quoniã dolosè egit in c
spectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad od
hoc est, spreto Dei timore blanditur impius
ipsi, vt nanciscatur occasionem malè agend
berrimam ad satietatem vsque. Verba oris
iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene
ret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo
tit omni viæ non bonæ, malitiam autem no
diuit. Et Euangeliographus: Deridebant, in
Christum hæc audientes Pharisæi, qui erant
ri: illum vtique cachinnis & scõmatibus exc
tes. Quemadmodum & quàmplurimi hoc in
licissimo tempore factitant, qui tametsi non
gari rerum opulentia diffluant, citius nihil
nus Christi pauperes diro gelu rigescere, ac
tabescere fame, inopia, siti, æstu, & algore co
mi ob oculos patiuntur, quàm quippiam illis
pertiãtur eleemosynæ: vel etiam illis plerum
calicem aquæ frigidæ crudelissimè denega
Nempe quòd, Pharisæorum in morem, auar
voragini tantùm inhient, indéque adeò di
iustitiæ nolint, nec quidem, præ mentis hebe
dine, animíque arrogantia, & mentis crudel
(Deo ipso in manu cõsilij ipsorum eos relinq
te) possint subdi, aut morem gerere. Ex qua
qui iustitia pendet regnum Dei, & euange
tur. Quod sanè nec valet quis assequi, nisi ille
barum ac Pharisæorum euincat & superet
tiam, hoc est, nisi (vt est apud Paulum) illi vim
impetum faciat per arma iustitiæ, à dextris

Pharisæi, & auaritiæ dediti ridẽt Christum.

Mat 5.
2.Cor.6.

siniſtris: ita vt neq; per aduerſa deiiciatur, neque per proſpera eleuetur, ſed vtriſq; cõmodiſsimè tũ in gloriã Dei, tum in proximorũ ſalutem vtatur. Idq;, vt ait, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus ſufferendis quæ inferuntur, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, & virtute Dei. Quod & regius Pſaltes in hæc verba corroborat: Quis, inquit, habitabit in tabernaculo Domini? aut quis requieſcet in monte ſancto eius? Tũ protinus, Qui ingreditur (reſpõdet) ſine macula, & operatur iuſtitiam: qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non detraxit lingua ſua: nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos: hoc eſt, qui non eſt conuiciatus vicino ſuo, quo familiariter vtebatur.

Dei ſeruũ officia.

Pſal. 14.

Qui regnũ cœlorum ſunt conſecuturi.

Sed quid Phariſæis illis diuinum intulerit reſpõſum, audiamus. Non mirum, inquit Chriſtus, ſi mei ſermones nauſeã vobis & faſtidiũ pariãt, vtpote qui ſitis modis omnibus vos ipſos iuſtificãtes palam hominibus. At verò Deus clàm nouit corda veſtra: quia quod hominibus altũ eſt, Deo abominationem quandam ingenerat: ſuperbis vtique reſiſtens, manſuetis verò & miſericordibus dãs gratiam. Beati quippe miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Et Salomõ: Abominationi Domino eſt omnis arrogans: initium verò viæ bonæ eſt facere iuſtitiam. Vis &

Luc. 16.

Iaco. 1.

Mat. 5.

Pro. 16.

talium germanam descriptionem, hoc est, eorum iniquitates & iniustitias, impostura[s]que a[n]imi quibus pauperum possessiunculas, eorum bona extorquere aſſolent? Audi quàm gra[phi]ce illos depingat ſuis coloribus vir ille iuſtus & mens Deum Iob. Alij, inquit, aliorum te[rmi]nos transferunt, eorum diripiunt greges, & [pa]scunt eos. Asinum pupillorum abigunt, & [pi]gnorant pro pignore boue[m] viduæ. Subuertũt pa[u]rũ viã, & opprimũt pariter mãsuetos terræ, quaſi onagri in deſerto, egrediuntur ad opus vigilantes ad prædam præparant panem illis. Agrum non ſuum demetunt, & vineam [im]quem vi oppreſſerunt, vindemiant. Nudos mittunt homines, eorum indumenta tollen[tes] quibus non eſt operimentum in frigore. [Q]imbres montium rigant, & non habentes [pa]men, amplexantur lapides. Vim faciunt de[or]dantes pupillos, & vulgum pauperem ſpo[li]Nudis incedentibus abſque veſtitu, & e[su]rientibus tollunt ſpicas. Inter aceruos eorum [ca]ridiantur, qui calcatis torcularibus ſitiunt. [De] ciuitatibus faciunt viros gemere, & anima [vu]neratorum clamat: & Deus inultum abire [non] tietur? Ipſi rebelles ſunt lumini, neſciunt [vi]eius, nec reuertuntur per ſemitas illius. Ad primo conſurget homicida, interficiet [pa]num & pauperem: per noctem verò erit [qu]Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens, [Non] me videbit oculus: & operiet vultum ſuum. Perfodit in tenebris domos, ſicut in die [con]

Impietatis huius tẽporis hominum graphica deſcriptio. Iob. 24.

In pauperum depræ datores, homicidas, fures, & adulteros diuina vltio.

dixerant sibi, & ignorauerunt lucem. Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram noctis: & sic in tenebris quasi in lumine ambulant: & Deus inde vltionem non capiet? Dedit ei locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam: & tantæ vesaniæ Deus vindictam non sumet? Sumet haud dubiè. Nam secus agere, alienum esset à iustitia. Quò fit quidem vt diram execrationem more prophetico sic illis imprecetur: Maledicta sit in terra pars illius, qui talis fuerit, nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium: & vsque ad inferos peccatum illius pertingat. Obliuiscatur illius misericordia: dulcedo illius, vermes. Non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent: & humiliabuntur sicut omnes, & auferentur: & sicut summitates spicarum conterentur. O execratio & vindicta grauis, sed iustè pensata! Quandoquidem non rationi consectarium, vt illum diuina misericordia deserat & obliuiscatur: ab omnium hominum memoria deleatur: innumeris denique dispendiis & calamitatibus afficiatur, qui homini ipse homo non solùm misericordiam non præstare iuxta hanc charitatis legem voluerit: sed vi & violentia Christi pauperes, tum asperitate quadam & supercilio, tum iniquarum legum quibusdam labyrinthis vexat, & opprimit? Incidens vtique

Dira execratio in pauperũop pressores, & immisericordes.

In iniquarum legũ Latores. Isa. 10.

In illam prophetæ execrationem, qua in hæc ba huiusmodi malè precatur: Væ, qui condu ges iniquas, & scribentes iniustitiam scripse vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim f rent causſæ humilium populi mei, vt essent v pręda eorum, & pupillos diriperent. Quid a facietis in die visitationis, & calamitatis de l venientis? Ad cuius confugietis auxilium? Et derelinquetis gloriam vestram, ne incurv sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Et

Iaco. 2.

Iacobus: Iudicium, inquit, sine misericordi qui non fecerit misericordiam. Item Psalmo

Psal. 108.

phus: Fiant, qui sunt huiusmodi, cõtra Dom semper, & de terra dispereat memoria eor propterea quòd non sunt recordati facere m ricordiam: sed persecuti sunt hominem in & mendicum, & dolentem animo, vt inter rent. Vnde & maledictionẽ dilexerunt, & v eis: & noluerunt benedictionem, & elonga ab eis. Et quia induerunt maledictionem sicu stimentum, & intrauit sicut aqua in interio sorum, & sicut oleum in ossibus eorũ, fiet m eis sicut vestimentum quo operiri solent, & zona, qua semper pręcinguntur.

Oppressores pauperum, quouis sicario peius hominem occidere. Pro. 28. 1. Ioan. 3.

Nec id quidem immeritò, vtpote qui q viarum grassatore peius occidant, & per hominem. Quandoquidem si is qui subtrah liquid à parente suo, dicẽs, Hoc nõ est pecca particeps efficitur homicidæ, vt autor est Sa mon: &, teste Ioanne, Omnis qui odit fra suum, homicida est: homicida verò cùm non

beat vitam æternam in se manentem: quis hunc grauioris homicidij traducendum non iure dixerit, qui non solùm alterum odio plusquam Vatiniano prosequitur, sed & nihil non molitur, quò illius crudeliter inuadat atque diripiat qualecũque possessionem? Omnis (inquit Hieronimus) iniquitas & oppressio, & iniustitia, iudicium sanguinis est. Et licèt gladio non occidas, voluntate tamen interficis. Quin & illum quouis ferro durius enecare putandus est. Si enim illum ferro & sicca peremerit, illi vni tantummodo vitam eripiet, & alioqui morituro. Si verò facultates inuaserit, eodẽ furto multos iugulabit, vtputa, vxorẽ, liberos, & familiam, quos ad famem & laqueum adigit: non tandem illi viuere malẽtes, quàm miserè viuere. Eos enim (autore Chrysostomo) qui iuxta vias insidiantur, nisi prorsus ac subitò irruerint, obseruare facillimum fuerit: qui verò in mediis vrbibus latrones imitantur, tãtò illis peiores existunt, quantò & difficilius obseruantur. Maiore enim cõfidẽtia ea ipsa audent, quàm illi qui timidi latitantésq; id tentant. Leges etenim eas, quę ad tollendam latronum malitiam latæ sunt, isti ad suarum cædium trahentes auxilia, scelestis piaculis vrbes impleuerunt. An tibi, dic oro, non videtur esse cæde peius, ad famem cogere pauperem, inque carcerem coniicere, atque ita cum fame tormentis etiam tradere, ac flagris cedere innumeris? Tametsi enim per teipsum ista nõ facias, caussam eorum tamen cùm præbeas, magis ea facis, quàm ipsi ministri. Homicida quip-

Hieron.

Chrysostomus in ca. 6. Epist. ad Rom.

pe ſimul ac ſubitò gladio percutit, breuíque
mento affligens, tormentum vltra non pro
Tu verò cùm calumniis, contumeliis, inſid
tuis, lumen illi vertas in tenebras, eóque add
vt millies mortem appetat: conſidera queſo
illi, pro vna morte inferas. Et quod omniu
peſsimum, rapinam iſtam, auarámque circu
tionem exerces, non quòd paupertate co
aut fame impellaris: ſed vt multo auro e
frænum, ædiúmque faſtigium, columnarúm
pita obducantur. Quanta quæſo gehenna
non ſunt iſta? quòd ad id vt lapides & pau
tum, corporáque brutorum animalium, om
iſtum tuum etiam non ſentientium, exorne
trem tuum, qui ineffabilium bonorum part
tecum eſt, tantóque honore à Domino tuo
tur, in mille calamitates coniicis? Canem ſum
pere curans, hominé, imò Chriſtum, propte
nem, eáque omnia quæ recenſui, in extrema
mis neceſsitatem concludis. Quid hac cófu
peius? Quid iniquitate hac grauius, Qui ad im
nem Dei factus eſt, propter inhumanitatem
deturbatus ac confuſus ſtat: & mutorum in
quibus vxor inſidet, auro plurimo ſplendent
tes, auro micant & pelles, & ligna ſubtegula
Et ſi parãda ſit ſedes, aut ſcabellum, omnia e
ro & argento parantur: membrum verò Chr
is ſcilicet, propter quem Chriſtus è cœlis ad
ſanguinémque precioſum fudit, neceſſario e
alimento, propter tuam auaritiam potiri ne
Lectícæ tuæ vndiq; ſunt obornatæ: corpora

Pauperum oppreſſores non inopia aut fame ad rapinã duci, ſed ambitione ſola.

ctorum interea vestimento necessario priuantur: atque ita Christus ipse omnibus tibi & seruis & mulis, & lecticis, sede, pedum etiam scabello, vilior factus est. Quò fit rursus vt brutis ipsis non habeamus nos melius: sed multò etiam peius. Illa siquidem cognata diligunt, & naturæ communicatione, ad mutuam dilectionem permouētur. Tu verò licèt cū natura innumeras acceperis occasiones, quæ ad domestica membra coniungunt & astringunt: vtpote quòd à Deo pariter cum illis honoratus es, quòd in pietatis religione participas: quòd innumeris bonis simul communicas: brutis tamen sæuior factus, multam diligentiam rebus inutilibus impendis: templa verò Dei & fame, & nuditate pereuntia despicis, imò sæpenumero mille malis affligis. Quòd si gloriæ amore captus ista facis, oportebat ad acquirendam gloriam, magis fratris, quàm equi rationem habere. Quātò siquidem præstantior est, qui beneficio tuo fruitur: tantò etiam illustrior tibiipsi studij corona texitur. Nunc verò cùm in contraria incidas, innumeráſque aduersum teipsum accusationes contrahas, nihil tamen horum omnium sentis. Quis enim tibi non malediceret? Quis te non extremæ crudelitatis, velut ipsius humanæ naturæ osorē accusabit, quum viderit te humanum genus dehonestantem? bruta verò, & cum brutis domum ac suppellectilem, hominibus præferentem? Non audîsti Apostolos enarrātes, quomodo primi credentiū sermonem amplectētes, & domos vēdiderunt & agros,

Brutis ipsis non inhumaniores esse.

Apostolorum charitas in pascendis fratribus. Act. 2.

vt fratres pascerent? Tu verò & domos ra
agros, vt equos exornes, & ligna, & pelles, &
rietes, & pauimentum. Et quod grauius est
solùm viri, sed & mulieres hanc insaniam
niunt: viróque blanditiis delinitos, ad ina
In mulieres fatuas. operam inducunt, vbique sumptus facere co
tes, magis vbi non est opus, quàm vbi nec
exigeret. Et si quis illas, propterea culpaue
pologiam, id est, meditatam defensionem co
stim instituũt, plenam querelis, & accusatio
multis: iam ista, iam illa fieri causantes. Quid
horres talia causando? nõ horres quòd Chri
pauperem & equis, & mulis, & lecticis, imò &
dum scabellis annumeras? Quin neque pa
cum istis nugis Christum coniungis: sed ma
etiam partem ipsi, Christo verò vix mini
Omnia nostra, Christi esse. impendis. An ignoras quòd omnia, & tu, & q
quid habes, illius sunt? An ignoras quòd
pus tuum ipse formauit? quòd animam la
est? quòd ornatum hunc omnem ipse co
buit? Tu verò ne minimam quidem retrib
nis gratitudinem illorum gratia rependis:
etiam si habitatiunculam quampiam loca
multa vehementia censum exigis. Quum, ita
creaturam omnem in vsum acceperis, tãtum
orbem inhabites, nihil mercedis, ne minim
quidem reddere sustines: sed inani gloriæ
tuáque omnia pariter dedicâsti. Et item
Hactenus Chrysostomus.

Execratio direptorũ Vis autem nosse qua benedictione cumul
qui sunt huiusmodi? Audi quid de illis dicat

pheta. Pro eo, inquit Amos, quòd diripiatis pauperem, & prædam electam ab eo tollatis, vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra: hostes iusti, accipientes munus, & mendicorum iudicium peruertentes. Et item de fœneratoribus. Audite hoc, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes: Quando transibit mensis, & venundabimus merces: & sabbathum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas: vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quisquilias vendamus? Iurauit Dominus per celsitudinem suam, quæ est in superbiam Iacob, si oblitus fuero vsque in finem omnia opera eorum. Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitatio eius, & ascendet quasi fluuius vniuersus, & eiicietur, & absorbebitur quasi riuus Ægypti? huc vsque propheta. Cuius quidem extremis verbis meritò sugillantur, qui turpis cuiusdam lucri gratia refugientes (vt verbo diui Ambrosij vtar) diuinæ præcepta legis, in fraudem conuertunt naturæ industriam, affectant inopiam, optant sterilitatem, flent publicam fertilitatem, explorant quando sterilior prouentus: atque demũ captant tanquam latrocinij tempora, quibus in viscera hominum duri insidiatores obrepant: verius hac re eos occisuri, quàm quouis læthali veneno tincto mucrone. Quorum sanè improbitate,

Christi pauperum. Amos, 5.

Ibid. 8. In fœneratores & vsurarios.

Fœneratorũ execratio.

Vsurariorum descriptio.

Impiorum huius tempestatis hominũ germana descriptio.

quum hic totus orbis scateat, sed & quisque hoc seculo patrem & matrem (vt est apud Ezechielem) contumeliis afficiat, aduenam calumnietur, pupillum & viduam contristet, sanctuaria Dei spernat, ac sabbatha polluat: Adhæc desint viri detractores, & fraudulenti ad effundendum sanguinem, & qui vsuram & superabundantiam accipiant, & auarè proximos suos illumnientur: Tum denique velut æs & stannum & ferrum, & plumbum, in medio fornacis Babylonicæ existentes, scoria argenti facti sint: Quid mirum si, quum conuersi sint in scoriam, itaque admodum congregatur argentum, & reliqua metalla, priusquam succendatur ignis in fornace conflandum, sic eos Deus noster in furore suo congreget, & in ira sua requiescat, & conflet, ac demum effundat indignationem suam super eos cõsumátq; igne iræ suæ? Si viam eorũ in caput eorum reddat, quò sic vel tandem illum rerũ omnium moderatorem cognoscant vexationem intellectum spiritui, qui eum factis negant, que potissimùm quum vnumquemque incubere videat, & pro virili anniti, vt more leonis giẽtis ad prædam, alterius animã deuoret: opes gloriã captet: viduas electi populi sui multiplicet in medio eius? Atq; imprimis Sacerdotes eius contemnant legem suã: polluant sanctuaria sua: inter sanctum & prophanum non habeant distãtiam & inter pollutum & mundum non intelligant: à sabbathis suis auertant oculos suos? Deinde nobiles in medio eius sint velut lupi rapiẽtes præ-

Alluſio nõ pœnitẽda.

Sacerdotes.

Nobiles.

ad effundendum sanguinem, & ad perdẽdas animas,& auarè sectanda lucra? Adhæc prophetæ liniant eos absque temperamento, vidẽtes vana,& diuinantes eis mendacium,dicẽtes:Hęc dicit Dominus Deus:quũ Dominus non sit loquutus?Postremò populus & vulgus promiscuũ aliena occupent bona,& rapiant violenter egenũ,& pauperẽ affligant,& aduenam opprimãt calumnia absque iudicio? Quũ,inquam,hac tempestate,omnia hæc penes Christianos quoslibet,charitatis porrò prorsus oblitos, passim reperire liceat: adeò vt nunc Deus meritò possit cõqueri, se quæsisse ex eis virũ qui sepẽ interponeret, ac statueret se in rupturam cõtra se pro terra, ne disiparet eam, nec quidem inuenerit: hinc nemini mirum esse debet, si tam variis excruciemur anxietatibus & incommodis. Quandoquidem quę patimur omnia,hinc oboriri necessũ est, hoc est,à charitatis, vniuersa quęq; pace stabili conseruantis,auersione. Ab ea porrò auersi, alienatiq; ab ipso vicissim Deo nos excidere atq; elõgari necesse est:quippe qui, D.Ioanne teste,sit ille ipsamet charitas. Deꝰ,inquit,charitas est:& qui manet in charitate,in Deo manet, & Deus in eo. Quod verò queat nemo charitati inhęrere,id est,ipsi Deo,nisi pariter illius obsecũdet præceptis,ex suis apud eiusdem Ioannis Euãgelium vltro habitis sermonibus, perspicuè constat. Ait autem ille: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et rursus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus,& mansionẽ apud eum faciemus.

Prophetæ, quid, & concionatores.

Vulgus promiscuum.

Deus charitas.

1. Ioan. 4.

Ioan. 14.

E regione, qui non diligit me, sermones meos non
seruat. Cui sententiæ affinis est & illa Sapientis:
Eccle. 2. Qui timent Dominum, non erunt incredibilia
verbo illius: & qui diligunt eum, conseruabunt
ipsius. Et item: Qui timent Dominum, inquit,
quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum,
plebũtur lege ipsius. Haud dubiè quin charitas
Ex quo quidem colligere est, Deum ipsum ch
tatem esse: quam qui negligit, fieri vicissim
Psal. 110. posse, vt ipsum casto cum timore (qui initium
Eccle. 1. pientiæ dicitur) diligat. Deúmque diligere &
Deũ nosse, est eius obseruare mandatis. se, nihil esse aliud, quàm huic charitatis legi
perare: quod & rursus idem Ioannes his v
1. Ioan. 2. comprobat. Scimus, inquit, quoniam cogn
Christiani hominis nota. mus Deum, si mandata eius obseruamus.
perinde est ac si diceret: Certissima Chri
hominis nota est, scire & cognoscere Domi
hoc est, mandata eius obseruare. Germana q
Dei cognitio in hoc consistit, vt re ipsa Chr
nos nos esse commonstremus: hoc est, vt vo
des nostra habeat inuictam & perfectam ch
tatem sibi annexam: adeò vt neutra ab alter
aliter separetur, quàm lux, illuminatio, & cal
inuicem. Hãc qui habet cognitionem, itidem
bet & notam Christianismi, & pignus spi
in corde suo obsignatum spiritu promissi
sancto: ex qua vtique & mandatorum obse
tio subsequitur. Qui enim se dicit nosse Deum
mandata eius non custodit, mendax est, &
eo veritas non est. Quò fit vt auersio à Dei m
datis, contraria sit Dei cognitioni: vtpote q

qui huiusmodi fuerit, planè mentiatur, ac veritati ex diametro aduersetur: nō secus atque is, qui respondens & verba pronuncians, ait se non loqui, & vocem non emittere. Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est, id est, amicitia, societate, & fœdere, Deo iunctus est, indéque verè fidelis & perfectus. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. At qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Quomodo verò ille ambulauit? Vis nosse quomodo? Audi hoc ipsum de se prædicantem: Nemo tantam habet charitatem, vt animam suā ponat quis pro amicis suis, Quam sententiam corroborat & Paulus, cùm Romanis in hūc modum scribit: Commēdat, inquit, charitatem suam Deus erga nos, quoniā cùm adhuc peccatores essemus secundum tempus à patre vtique conditū ac præfinitū, Christus pro nobis impiis & peccatoribus mortuus est. In quo quidē Dei & bonitas & charitas mirum in modum se exerit, quòd charissimū suum tradit pro inimicis, filium vnicū pro seruis, optimum pro pessimis atque nequissimis. Neque verò quantū, quāq; eximiū sit hoc Dei munus facilè quisquā intellexerit, nisi qui reputauerit humanitatē ipsam Christi charioré esse Deo, cęteris omnibus rebus cōditis. Quod ex æstimatione & pretio corporis cuiusq; nostrū facile fuerit coniicere. Cuncta enim dabit homo pro vita sua, sicuti legimus apud Iob. Quis ergo tātā charitatē erga nos, vt pro nobis mortē oppetierit iustus pro iniustis, filius pro seruis, satis dignis laudibus extule-

Charitas perfecta.

In Christo manere, quid.

Ioan. 15.

Rom. 5.

Charitas & bonitas Dei.

Iob 2.

rit? Quis non diligat tantam bonitatem? qui
1. Ioan. 4. redamet talem amorem? In hoc, inquit I
nes, apparuit charitas Dei erga nos, quoni
lium suum vnigenitum misit Deus in hunc
dum, vt viuamus per eum. In hoc est charit
quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam
prior dilexit nos, & misit filium suum pro
tionem pro peccatis nostris.

Beneficia quæ habemus à Christo.

Habemus itaq; in Christo non solùm sal
cõciliato nobis patre, sed & exemplum vitæ
tium incommodorum, atque doctrinã for
moribus. Quibus quidẽ muneribus, quid am
dari nobis potuit, aut maius? dicat aliquis, i
addi potuit. Sed nemo certè inueniet. Gẽn
tis illius & tormenta, si quis recolat, cuncto
fecto corpore & animo cohorrescet, & m
tione, vel in latrone, & seditioso, & incend
quantò magis in ipsa eadẽ bonitate, vnde m
Vbi quidem quantum esset à nobis amandu
plexandus, venerãdus, plus satis indicauit. H
1. Pet. 2. Psal. 118. itaque via, quã nobis ille prę iuit, nobis (inqui
tus) relinquens exemplum, vt sequamur v
Via, quam nobis præiuit Christus. eius: si quidem velimus, vt ipse cor nostrum
dilatet, & in ipso maneamus, & ille in nobis
quilla pace fruentes. Iuxta quod idemidem
cõmonefaciebat Ephesios D. Paulus: Estote
Ephes. 5. bat) imitatores Dei, sicut filij charissimi, & am
late in dilectione, sicut & Christus dilexit no
tradidit semetipsum pro nobis oblationem
hostiam Deo, in odorem suauitatis. Et item Io
1. Ioan. 4. nes: Charissimi, inquit, si sic Deus dilexit

& nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quòd in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Si quis autem diligere Deum se passim iactet, & fratrem suum oderit, mendacij reuincitur. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt quotidie: Deum, quem non videt, quomodo quęso diligere potest? Nimirum quum potissimùm demãdatum habeamus à Deo, per hanc vniuersorum põdere, numero, & mẽsura gubernatricem legem, vt qui diligit Deum, vicissim diligat & fratrem suum. Vt quemadmodum summam illam trinitatis vnionẽ conseruat & cõnectit charitatis coagmẽ: ita vinculo quodam mutui amoris homo copuletur cõsocietúrq; homini, qui ad imaginẽ Dei factus est. Ad quod etiam amplexandum & hac ratione adduci debet. Vt cùm verissimum sit, ineffabilem illam trinitatem tanti duxisse hominẽ, vt eius gratia mundum condiderit, & rebus omnibus à se factis præfecerit: ipsum autem fecerit propter se, tanquam diuini templi antistitem, speculatorem operũ, rerúmq; cœlestium: vtique iustissimũ est, non solũ eum, qui tãta pręstitit, Deũ colere, sed & hominẽ diligere, qui sit nobiscũ diuini iuris societate, & contubernio coniunctus. Nec enim fas est cultorem Dei, à Dei cultore violari & opprimi. Quũq; inter homines (vt verbis vtar pij illius Ludouici Viuis) tãta sit cognatio similitudinis in corpore, & toto animo, simúsq; oẽs pari iure in mũdũ

Charitas trinitatis coagmen.

Ludouicus Viues, lib. ad Sapiẽtiæ introductionẽ.

inuecti,ad societatem,& vitæ communionem
cti:ad hanc conseruandam, lex est à natura p
clamata, ne quis alteri fecerit, quod sibi fie
nolit. Hoc vnum instaurator ille naturæ col
suum esse dogma professus est, sed explicatu
illustratum. Nam vt humanã naturam ad simi
dinem Dei, quoad eius fieri potest, sublatam
omnibus numeris consummaret, non mod
tuum amorem imperauit, sed eorum quoque

Inimici etiam diligendi.

nos oderunt. Vt simus cœlestis patris similes
suos quoque inimicos amat: quod declarat, be
ficiis illos prosequẽdo,& quidem maximis. A
vt hominum ingenium ita esse velit, vt benef
in se illos velint, etiam in quos ipsi sunt male

Mat. 5.

Diligite, inquit, inimicos vestros, benefacite
qui oderunt vos, & orate pro persequentib
calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri
in cœlis est: qui solem suum oriri facit super

Ad quem finem homo conditus est.

nos & malos,& pluit super iustos & iniustos
enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam me
dem habebitis? nónne & Publicani hoc facu
Et si salutaueritis fratres vestros tãtùm, quid
plius facitis? nónne & Ethnici hoc faciũt? Es
ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœle
perfectus est. Vbi quidem videre est, ad quem
nem sapientissimus ille vitæ nostræ magister
autor nos condiderit,& in quo nos velit eius
tatores esse, quò eius perfectionem assequam
cùm videlicet nobis dedit vnicum ad viuend
documentum, vt amemus: gnarus vtique vi
nostram, si id præstaremus, fore fœlicissim

nec aliis quidem opus esse legibus. Cuius alioqui documenti solidum & veracissimum exemplar quod oculis nostris ad imitationem proposuit, sunt ipsius actiones. Venit enim Dei filius, non vt verbis modò, sed exemplo vitæ suæ rectam nos doceret viuendi rationem, vt illustratis sole illo suo animis nostris, apertè qualis quæque res esset cerneremus. Primùm (inquit idem Viues) exercitus per omne genus patientiæ, quantam ostẽdit animi moderationem, in quãta patientia? impetitus tot tamque grauibus contumeliis, nemini remaledixit: tantùm docuit viam Dei, aduersam detestatus. Vinciri se est passus, qui mundum euertere vel vnico poterat nutu. Calumniam quàm patienter tulit? Denique sic gessit sese, vt nemo in eo potentiam nouerit, nisi ad iuuandum. Rex & Dominus vniuersorum, per quem fecit pater hũc mundum, quàm æquè tulit æquari se infimis mortalium? Et propriam sibi domum, & charis suis ministris deesse alimenta? Cõditor, rectórque naturæ, malorum naturæ nostræ expers non fuit, esuriit, sitiit, delassatus fuit, & mœstus: quorsum hæc, nisi ad exemplum nostrum? Tam amicus pacis, concordiæ, charitatis, vt nullum vitium magis sit insectatus, quàm superbiam: & quæ illiuc oriuntur, arrogantiam, ambitionem, contentionem, dissidia, simultates. Ostendens nihil esse, cur quis vel ab externis sibi quicquam arroget, vel a corporeis, quum sint aduentitia, & aliena. Nec ab internis & virtute, quum à Deo dentur: & ob hoc ipsum tolluntur, quòd quis eiusmodi muneribus

Actiones Christi, nobis pro exemplari propositæ.

Christus nõ habuit in hoc seculo vbi caput suum reclinaret. Luc. 9.

sese efferat, nec fontem atque originē agn
despiciens eos, ad quorū vtilitatē hæc à Deo
pit. Et ad superbiā infringēdā, nequis tanq
subditus religioni, & seruator legis Euāgel
Luc. 16. placeat, audiuimus ab eo: Quū omnia, quæ
præcepi, feceritis, dicite, Serui inutiles sum

Quum itaque Christus vniuersum gen
minum morte sua sibi asseruerit, tantóque
de seruitute diaboli redemerit, nemo aud
temnere, nemo ludere animam, quam ita D
nus amauit, vt nihil cunctatus sit vitam sua
illo effundere. Pro vniuersis ille crucifixus
pro singulis. Ne speres illi fore rem gratam
oderis, quam ille amat. Hanc vult sibi refer
tiam, vt quemadmodum ipse Dominus no
nos nequam, & pessimè meritos amauit
nos conseruos nostros. Hîc inchoauit m
hominum inter se & cum Deo charitatem
Fundamēta beatitudinis hîc primùm à Christo iacta, sed in cælo absoluta. est, humanæ beatitudinis iecit fundamenta,
lo absoluit. Nemo se Christianum esse
nemo se Deo esse charum confidat, si quem
prosequitur: quū Christus nobis homines
nes cōmendârit. Hæc est vita, gratia, & lex
sti, sapientia humanum ingenium excedens
tate intelligentibus congruens: bonitate cu
alliciēs. Huic quum quis reluctatur & oppu
Lex euangelica. luctari itidem diuinæ æquitati ac bonitati
est. Qua lege rupta, atque contempta, quid
supereſſe ad tui illuminationem fulgoris po
Lucerna Christiana. Lucerna siquidem cuiusque est lex Euang
Psal. 118. iuxta illud regij Psaltis: Lucerna pedibus

mi Deus, est verbũ tuum, & lumen semitis meis. Et Salomon: Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ, atque increpatio disciplinæ. Si ergo illam nõ extinxeris, sed, quemadmodum docet Petrus, animam tuam castigans in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde alterum attentius dilexeris, totum corpus suum lucidum erit, & quasi lucerna fulgoris illuminabit te: quò tandem eruas animam tuam de morte, & pedes tuos de lapsu, vt coram Deo placeas in lumine viuentium. Sed si adeo nequam fueris, vt eo lumine contempto, tete inferas, communicésque operibus infructuosis tenebrarum, & non, vt filios lucis addecet, ita ambules, vt illius fructus totis viribus carpas & amplexeris, qui versantur circa bonitaté & iustitiam, & veritatẽ: totũ corpus tuum, tenebrosum erit. Sicque (teste Iob) tua lucerna, qui impius sis, extinguetur, & superueniens in te inundatio, dolores diuidet in te furoris sui. Porrò si lumen, quod in te est, aut esse debet, tenebras feceris, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Qui, inquit, diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum & offensio in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcœcauerunt oculos eius. Per diem vtique (vt Iob loquitur) incurrentes tenebras: & quasi in nocte, sic palpantes in meridie. Vbi quidem apertissimè insinuatur, quantis tenebris inuoluantur illi, qui charitatis legi non assentiunt: indéque quantùm inimici Dei

Pro. 6.
1. Pet. 1.
Mat. 6.
Luc 11.
Psal. 55.
Ephes. 5.
Fructus lucis.
Iob 21.
1. Ioã. 2.
Iob 5.

constituantur, iuxta illud eiusdem legis conditoris. Qui non est mecum, inquit, contra me est. Et qui nō colligit mecum, dispergit. At vnde inimici, ac dispersores? Quia (inquit Isaias) conculcatum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit. Et quia (ait alibi) corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prædæ patuit. Quod videns Dominus, malum apparuit in oculis eius, quòd nimirum non esset iudicium: & vidit quòd non esset, qui interpellaret. Non ergo auxiliaretur brachium eius? aut quem iustitia sustineret? Idcirco indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli: sicut ad vindictam, & quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis. Inimici namque Domini (autore Psalte) mox vt honorificati fuerint, & exaltati deficientes quemadmodum fumus deficiunt. Si quid Isaiæ credimus: Inimicos suos Dominus in tumultum verter.

Inimici Domini. Mat. 12. Isa. 9.

Ibidē. 59.

Non immeritò nos multis calamitatibus affici.

Psal 36.

Atqui, cùm huius tempestatis homines [illegible] iusmodi, nónne hinc facilè perpēdere licet, [illegible] iustam vltionem de eis capiat æquus ille [illegible] arbiter, quámque meritam illis ceu suis hostibus reddat pensationem, quum variis calamitatibus sinit eos affici? Vtpote quorum vsqueadeo [illegible] tiplicatæ sunt iniquitates ante se, & peccata [illegible] sciant solùm in eum mentiri & peccare? Sunt [illegible] ab eo ita auersi, ne à tergo illum sequantur, [illegible]

Isa. 59.

tùm loquantur calumniam & transgressionem? Quoniam enim iusto libramine, iustáque censura,& arbitrio, fieri possit, vt legis promulgatores tam impias,tamque iniustas,quales hoc seculo in suæ legis contemptum factitant isti,ferat ac toleret? Non protinus inde intendat supplicium? non mox irroget verbera? mentes peruicaces nõ statim retundat? Supercilium, & altitudinem oculorum,non deprimat? Porrò humanas præceptiunculas si quis infringat,& in eas,quas Euangelicis in literis tantopere insectatur Christus,hominum doctrinas, cõmentitiásque ratiunculas, si quis qd moliatur,piaculũ creditur,&penè ineluibile crimen: tametsi,diuo Augustino teste, inanis sit illa censura, quæ diuinæ legis imaginem non gerit. Et Deus æquissimus ille rerum moderator & iudex,tam impiis tamque insyncer is huius seculi mortalibus, tam audacter, tamque impurè regalem eius immaculatámque legem contemnere,infringere,conspurcare nõ verentibus,nihil quæso supplicij irrogabit? Nulla ferè amplius,aut quàm minima cernit penes illos,qui se eius veros cultores profitentur, vigere pietatis opera: fidem paulatim deficere: eius timorem de medio sublatum: periisse de rebus iustitiam: & æquitate sublata, vbique dominari violentiam: fraudem, dolum,& circunuentionem latè inuoluisse vniuersa: virtutem denique omnem locum vitio dedisse,& cessisse quasi inutilem,omni malitia in quorunc ũque mortalium pectora subintrãte: & nihil mali inde illis immittet? Læsam maiestatẽ regiam

Ab humanis præceptionibus argumentum.

Augustinus.

vlciſci fas eſt: repetũ darũ accerſitus, pœna plec-
tur atroci: à regibus & principibus condita
ges cõtenere, impunitũ nõ it: & qui diuinas
xerit, pœnas non luet? Hoc profectò ab æqu
& iuſtitia prorſus foret alienũ, quũ de eo ſcr
Pſal.10. ſit, Quoniã iuſtus Dominꝰ, & iuſtitias diligit
tatẽ cernit vultus eius. Legimus ab eo quon
Leones miſſi à Deo in Samariam, qui occiderent eos, qui diuinas leges ſpernebãt. uos leones in Samariã miſſos fuiſſe, qui eos
derẽt, qui ex diuerſis vrbibus aſciti, ad terra
quam promiſsionis vocant, incolendam, à Sa
naſaro Aſsyriorum rege miſsi fuerant: propt
quòd legitima & ritus terræ ſectandos ignor
diuina pacta inſuper Iſraelitis præſcripta a
rentur: ſuo tantùm inculto ac barbaro mor
4.Reg.17. re cupientes. Pari ratione nemini mirum v
debet, ſi non leones, vel pardos (quanquam
ſtro ſeculo viſi fuerunt, qui eam ob rem m
necârunt) ſed leonibus ipſis plerumque ſeu
res, immanioréſque hoſtes nobis immitta
de noſtra veſania pœnas ſumant: nẽpe qui
illam, quæ Iſraelitis quondam data eſt, leger
tam facilẽ, tãque ab omni prorſus rigiditate
nam, tanta cũ cõtumacia & ſupercilio floccip
mus. Etenim quotũquẽque hac tẽpeſtate re
Iſa. 33. ris, qui (vt inquit Iſaias) verba legis põderet
ambulet in iuſtitiis, & loquatur veritatem?
proiiciat auaritiam ex calumnia, & excutiat
nus ſuas ab omni munere? Qui denique ob
aures ſuas, ne audiat ſanguinem: & claudat
los ſuos, ne videat malum? Certe perpauco
Ierc.5. uenias. Circuite, inquit Ieremias, vias Ieruſa

aſpicite,& cõſiderate,& quęrite in plateis eius,an inueniatis virũ facientẽ iudicium, & quęrentẽ fidem:& ptopitius ero ei. Quòd ſi etiam viuit Dominus dixerint:& hoc falſò iurabũt. Indéq; exclamans:Domine,inquit, oculi tui reſpiciunt fidem. Percuſiſti eos, & nõ doluerunt:attriuiſti eos,& renuerunt accipere diſciplinam. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Ego autem dixi,forſitan pauperes ſunt, & ſtulti,ignorantes viam Domini, & iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerunt viam Domini,iudicium Dei ſui. Et ecce, magis ij ſimul confregerunt iugum; ruperunt vincula. Idcirco percuſsit eos leo de ſilua, lupus ad veſperam vaſtabit eos, pardus vigilans ſuper ciuitates eorum. Omnis qui ingreſſus fuerit ex eis, capietur: quia multę ſunt prævaricationes eorum, confortatæ ſunt auerſiones eorum. Et non dixerunt in corde ſuo, Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & ſerotinam in tempore ſuo, plenitudinẽ animæ meſsis cuſtodientẽ nobis. iniquitates noſtrę declinauerunt hæc, & peccata noſtra prohibuerunt bonum à nobis. Quia inuenti ſunt in populo meo impij, inſidiãtes quaſi aucupes,laqueos ponẽtes,& pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus: ſic domus eorũ plenæ dolo. Ideo magnificati ſunt & ditati,incraſſati ſunt & impinguati,& prętierierunt ſermones meos peſsimè. Cauſsã viduę nõ iudicauerũt,cauſſam pupilli non direxerũt: & iudiciũ pauperũ nõ

Omniũ noſtrùm deſitia & obſtinatio.

Animaduertãt hæc optimates.

Hominum cæcitas & incogitantia.

iudicauerunt. Tuum protinus eorum exitu & perditionem significans: Nunquid (ait) super his non visitabo? dicit Dominus: aut super gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea? Stupenda mirabilia facta sunt in terra: prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius? Hactenus Ieremias. Cui astipulatur & Sophonias, in hęc verba: Principes eorum in medio eius quasi leones rugientes. Iudices eorum, lupi vespertini, non relinquebant in mane. Prophetæ eorum vesani, viri infideles. Sacerdotes denique eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem: & Dominus iustus in medio eorum non faciet iniquitatem? Hoc est, non eis tantundem mali inferet, quantum in illum iniquè egerunt, & iram concitauerunt? Eorum crimina non vlciscetur? Non vindictam sumet de iis, qui religionem suam quotidie corrumpunt? Maximè profectò Deus etenim, teste Nahum propheta, æmulator est, & vlciscens Dominus in hostes suos, iram reseruãs inimicis suis. Dominus patiẽs, sed magnus fortitudine, & nemini parcens, ostẽdit nemini esse innocentem.

Prophetæ Sacerdotes, & Populus.

Soph. 3.

Deus æmulator & vlciscens in hostes suos.

Nah. 1.

Quibus quidem sententiis, nihil aliud videtur ostendere prophetæ, quàm quantũ acriter ad eos Deus vindicet, qui suæ legis obliti, nihil nisi impia agunt & moliuntur, vt à charitate sint longissimi. Porrò, si nobis grandia imperaret, & nostris viribus imparia, velut quõdam Israelitis: esset

de murmurare forsan liceret: vnde legi obluctã-
di ansa posset arripi: tametsi quoquomodo tolerã
da, vtpote discipuli & serui parere edictis didasca
li coacti. Tu enim quis es (inquit Paulus) qui Deo
respõdeas? At nunc qui sermone vnico, quò sanè
breuiori, hòc & factu faciliori, nẽpe tribus literu-
lis cõstante, videlicet Ama, suã legẽ voluit metiri:
eidẽ renitẽtes acrioribus suppliciis nõ mulctabit?
Quò spectat & illud Samuelis, cùm nequissimum
illum regẽ Saulẽ obiurgaret: Nũquid capit Do-
minus holocausta & victimas, & non potius vt
obediatur voci eius? Melior est enim obedientia,
quàm victimæ: & auscultare, magis quàm offerre
adipem arietum. Quoniam peccatum quasi ario-
lãdi est rẽpugnare: & quasi scelus idololatriæ, nol
le acquiescere. Quemadmodum & Dauid execra
tionem illis imprecatur, qui in diuinis præceptis
non perseuerant. Maledicti, inquiens, qui decli-
nant à mandatis tuis, ô Domine.

Lex Euangelica tribus tantũ literis cõstat. 1. *Reg.* 15.

Psal. 118

Quò fit vt cum Sapiente cõcludendũ veniat, in
hoc legem cõstitutã esse, vt si velis mandata ser-
uare, sint eadẽ te etiam, conseruatura: iuxta illud
eiusdẽ constitutionis, quod se roganti adolescenti
cuipiã respondit: Si vis ad vitam ingredi, serua mã
data: vtputa, Non homicidiũ facies: Non adultera
bis: Non facies furtum: Non falsum testimoniũ
dices: Honora patrẽ tuum & matrẽ: Diliges pro-
ximum tuum, sicut teipsum. Sin secus egeris, no-
ueris te itidẽ nullas non incursurum calamitates
& miserias, mortem denique ipsam: vtpote quòd
eisdẽ mãdatis te deducẽtib⁹, sint ante te cõstituta

Seruanti diuina præcepta, vita promittitur, negligenti mors. *Eccl.* 15. *Mat.* 19. *Exod.* 20.

vita & mors,bonũ & malũ: vt quodcũq; istorũ tibi arriserit,deligas & amplexeris. Si vitam meam præoptes,huic charitatis legi obsecundato, & tibi bene succedet. Iudicato,inquit Ieremias, mane iudiciũ,& eruito vi oppressum de manu calũniatoris,ne fortè egrediatur vt ignis diuina indignatio & succẽdaris:ac nõ sit qui extingat propter malitiã operũ tuorũ. Etenim Deus noster, ignis cõsumẽs est. Si ergo volueritis,inquit ille,& audieritis me,quæ bona sunt terræ mãducabitis. Si autẽ nolueritis,& nõ audieritis me,gladius vos comedet: os enim Domini loquutũ est. Ecce vnde mors & vita,bonũ & malũ, tenebræ & lumẽ, calamitates & cõpendia,benedictio deniq; & execratio. Quæ porrò si eximi tandẽ volumus,huic charitatis legi obaudire necessum est. Si,quos patres(inquit Paulus)carnis nostræ eruditores habuimus,tã solemniter reuerebamur:quãtò magis obtẽperabimus patri spirituũ,& viuem⁹? Et illi quidẽ in tẽpore paucorũ dierũ secũdũ volũtatẽ suã erudiebãt nos:hic autem ad id qvtile est,nẽpe in recipiẽdo sanctificationem ei⁹, iuxta illud: Sãcti estote, quia ego sanct⁹ sum. Quã porrò sanctificationẽ,nõ(eodẽ teste Paulo) iciunia,nõ erogatæ opes oẽs in pauperum vsus præstãt,nec hominẽ deo gratiosũ reddũt:sola hæc præstat charitas. Si linguis,inquit,hominũ loquar & angelorũ,charitatẽ autẽ nõ habeã, factus sum velut æs sonãs, aut cymbalũ tinniẽs. Et si habuero prophetiã, & nouerim mysteria omnia,& omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam,charitatem autẽ nõ habeam

Ierem. 21.

Hebr. 12.

A patrum reuerẽtia. Hebr. 12.

Leuit. 19. 20.

1. Cor. 13.

Charitas miraculis prophetiæ, & angelorum linguis præstat.

nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Vidésne hinc, nullum charisma sine charitate perfectum esse? nullum donum sine dilectione aptũ? Quicquid enim (autore Chrysostomo) charismatis, aut doni quisque meruerit, desertum charitate non stabit. Omnia enim, quæ spiritus sanctus deuotis aut impertit, aut donat, aut charitate perficiuntur, aut sine charitate effectum nullum sortiuntur. Deniq; ipsum martyriũ sine charitate impleri non poterit, licèt charitas sine martyrio sola perfecta sit. Itaque si nec corpus ignibus traditum, & substantia donata pauperibus, nec communis sermo cum angelis, nec montes translati per fidem, sine charitate effectus habere non possunt, quid charitate sublimius esse poterit, cùm ipsa charitas Deꝰ sit? Adeò vt si iam quid illi comparaueris, parum sit: si quid sociaueris, minus sit, dum charitas Deus est, cui comparabile nihil est. *Chrysosto.*

Hunc igitur si habueris, omniũ virtutũ decore adornatus es, apicẽ omnis perfectionis cõscẽdisti; omnia habes, neq; quicquã humanis sensibus deseruiẽs habes, nihilque cùm fuerit, nihil deerit tamen: vtpote quæ tota in habitu animi consistat. Nec votis petitur: quippe quæ, autore Sapiente, indefessa custos diuinarum legum sit: sed in pectore Christiana philosophia prædito nata, factis Christo dignis enitescit. Nullo, aut quàm minimo vocis ministerio fulta, nullo vsu literarũ indiget; *Sapien. 6.*

quippe quæ totius legis, propheticorúmque oraculorum vim complectatur atque comprehendat, tacitis & occultis viribus adoptiuorum Christi filiorum animis irrepens, & illabēs. Illa (inquit suprà adductus Chrysostomus) si in hominum animis regnet, tāta est nobis allatura bona, vt nullis legibus, non forensi strepitu, non pœnis, non supplicijs, non re vlla huiusmodi fuerit opus. Nam si mutua se charitate omnes complecterentur, quis sit iniuriæ locus? Pugnæ, bella, cædes, seditiones, rapinæ, fraudes, & mala protinus omnia, imò omen etiam ipsum malorum eliminaretur. Adeò vt arrabo meritò emerendæ fœlicitatis dici possit. Atque hæc vis est charitatis mirādæ, quòd bona quidem cætera omnia, vitij quiddam admixtum habent. Vt qui nil sibi reliquum pro Christo abiecit, est vbi ob hoc turgeat tamen: linguarum peritus, arrogantia laboret. Qui videri humilis vult, est sæpe cùm ob hoc ipsum, intus multò altiora sapit. Charitas verò id genus omnibus malis caret. Est ea muro firmior, adamante solidior, & si quid aliud cōmemorare indomitum potes: omnia vi sua charitas vincit. Hanc contrà non ope, nō paupertas quicquid potest. Imò ne sit paupertas quidē, aut opum excellētia: si qua charitatis scintilla extaret, bona quidē rerum illarum desiderem⁹: hinc quidē copiā, istinc verò securitatē. Nec habēdi sollicitudinē, nec paupertatis metum vllum perferremus. Hactenus ille. Charitas (inquit Paulus) patiens est, benigna est. Ea nō invidet, non agit perperam, nō inflatur, non est ambitiosa,

Charitatis encomium ex diuo Chrysostomo in cap. 13. ad Corinthios Epistolæ primæ.

Charitatis descriptio. 1. Cor. 13.

bitiosa aut procax: non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: nō gaudet super iniquitate, cōgaudet autē veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquā excidit, siue prophetiæ euacuabūtur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Charitas nunquā cessat, vbiq; prodest, vbiq; est vsui. Nunquā diligētibus Deum intermoritura est, æternū perseuerat, etiam in vita futura: sed rēliqua dona abolebuntur. Siquidē in vita futura quilibet Deū apertè cōspiciet: non erūt illic qui prophetēt, aut linguis loquātur, ad reuelanda Dei mysteria. Erit náque Deus omnia in omnibus. Quare si vis esse perfectus, hāc habe. Si enim hāc habueris ex puro animo, fidéq; non simulata prodeuntē, legem omnem implēsti. Sed & more sapientissimi illius Biantis (cuius sapiētia diuturnior est inter homines, quàm patria Priene fuit) omnia tecum portas: pectore quidem illa gestans, quæ nō humeris, nō oculis, sed animo videri & æstimari debent: & quæ deniq; domicilio mētis intercluſa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari possunt. Ea sola est, quæ pium hominem, & doctū reddit, tametsi quaslibet alias mēte teneat artes vel sciētias. Hæ siquidem vt politiora, sed vt non meliora fiant ingenia, faciunt: quoniam quidem sola virtus nascitur magis, quàm fingitur. Conducent quidem illæ ad pietatem, ita si quidem in hanc te extendas, & vtare. Sed si frui cœperis, pietatem omnem semel extinguit: quippe quòd litera, Paulo dicente, occidat: spiritus autem sit, qui viuifi-

Biantis sapientia, eius patria diuturnior.

Scientiæ politius reddūt ingeniū, non melius.

2. Cor. 3. cet. Nec vllum operæprecium est, si quis d
plinas perdiscat, ni simul & vitæ rationes a
quod est optimum, ad hanc nimirum charitat
accommodet, atque componat. Quæ alioqu
in manentibus præsto est, ita fugientes non d

Ephes. 5. rit. Quò fit vt huius gratia flectat Paulus g
sua ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex
omnis paternitas in cœlis, & in terra nomina
vt tãto thesauro sui impertiãtur. Illa similiter

1. Pet. 3. armatos volebat Petrus, cùm eos in hũc mod
hortabatur: Estote in fide omnes vnanimes,
patientes, fraternitatis amatores, misericor
modesti, humiles: non reddentes malum
malo, nec maledictum pro maledicto: sed c
trario benedicẽtes, quia in hoc vocati estis, vt

Ibid. 4. nedictionem hæreditate possideatis. Et aliqua
infrà: Estote prudẽtes, & vigilate in oration
Ante omnia autẽ mutuam in vobismetipsis
ritatem continuam habentes: quia charitas
rit multitudinem peccatorum. Hospitales
cem sine murmuratione. Vt quisque accepit
num, ita alius in alium illud ministrãtes, sicut
ni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si
loquitur, loquatur quasi sermones Dei: si
ministrat, tanquam ex virtute, quam adminis
Deus: vt in omnibus honorificetur Deus
Iesum Christum, cui est gloria & imperium
secula seculorum. Amen.

A supradictorum excellentia exclamatio.

O magnum igitur, & inexuperabile charit
numen quod tantorum bonorũ caussa est, &
go! O armaturam tutissimam, qua quis

& ſpe fultus, adeò validè contra quaſlibet inimici inſidias, & aſſultus, valet atrium animi ſui cuſtodire, vt poſsit in die malo non ſolùm illi reſiſtere: verùmetiam vniuerſa illius arma aufferre, in quibus confidebat: atque in omnibus perfectè ſtare! O ſummis votis amplectendum robur, altę perfectionis vinculum, nos nõ ſolùm ad Dei cultum (vt verbis Ciceronis vtar) ſed ad modeſtiam, magnitudinémque animi erudiens, & ab animo táquam ab oculis caliginem diſpellens, vt omnia ſupera, infera, prima, vltima, media videamus! Ex vna quidẽ parte ad domeſticos fidei, in quos cupit nos Paulus potiſsimùm beneuolos eſſe ac propenſos: ex altera verò ad quoſlibet etiam inimiciſsimos, diuinæ legis funiculo protenſum. Ad illos quidẽ placidè ſeſe exerens: iſtos autẽ comiter & amicè, blandóq; trahens imperio. Tua profectò, ô bona charitas, mirabilis cẽſura, opus modis omnibus ſtupendũ, vt ſic tua ſolius opera, ſe quiſque in Deum tam propẽſo animo attollat, & eleuet. Dum alios tam fauorabili, & conſtanti beneuolentia connectis & adglutinas. Alios licèt immerentes, tam benigno vultu, frontéque tam exporrecta, vt ſeſe mutuò complectantur, compellis, & exuſcitas. Si eſurit, inquit Paulus, inimicus tuus, ciba illũ: ſi ſitit, potũ da illi: hoc enim ſi feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius. Vt illis tandem ſuccẽſis vterq; igne diuini ſpiritus & amburamini, & erga datorẽ ad illum animandũ accendamini. Tu præterea neutiquã tua mercede fraudãdus, aſſerente illo qui mentiri non poteſt:

Luc. 11.

Colo. 3.
Gala. 6.

Rom. 12.
Pro. 25.

Charitatẽ præſtantiũ mercẽs.

Mat.10. Quicunque (ait) potum dederit vni è pusillis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli, amen dico vobis, nõ perditurus est mercedem suam. Et rursus: Qui recipit prophetam in nomine prophetę, mercedem prophetę accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Quæ sanè merx qualis aut quanta sit futura si quæras, id ex Salomone obseruare poteris, cum Prou.11. inquit: Clementia præparat viam: seminanti autem iustitiam, merces fidelis. Quam explicat Isa.64. Isaias multò apertius: A seculo non est auditum, neque auribus perceptũ, neque oculus vidit præter te, Deus, quę præparâsti diligẽtibus te. Et Paulus: Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui se- 2.Cor.2. minat in benedictionibus, de benedictionibus et 2.Cor.9. metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim Eccle.35. datorem diligit Deus. Potens est autem Deus efficere, vt totum beneficium in vos exuberet, ut in omnibus omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonũ: sicut scriptũ est, Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. O verè ergo votis omnibus amplerandus charitas, quæ tanto bono constat! Lex planè immaculata, sancta, & iusta, quæ ita conuertere animas valeat eorum, qui illam exprimere in animis induxerint, vt ab his fluxis, labentibus & in puncto transituris, in Deum abducat. Verè pax erit diligentibus: vt quæ nunc non minus beneuola quàm copiosa largitione, tam expeditam viã probeat ad nanciscẽdum supernum illud æternæ

licitatis bravium, nunc beneuolentia, gratia & fauore ad conciliandum ac demerendum nobis infestissimos quosque ac capitales hostes iter exhibeat. Cuius postremi haud ignarus Philippus ille Macedonum rex, quadam epistola filij sui Alexãdri conatum, quo nitebatur quorundam Macedonũ beneuolentiã largitione potius, quàm ipsa charitate contrahere, ita increpat: Quæ te, inquit, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, vt eos fideles tibi futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui cõpulisses? A charitate sola istud præstatur. O verè regium axioma. Quis non meritò diceret, si hominem ex nominis professione non agnosceret, quin pectus illud, vnde ista prodierũt, aliqua diuinitas occupârit? Adeò christianè legis Euãgelicæ suũ vigorẽ reddidit, vt nõ posit christianus. Cùm facis (inquit Christus) prãdium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: nequando & ipsi te vicissim inuitent, ac rependatur tibi beneficium. Imò cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cœcos: & beatus eris, quia non possunt rependere tibi: rependetur autem tibi in resurrectione iustorum. Et Iacobus: Religio mũda, inquit, & immaculata apud Deum & patrem hæc est, Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Quapropter nolite (ait) fratres in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habẽs

Philippi Macedonũ regis dictum.

Luc. 14.

Vera religio.

Iaco. 1.

Personarũ acceptio vitanda.

Iaco. 2.

in veſte cãdida, introierit autem & pauper in ſordido habitu: & intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei, Tu ſede hîc bene: pauperi autem dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: nónne iudicatis apud vosmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum quarum? Nónne etenim Deus elegit pauperes hoc mũdo: diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe? Itaq; ſi legẽ perficitis regalem ſecundum ſcripturas, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, bene facitis. Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores. Vbi quidẽ ille vera religionem, & pietatem Chriſtianam, nõ nisi lùm conſiſtere innuit in miſericordia, & cuſtodia innocentiæ: ſed in contemnenda quoque æſtimatione carnali: vtpote quum non negligimus his quibus res anguſta domi eſt, & quos alioqui tãpere Chriſtus commendauit, potentium munera titulos & qualitates in pretio habentes, ſpe vel alicuius lucelli, vel gloriæ. Quod perinde eſt ac si diceret: Fides religionis fundamentum eſt: religio docet charitatem, & miſericordiam. Ergo ſi fides Domini Ieſu habetis (qui doctrina & exẽplo veritæ, miſericordiã vbique cõmendauit) non oportet vitam iſtã agatis, qua fidem cõmendãtes, charitatẽ & munificentiã in pauperes interim negligatis.

Pauperum merx, & beatitudo.

Fides religionis fundamentũ.

Charitatis effectus.

Charitas itaque ad pauperes munerũ largitionem gratuita, ad diuites beneuolẽtia, ad vtroſq; amorem mutuo ſe extẽdit, & exporrigit. Quã alioqui ſi ſequamur ducem, ſub eius vexillis militantes,

vnquã neque pœnitendũ, neq; à ratione ipsa dissonũ cõmittemus: sed summa moderatione atq; tranquillitate animi, nostra gerẽtur vniuersa: redditura tandem illa fructum pacatissimum iustitiæ exercitatis per eam. Si quidẽ in eius stadio sic cucurrimus, vt propositum brauium assequi aditamur: in memoriam reducentes interim dignum corona fore neminẽ, nisi qui legitimè certauerit. Atqui si is, qui in agone cõtendit, tanto cũ studio ab omnibus se abstinet, vt corruptibilẽ coronam accipiat: quantò nos magis conari oportet, vt immarcescibilem illam, & æternam præparatam in cœlis percipiamus? Qua ratione quidem motus D. ille Paulus, suos Ephesios obnixè obsecrabat, vt dignè ambularent vocatione, qua vocati erant, cum omni humilitate & mansuetudine, & cũ patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Haud inscius profectò fieri nõ posse, vt illi iuxta diuitias glorię Dei virtute corroborarentur per spiritum sanctum in æternum hominem, quò sanè inhabitaret Christus per fidẽ in cordibus ipsorũ, nisi fixis in charitate radicibus. Vt sic vel tandẽ se in illũ subducentes, succrescentésq;, quẽadmodum filios lucis addecet, in filios perfectos euaderent, tantisper donec pertingerẽt ad illum, qui habitat lucẽ inacceſsibilẽ. Ea nempe sola est, quæ nos viam & docet & munit illuc euolandi, vnde originẽ trahit animus noster: & quę etiamnum tãdem illuc nos prouehit, & comitatur. Qua itẽ diuina illa arcana nobis reserantur, quod ex sui expressione ferre

Hebr. 12.

1. Cor. 9.

2. Tim. 2.

A minorẽ ad maius argumẽtũ.

Ephes. 4.

Ibidem 3.

Charitas, vitæ nostrę dux.

debeamus præmium ostendens: cõtrà, quod ex
cõtẽptu dãnum reportare. Hæc sola nos red
2. Cor. 5. ad patriam facit, si quidem illius cõmodo, qui
hîc degimus, & peregrinamur à Domino, no
comparemus commodum. Huius causſa for
2. Mach. 2. veri Christiani essemus, cum fortissimis illis
chabęis totis depugnandum viribus: etiam
stes nostri die ipso Sabbathi nos aggredi &
dere conarentur: vel potius dira morte nec
quàm hanc Dei legem prætergredi. Pro hac
uiter deceret (si boni æmulatores essemus) sp
illum Goliath, cũ vniuerso Allophilorum ag
Deo viuo male precanti, quinque lapillis ex
voluptatis torrente collectis, & in funda mis
contortis deiicere: omnes denique scelerum
strorum phalangas, quibus diuinam iram in
excandescere, & sentimus, & experimur, fun
re, ac penitus diruere. Quò sic vel tandem
legi ceu principi cuipiam obaudientes, solu
illam summámque gloriam assequeremur, q
daturus est iis, qui verè eum diligunt.

Pauci hac tempestate probi. Iere. 18.

Quotumquemque verò hac tempestate
sic fultum inuenias, vt (quemadmodum est
Prophetam) vel si bene agere renuat, saltẽ q
scat agere peruersè, & reuertatur à via sua ne
dirigátque vias suas, & studia sua? Quò itidem
quum illum rerum æstimatorẽ, super malo q
aduersum nos ob scelera nostra quotidie ex
tat, & cogitat facere, pœniteat? nósque, ac re
nostrum iuxta dies antiquos ædificet, & pla
Perpaucos sanè hoc æuo repereris. Quinimò

vsque

vsqueadeò malo addictos meritò dixerim, vt non ore solùm, sed opere quoq; compleat, quod eorũ nomine ab eodem propheta dicitur: Desperauimus: post cogitationes nostras ibimus: & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Cõplures profectò hac tẽpestate reperias huiusmodi: ita vt ego ipse propemodũ diffidã, illos posse à sua stultitia, à suo scelere, à sua prauitate & nequitia, cui sunt addictissimi, pedẽ referre: indéq; adeò Deum nostrum, eam ob caussam in iram aduersum incolas terræ maximè prouolutum à nostra vexatione pro sua iustitia conquiescere. Nisi pius ille hominum plastes & fictor, qui (vt Dauid loquitur) cognoscit figmentũ nostrum, pro sua immensa miseratione & clementia, nobis suam manum auxiliarem porrigat, suúmque extẽtum brachium in nostrũ subsidiũ è cœlis deleget. Intantũ praua libidine detinẽtur omnes hac ætate, vt quisque in Deum coniurâsse videatur, & quę virtutis sunt, & Christianæ religionis, omnino refugiat, & abominetur: amplexetur autem è regione (vt est apud Prophetam) vmbras, & stringat ventos, sicque in omnium scelerum flagitia deuoluatur, & increscat. Et postea quis dixerit, nos indemnes ferre & perpeti, quæ nobis in dies obueniunt incommoda, & calamitates: & rerum euentui ascribendas censuerit. Præsertim cùm Isaias ille diuino afflatus numine nedum hæc, sed & futuram ea ratione totius orbis desolationem prænouerit, & hac luctuosa voce deplanxerit: Ecce (inquit) Dominus dissipabit ter-

Eorũ desperatio, qui suis cõcupiscẽtiis inseruiunt.

Psal. 102.

Osee 12.

Isa. 24.

Totius orbis dissipatio, ob charitatis incuriam.

ram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & dispergat habitatores eius. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione deprædabitur: Dominus enim locutus est verbum hoc. Cuius quidem rei causam subinferēs. Quia, inquit, terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Propter hoc, maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius. Ideóque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Porrò quid sit ius, aut fœdus sempiternum, ob cuius dissipationem, mutationémque, hîc cōminatur Dominus se terram dissipaturum, nudaturum, eiusque faciem afflicturum, satis elicitur ex ea Christi sententia, qua vult neminem alteri facere, quod sibi fieri nolit: & è diuerso, alteri vnumquemque facere, quod sibi vult fieri. Ea vtique sententia lectim comprehendens, legum omnium, & naturæ & Mosaicæ, & Euangelicæ summam atque exuberantiā. Alter alterius onera portate, inquit Paulus: quò sic tādem adimpleatis legem Christi. Nihil quidem ille, quoniam fieri nō potest, vt homo quisquam absque defectu (vt verbis vtar D. Chrysostomi) admonet, ne rigidi simus expensores aliorum delictorum: sed toleremus etiam proximorum defectus, vt & nostrorum tolerentur ab aliis. Sicut enim in structura domus non omnes lapides eidem habent locum, sed hic quidem in angulū accommodus, ad fundamenta non item: ille contrà, ad fundamenta commodus est, non item ad angulum: itidem sanè est in corpore, quod

Legum omnium summa.

Mat. 7.

Gala. 6.

Chrysost.

Ecclesia. Quin & in nostra carne licet idem cernere, attamen aliud membrum ab alio toleratur, nec omnia ab omnibus requirimus. Nam ex cõmuni facta collectio,& corpus & ædificium constituit. Istuc est perinde ac si diceret,exempli gratia,ille iracundus, tu somnolentus. Tolera igitur illius acrem impetum, vt vicissim ille tuam ferat segnitiem. Ita fiet, vt nec ille peccet, dum abs te toleratur:neque tu,dum in iis,in quibus molestus es,sustineris à fratre tuo. Ad hunc autem modum vobis inuicem, vbi lapsus imminet periculũ, manum porrigentes, mutuis officiis implete legem, sic vt vnusquisque quod proximo deest,sua tolerantia suppleat.Porrò nisi sic egeritis, sed quisque proximi vitam tẽdat excutere, nũquam inter vos fiet quicquã eorũ,quæ fieri decet.Vt enim in corpore si quis ab omnibus mẽbris eundem postulet vsum, nũquã cõstiterit corpus: sic & inter fratres graue bellũ erit,si ab omnibus omnia requirimus. Hactenus Chrysosto. Ea itaq; est huius legis chatatis vis,hæc iuris fœderisque sempiterni energia: nimirum vt sic adinuicem supportemus onera, ne quid alteri faciamus,quod nobis fieri nolimus: nisi variis calamitatibus & miseriis illud infringẽtes affici malumus, iuxta illud Mosaicum: Si nolueritis,inquit Dominus,recipere disciplinam,sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos auersus incedam,& percutiam vos septies propter peccata vestra, inducámque super vos gladium vltorẽ fœderis mei.Cúmque confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri,

Cuiusque defectus tolerantia.

Diuina cõminatio,in suæ legis præuaricatores. Leuit.26.

& trademini in manibus hostium, postquàm
fregero baculum panis vestri: ita vt decem
lieres in vno clibano coquãt panes, & reddãt
ad pondus: & comedetis, & non saturabimini
item reliqua.

Non itaque aliud existimaueris significare
luisse Christum, cùm nobis imperat nemini
lum inferre, sed è regione alterum alterius
ra sufferre, quò illa leuiora reddantur, quàm
iamiam pluribus explicuimus, nimirum vt dil
mus proximum nostrum æquè atque nosmet
Vera dilectio quid præstat. sos. Si enim proximum tuum vt par est dilex
haud secus illi bene voles & precaberis, atque
biipsi. Illius aduersa non minus ægreferes, &
speris adgratulaberis, quàm si tibi illa succes
Nihil ei mali probrosè inferes, crimínisq; imp
ges immeritò: sed nec quid illi iniusti facim
obiicies, cæteráq; huiusmodi permulta. Quin
ab altero quidem illi inferri aut obiici iniust
tieris: sicut noles vt quis te aliqua lacesceret
ria: aut ille aliorum dente te corrodi permitte
Ludouic. Viues. Non natio (vt verbis illius non minus pij, qu
docti Ludouici Viuis vtar) affectum hũc mi
non ciuitas, non cognatio, non profelsio,
conditio, nõ ingenium, vtpote quòd vnus sit
Mat. 6. nium pater Deus, quẽ tu edoctus à Christo q
tidie patrem compellas. Non tibi erit turpe,
trem illum habere vel etiam abiectissimum,
pauperrimum, vel pannosum, vel sentum, vel
nique squallidum, quem Deus non dedigna
filium. Si quem arbitraberis iniquo aut infe

esse in te animo, nullum laborem aut operam refugies, quò illum quacũque ratione lenias, & places tibi. Neque in ea re vel precibus, vel obsequio, vel fortunis parces, modò tibi gratiam omnium pares, celerem viam ad gratiam. Neminem irridebis, cogitans quod vni alicui accidit, posse cuiuis accidere. Verùm potius Deo gratias ages, quòd te extra eam sortem posuerit: & orabis, tũ tibi ne quid tale accidat, tum illi sic afflicto saltem remedium aliquod, vel æquum animum: & ipse subuenies, si potes. Crudelis quippe animi est, alienis malis gaudere, & non miserari communem naturam. Esto hominibus misericors, & consequêre à Deo misericordiam. Fortuna & casus humani, sunt omnibus communes, vnicuique minantur, vnicuique impendent. Hoc amore hominibus debito, nihil existimabis posse te facere aptius & congruentius, quàm si maximum bonum, hoc est, virtutem, eis procuraueris: si studueris vt omnes, si potes, vtique quãplurimos reddas bonos. Illud tuum inducens in animũ, nihil magis amori dissonũ, nihil dãnosius aut deterius te posse facere, quã si quos malos reddideris vel sensibus, vel exemplo, vel vllo alio incitamẽto. Primũ omnium & fœliciſsimum est, si ames, etiam odiosus: sed iucundiſsimum quoque est, & maximè tutum amari. Nullæ certiores opes, quàm certæ amicitiæ. Nullum potẽtius satellitium, quàm amici fideles. Solem è mundo tollit, qui è vita amicitiam. Sed vera & solida, & duratura amicitia tantummodo est inter bonos, inter quos facilè amor-

Crudelis animi signum.

Nihil malo exemplo deterius.

Vera amicitia.

Quomodo cõciliatur amicitia.

coaleſcit. Mali nec inter ſe amici ſunt, nec cũ bonis. Vt ameris, certiſsima & breuiſsima per morem via: nihil enim ſic amorem elicit, vt mor. Conciliatur quoque virtute, quæ natura amabilis eſt, vt vel ignotiſsimos ad ſe amandos inuitet & trahat. Tum etiam virtutis ſignis, ſuetudine, modeſtia, pudore, humanitate, cõ tate, affabilitate: ſi nihil vel dixeris, vel fece quod arrogantiam, vel inſolentiam, aut petul tiam, aut obſcœnitatem reſipiat; omnia ſint d cia, mitia, lenia, & pura.

Fœderis diuini efficaciſsimæ vires.

Prou. 3.

Hæ ſunt ergo huius diuini fœderis vires vel ficaciſsimæ: nẽpe vt nulli iniuriã inferas, iuxt lud Salomonis: Ne moliaris amico tuo malũ, cũ ille in te habeat fiduciam. Deinde vt nihil nõ cauſſa ſuſcipias, feras, & patiaris, modò à diuin

Ibidẽ 12.

mandatis non diſsideat. Nam, eodem Salomo dicente, qui negligit damnum propter amicu iuſtus eſt: Contrà, qui damnum infert, haud dub quin iniuſtus & nequam meritò cenſendus: ſicu

Iob 7.

illud Iob: Qui tollit ab amico ſuo miſericordi timorem Dei derelinquit. Atqui quum, eodẽ

Prou. 8, & 9. 14. 15.

Sapiẽte teſte, timor Domini ſit fons vitæ, & pr cipium ſapiẽtiæ, malúmq; quodlibet odiat, & p eũ declinet omnis à malo: per miſericordiã v & fidem purgentur peccata, nulli mirũ videri b bet, ſi qui hac tempeſtate eundẽ Dei timorẽ, m ricordiam, & fidẽ contẽnunt & deſerunt, vicis mortẽ incurrant: velut inſani & excordes feria in quelibet ſcelera, indéq; adeò mille in dies c mitatũ generib⁹ afficiãtur, infinitis deniq; belle

famis,peſtilentię,& hereſum aſſultibus totus ager Chriſtian⁹ diſturbetur. Rationi quippe par eſt & cõſectariũ,vt qui(iuxta D.Petri exhortationẽ)animas ſuas caſtigare nolint in obedientia charitatis fœlicitatis vtique & pacis matre,& cõiuge(quod aiunt)ſoſpitatoris magni Iouis:ſuæ itidẽ inobedientiæ ferant auctoramentum. Etenim,teſte diuo Auguſtino,quiſquis præceptis nõ obtẽperat, reũ & pœnæ debitorẽ ſe aſtringit,& cõſtituit. Quod enim præcipitur,imperatur:quod imperatur, neceſſe eſt fieri:ſi nõ fiat, pœnã habet. Vbi conſiliũ datur,offerentis arbitriũ eſt:vbi præceptũ, neceſſitas eſt ſeruientis vt obediat, vel imperantis vt ei obediatur. Quod alta mente repoſitũ habens iuſtus ille,pius iuxtà & miſericors Tobias, & mala quæ hinc meritò & ſibi, & conceptiuis ſuis acciderent reuoluens,cùm apud Babylonicos captiui detinerẽtur,hac lugubri voce lamẽtabatur & ingemiſcebat:Iuſt⁹es,Domine,& omnia iudicia tua iuſta ſunt:& omnes viæ tuæ miſericordia & veritas,& iudicium .Quoniã non obediuimus præceptis tuis,ideo traditi ſumus in direptionem, & captiuitatem,& mortem,& fabulam, & improperium omnibus nationibus,in quibus diſperſiſti nos. Eodem quoque ſpectat & illud,quod apud Danielem habetur, vbi cùm ſua, tum ſui populi peccata confitetur : quod, ne prolixius iſtis immorer,hîc omitto. Innuere porrò volentes illi, non iniuria variis calamitatibus & miſeriis affici, qui à natiua diuinæ oleæ radice faſtu quodam & philautia deſciſcunt. Etenim ſi maſſa

1.Pet.2.

Auguſtinus.

Legis diuinæ comẽptui aſcribit Tob⁹as, quòd cum ſuis in captiuitate eſſet.

Tob.3.

Dani. 9.

Elegans venustà-que allu-sio massæ & rami, id est, ho-minis, ad radicem Christum. Ro. 11.

sancta fuerit, fuerit & sancta conspersio. Sic
similiter & radix. Sed si rami, alioqui præter
turam velut ex silvescentis oleastri baccis
ti, & hortensi oleæ insiti, defracti sint, aut
guescant: neutiquam sanè fieri poterit, vt
consortes, & pinguedinis oliuę participes
Quonam pacto enim fieri posset, vt radix
mum sustineat marcidum & fatiscentem: aut
tè aduersus radicem sese efferentem? Aut qua
tione reliqua conspersio sancta inueniatur, si
libatio, seu primitiæ sanctæ non fuerint? Na
sanctum, propitium, ac placabilem nobis inue
ri Deum cupimus: nobis itidem ex officio
bit, vt pro virili parte nos illi puros exhibea
hoc est, ita abstineamus a vitiis & concupisc
tiis, vt nulla impuritate coinquinemur. Nā
Ioanne, omnis qui habet hanc spem in eo, sanc
ficat se, sicut & ille sanctus est. Porrò omnis
in eo manet, non peccat: & omnis qui pecc
hoc est, qui in peccato & iniquitate sua, qua
ex perfidia, perseverat, non vidit eum, nec cog
uit eum. Indeque haud dubium, quin verus
gricola Deus pater ramos huiusmodi sit subla
rus, & in ignem tribulationis & angustiæ mit
rus, quò ardeant, & iacturam patiantur. Quod

1. *Ioan. 3.*

Ioan. 15.

1. Cor 3.

Sine vera vite Chri-sto, nos ni hil boni a-gere posse.

pampini parabola à vite defracti, appositè doc
Christus apud Ioannem. Sicut palmes, inquit,
potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit
vite: ita nec vos, nisi in me manseritis. Ego qu
pe sum vitis vera, vos autem palmites. Qui
go manet in me, & ego in eo, hic fert fruct

multum: quia sine me nihil potestis facere. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. Si quis verò in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, vt ardeat. Hactenus Christus. Vbi quidem ipsius tum bonitas, tum seueritas nobis alta mente contemplanda proponitur: bonitas quidem in eos, qui syncero ex animo eius legi obsequuntur, & mandata obseruant: seueritas verò in eos, qui secus agunt. *Ro. 11.*

Proinde solerti animaduersione attendendum venit, ne in idē peruicaciæ & obdurationis quis nostrûm labatur & incidat: alioquin & ipsi excidemur. Si enim De⁹ naturalib⁹ ramis, suis nimirū conciuibus & domesticis ob suam ipsorum incredulitatē, contumaciā, & cor pœnitere nesciū, non pepercit: sed à sua diuina gratia, ceu ex oliua, infrugiferos ramos, & ex vite inutiles palmites pręcidit, tantisper dū (vt Paulus loquitur) plenitudo gētiū intrârit: quonā tandē pacto, illum tibi indultū existimas, qui cū ex oleastro exectus sis, & pręter naturā insitus in verā oliuam, adeò tamen efferaris animo, vt vix reputes aliquid misericordię te assequutū? Adeò cœcutias, vt penè obliuiscividearis te a veteribus peccatis esse purgatū? Indéq; adeò quadā velut indulgētia fact⁹ deterior, dissoluaris, vt eius legē tam impudēter cōtēnas? Quod quàm verū sit, vel ex hac re manifestum est, quòd videlicet in scelera tua intantū occalueris, atque pectus adeò impœnitēs, durūque, & in misericor

2. Pet. 1. Huius tẽporis mortalium diuitia, et cor pœnitere nescium.

diã flecti neſciũ geſtes, vt nulli, pro huius charitatis legis prę̃ſcripto, velis illã impendere: & ea mẽſura tuũ fratrem metiri, qua menſus eſt te Chriſtus. Qui enim animo repetit ſe ab alio beneficia accepiſſe cùm eo maximè indigeret, certè propitior eſſe cõſueuit ad viciſſitudinẽ rependendæ ſi detur locus, & ille, à quo affectus eſt, opus habeat. Atqui quũ (teſte Dauide) Dei ſit orbis terrarum & plenitudo eius, fecerítque mundũ (vt ait Paulus in actis apoſtolicis) & omnia quæ in eo ſunt, nullius indigus, cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia: hanc ſolùm à nobis vicem exigit, vt eam, quã nobis tãtopere & ſuo exẽplo & hinc abiens ad patrem commendauit, charitatẽ amplexemur. Vt hominẽ homini tãtopere cõmẽda tũ ipſe homo adamet, etiãſi indign⁹ eſt qui ametur: hac ſola mot⁹ ratione q̃ Deus dignus ſit cui obediatur. Vt oẽs ſe induant (vt autor eſt Paul⁹) ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ, modeſtiã, patientiã: inuicẽ ſupportantes, & donãtes alterutrum ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelã. Et ſicut Dominus donauit nobis omnibus: ita & nos. Super omnia autẽ hęc, vt charitatẽ oẽs habeant, q̃ eſt vinculũ perfectionis. Et vt pax Chriſti exultet in cordibus cuiuſque noſtrûm, in quam & vocati ſumus in vno corpore: & grati ſimus. Vt denique quicquid facimus in verbo aut in opere, id omne faciamus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agẽtes Deo & patri per ipsũ. Hæc, inquã, ſola eſt viciſsitudo, quã ille ꝑ tãtis beneficiis, q̃

Pſal. 46.

Act. 17.

Colo. 3.

bus nos impartit⁹ est, à nobis sibi impẽdi postulat

Prim⁹ homo diuinitatẽ affectans, in similitudinem pecudum lapsus est.

Atqui primo homine peccãte, altiore nimirum cõditione sua ambiẽte, tãtùm abfuit, vt quod affectabat, sit assequutus: vt etiã à Dei similitudine, in eã quę pecudib⁹ cõmunis est delapsus, nihil eo sit factũ infirmius, nihil imbecillius, nihil æquè aliena ope indigũ. Atq; dum quid maius esse conatur, quàm angelus, minus fit, quàm homo. Adeo sanè, vt qui paulò antè nulla re opus haberet, mox factus sit rerum omniũ inops: illic forsitan simul atque in lucẽ exceptus est, digna morte periturus, nisi interno illo diuini spirit⁹ afflatu doceretur suã vitã & salutem ab aliorum auxilio pendere. Idque duplicẽ ob caussam à Deo factũ. Vna quidem, vt coërceret amputaretque totius elationis radicem, quæ à primis parentibus per quẽlibet alium generis propagatorẽ, ad posteros transfertur. Altera, occultissimis quibusdam Dei consiliis: vt videlicet vni desit rerum opulentia, alteri sanitas, alij perspicax ingenium, vt essemus alter alterius caussã promerendę salutis. Ditiores, vt subuenientes egestati fraternæ. Dei misericordiã hac ratione promererentur. Cuius rei haud insci⁹ Paulus, suos ad hunc modũ hortabatur Hebræos: Beneficentiæ & cõmunicationis nolite obliuisci: talib⁹ enim hostiis promeretur De⁹. Pauperiores, vt diuitũ liberalitate recreati, Deo gratias agerẽt pro bona mente illorum, atque precibus suis eos deo cõmẽdarẽt: quo ille, q̃ semẽ seminãti suppeditat, & panẽ ad mãducãdũ prẽstaret, multiplicarẽt q̃ semẽ eorũ, & augeret incremẽta frugũ iustitię:

Duplex ratio, quare homo factus sit rerum omnium indigus.

Hebr. 13.

2. Cor. 9.

vt in omnibus locupletiores facti, abundarent in omni simplicitate, quæ operaretur per eos gratiarum actionem Deo. Quoniam ministerium huius officij, inquit, non solùm supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino: per probationem ministerij huius glorificantes Deum in obedientia confessionis suæ in Euangelio Christi, & simplicitate communicationis suæ in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro eis. Perpendebat nimirum æquus ille cordium perspector nunquam inter vtrosque societatem vel diuturnam, vel fidam, nisi metu quodam continerentur se eò delabi, quò alterius ope egeret. Quippe quòd neminem sic euexerit mutabilis fortuna fauor, quin aliquando ad implorandam inferioris opem vel inuitum deiiciat. Et, si quid Marco Tullio credendum est, qui nullum esse genus rei asserit libro quem de oratore edidit tertio, quod aut auulsum à cæteris, per seipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam atque æternitatem conseruare possint. Quod vt exemplo firmaret ille, qui cùm in forma Dei esset, non alienum duxit nostri causſa se adeò exinanire, vt serui formam sumpserit: nonnullarum mulierum ministerium non abnuit, neque dedignatus est: idque cùm frequenter, vt est apud Lucam, tum vel potissimùm, cùm ab impiis militibus duceretur ad supplicium. In hoc sanè nos erudiens, propensiores, officiosioresque nos esse debere in fratres nostros, si quouismodo egerent ope nostra, ac

Charitatis ministerij, quid efficiat.

Aurea sententia.

Ephes. 2.

Luc. 8. & 23.

Mat. 27.

auxilio. Quod & ab eodē edoctus Paulus, ſuos ad id exēpli imitādi, ita inuitabat Hebræos: Nō iniuſtus eſt Deus, inquit, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quā oſtēdiſtis in nomine ipſius, qui miniſtrâſtis ſanctis, & miniſtratis. Cupimus autē vnūquēque veſtrūm eandem oſtentare ſollicitudinem, ad expletionē ſpei vſque in finem: vt non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabunt promiſsiones. *Hebr. 6.*

Porrò decet vt imago ſuo archetypo reſpondeat. Nónne etenim ſpecula bona fide repręſentant imaginem rei obiectæ? Ita & noſter omnis conatus, qui ad Dei imaginem conditi ſumus, & qui templum Spiritus ſancti à diuo Paulo vocamur, eò ſpectare debet, vt pro virium noſtrarum conamine, omnium bonorum ideam Chriſtum ſic imitemur, vt, iuxta Paulinum documentum, nemini quicquam debeamus, niſi vt alter alterum diligamus: in ſimplicitate (vt pluribus iamiam ediſſeruimus) firmiter conſeruantes innocētiam, in charitate diligentiam, modeſtiam in humilitate, diligentiam in adiuuandis laborantibus, miſericordiam in fouendis pauperibus, in ſectanda veritate conſtantiam, in diſciplina perſeuerantiā, in omni vitę ratione mentis integritatem: vt cùm tandem, huic charitatis legi obtemperantes, ea fecerimus quæ illa præcipiuntur, eius conſtitutor iam non dicat nos ſeruos (vt apud Ioannem ſe facturum pollicetur) ſed amicos. *Ab imaginis repræſentatione.* *2. Cor. 6.* *Rom. 13.* *Ioan. 15.*

Sed quid hoc tandem rei eſt? Sacrilegium cenſetur inexpiabile, ſi quis quippiam è loco ſacro *Præpoſterū hominū iudicium.*

ſuſtulerit, honorem imagini nõ exhibuerit: &
ue cenſebitur crimen, viuam Dei imaginem v
lare? Et leue videbitur, aliam à Chriſto, Euang
ciſque præceptis diuerſam vitæ rationem in
cere: quò pauperculi & viduæ, viua Dei ter
expillentur, fraudentur, cauillentur, opprimã
ad viuum vſque exedantur? Vtique cùm ver
imaginem Dei colere, homini propter Deum
neficium grato animo conferre: atque ipſe
2. Cor. 9. Paulus hilarem datorem aſſeueret Deum dil
re? Vnde non video à ratione diuerſum, ſi hoc
duxero auream quandam diui Clementis ſenten
tiam ex libro quinto, quem ad diuum Iacobum
fratrem Domini ſcripſit, ad hanc rem oppidò
Clemens. cientem. Ea eſt autem huiuſmodi. In omni hom
ne imago Dei eſt, in omnibus verò aliis ſimil
Quomodo imago Dei honoranda eſt. do: ſed vbi benigna anima eſt, & mens pura. Si
go verè & ſynceriter vis honorare imaginẽ D
nos tibi quod verũ eſt aperiemus: ſcilicet, vt
mini, qui ad imaginem Dei factus eſt, benefa
honorem & reuerentiam deferas: eſurienti
bum, ſitienti poculum, nudo indumentum, a
obſequium, peregrino hoſpitium, & in care
poſito neceſſaria ſubminiſtres: atq; hoc erit q
verè Deo delatum reputabitur. Hæc autem
tantum ad honorem Dei imagini cedunt, vt q
iſta non fecerit, contumeliam imagini diuinæ
tuliſſe credatur. Certus item ſis, quòd qui hom
cidiũ facit, aut adulterium, & quicquid in hom
nũ pœnam, vel iniuriã vergit, in his omnibus D
violari imaginẽ. Magna enim impietas eſt in

lædere hominem. Omne ergo, quod ipse pati non vis, cùm facis alij, imaginẽ Dei iniquis mœroribus fœdas. Hactenus ille. Quo quid (rogo) Christianius dici potest? Quid quod perinde valet Christi nomine insignitos ad verum suum archetypum reducere? Quid quod æquè dissentaneum ab stolidorũ quorũdam hominũ improba sententia, hoc æuo indignè vitales auras carpẽtium: qui cùm sedulò in ore Christũ habeãt, sunt nihilominus Christiana pietate prorsus vacui? Nempe quò suas fabulas callidè agant apud simplicem popellum, quęstum re ex qualibet fore pietatem existimãtes: quum eam interim sua duritia, crudelitate, & in egenos tyrãnide prorsus cõmaculẽt, ipsa (vt ait Paulus) veritate priuati? Est autem (inquit) vberrimus quæstus, pietas cum sufficientia. *1. Timo. 6.*

Ad eandem verò trutinam expendendi veniunt, qui cùm innumera perpetrârint flagitia, hoc est, vi oppressérint egenos, pios Christi pauperes calumniati fuerint, eorum bona iniustis litibus extorserint, possessiunculas inuaserint, fundos dissecuerint & prædiola, aliis denique atque aliis innumeris modis eos afflixerint: inaudita præterea furta, sacrilegia, peculatus egerint, & impiè retineant: nec eo contenti, fraudes quotidie moliantur, struant technas: imposturas, fucos, & sycophantias, quò dent verba simplicioribus, perueſtigent: ad impia facinora vltro currentibus calcar addant: ad postremum infinita periuria, libidines, ebrietates, rixas, cædes, perfidias, proditionésq; exequãtur assiduè: *In eos, qui nil boni agere curãt, donec deploratæ sint valetudinis.*

Nihilominus tantorum scelerum expiationem
Deo plus satis egisse reputant, si paulò antè qu
agãt animam, cùm iam mors ob oculos obuer
tur, testamento statuant, vt hæc imprimis m
parta, peius peritura, ad eorum affinium quem
bet, citra cuiusquam controuersiam deuolu
tur. Aut certè si affines desint, ad dignum quo
dam patella operculum: omnium interim, qu
rum iniustè bona detinent, suorum fratrum,
rorúmque, viuorum Christi templorum, sita
méque contabescentium immemores. Ne
hoc, sed & impendiò curant & satagunt, vt nih
parcatur impensis, ad sua parentalia ouanter
lebranda: sibi extruantur pyramides, arces, im
gines: sibi denique excidatur sepulchrum in p
tra, extremum illis futurũ tabernaculum (quæ
admodũ apud Isaiam exprobrat Dominus Sob
næ præfecto domus Ezechiæ) quæ omnia tam
rum prædonum atque spoliatorum pauper
Christi, memoriam non patiantur interci
Perinde quasi in hoc toti sint, vt suę hinc emig
tionis viuentes agant triumphum: hoc beluarum
genus velut Deos suscipiant, adorent, illis diuin
honores deferant, cultúmque celebrent, quorum
animæ (hoc in seculo dum viuerent, illis æqu
mercede pensata) tandem in perennes flamm
miserè trucidantur. Quemadmodum etiamnum
pulchrè docet Christus in Euãgelicis literis: qu
niam ibunt ij in tenebras exteriores, vbi erit fl
tus & stridor dentium. Dant præterea in mand
tis, vt iusta annua pro illis quotannis agantur

Prædonũ cœcitas.

Isa. 22.

Mat. 24. 25. Luc. 13.

non pauci decantentur psalmi: alius laboriosam peregrinationem adeat: alius dira subeat ieiunia: alij denique atque alij miris modis illorum causa sese afflictent. Præscribentes interim quot tædas, quot pullatos, quot cantores, quot luctus histriones velint adesse: perinde quasi futurum sit, vt aliquis huius spectaculi sensus ad ipsos sit rediturus: aut vt pudescant illi, nisi eorum cadauer magnificè defodiatur. Illa sanè non plus eis profutura, citra cùm in viuis essent condignam suarum rapinarum satisfactionem, ablatíque restitutionem, quàm Achilli prodest Ilias Homeri toties decantata, aut Vlysi Odyssea, vel vtrumque opus autori suo. Vt quid enim stulto gloria: quando tollitur impius, ne videat gloriam Dei? Nec, regio Psalte, resurgant impii in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum? Quinimò (inquit ille) relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum, domus illorum in æternum, tabernacula eorum in progenie & progenie, hoc est, per secula. Vocauerunt autem nomina sua in terris suis. Quod perinde est ac si diceret: inanis gloriæ cupiditate ducti quidam diuites, certis locis nomina sua indidere, perpetuam inde memoriam suis cumulatissimis opibus, sibi conciliare aucupatíque cupientes: cùm tamen eos magis oportuisset non inanium nominum, sed animarum suarum fuisse sollicitos. Adeò sanè in hoc dediti vt cùm homo in honore esset, nō intellexerit: sed cōparatus sit iumentis insipientibus, & similis factus sit illis, eorū vtiq; desyderia & mores referē-

Impiorum subuersio & ruina.
Pro. 26.
Psal. 1.
Psal. 48.

do. Sed quid tandē? Vsque in æternū (inquit) n
videbit lumē: & auxilium eorū, qui fuerint hu
modi, veteraſcet in inferno à gloria eorū: qui
cut oues in infernum illos Deus intrudet, & no
Lux impij extinguē da. depaſcet; id eſt, caſtigabit & affliget eos. Nō
ſiquidem, autore Iob, lux impij extinguetur, n
ſplēdebit flāma ignis eius? Vnde illum execra
Iob 18. Memoria eius (ait) pereat de terra, & nō cele
tur nomē illius in plateis. Expellat autē eum D
minus de luce in tenebras, & de orbe transfer
eum. Cuius rei rationem apertius indicans hu
propheta, & (vt certiùs fieri oſtenderet) Dom
Iſa. 61. loquentem inducens: Quia ego ſum (inquit)
diligens iudiciū, & odio habens rapinam in ho
Ibid. 1. cauſtū. Et idcirco (ait alibi) cùm extenderitis m
nus veſtras, auertam oculos meos à vobis, & cu
multiplicaueritis orationem, nō exaudiam. Qu
re? Quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt:
eſt, nihil non mali agitis, veluti viriliter agen
circa dolos & cædes. Quiddū? Lauamini (inq
mundi eſtote, auferte malū cogitationū veſtr
ab oculis meis. Quieſcite agere peruersè, di
benefacere, quærite iudiciū, ſubuenite oppre
Iudicate pupillo, defēdite viduā. Et venite, &
ceptemus, dicit Dominus. Si fuerint peccata v
ſtra vt coccinū, quaſi nix dealbabuntur. Et ſi fu
rint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erun
Sed quorſum hæc? Nū vt quæ ſanctæ matris
cleſiæ tradit conſuetudo, improbē? aut quomo
Gala. 2. fiant, vetare cupiam? Minimè gētiū. Si enim q
ædificare cupio, iterum deſtruo, pręuaricatorē

constituo. Sed vt commõstrem, cum Sapiẽte, hostias impiorum Deo abominabiles esse, quæ offeruntur ex scelere: Itémque diuitias nihil prodesse in die vltionis, sed qui cõfidit in eis, corruiturum. Nam qui declinat, inquit, aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices, eius possidebunt bona. Proinde (inquit Ecclesiasticus) ne sis pusillanimis in animo tuo: exorare, & facere eleemosynam ne despicias. Nec dicas, In multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. Hæc sunt, inquam, ad quæ patefacienda, mea dirigitur oratio: nempe vt ostendam quàm iners, futilis, & somniculosa sit quorumdam opinio, quàm damnanda mentis cœcitas, quàm detestanda amentia, quàm extrema denique Dei ignorantia. Qui tantisper dũ vsura huius vitę fruuntur, tam obfirmato animo in scelera obdurescunt, vt tantũ absit, vt huic charitatis legi acquiescant & suffragentur: hoc est, iuxta Sapientis cohortationẽ, vt dum viuunt, & sanitate fruũtur, Deo cõfiteantur, eúmque laudent, & gloriantes in miserationibus illius cõuertãtur ad eum, & relinquant peccata sua, auertantur ab iniustitia sua, & nimis odiant execrationem, & cognoscant iustitias & iudicia Dei, & stẽt in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei, in partes vadant seculi sancti cum viuis & dantibus confessionem Deo, non demorãtes in errore impiorum, in suos fratres vtiq; propensi, si illorũ ope quoquomodo

Pro. 21. *Ibid. 11.* *Ibid. 28.* *Eccle. 7.* *Quorundam huius seculi hominũ dementia, & infelicem pertinaciam.* *Eccle. 17.*

egeant: aut cum pio illo peccatore Zacheo, dim-
dium bonorum suorũ dent pauperibus, & si qu-
aliquẽ defraudârint, reddant quadruplũ: vt ein-
modis innumeris illos interturbẽt. Atque (vt a-
præmisimus) eorũ pauperculas diripiant & co-
pilent possessiones, eorum bona impiè auferan-
mille imposturis defraudent, iniustis litibus ag-
pent: in summa eos ad laqueũ verius, quàm qu-
Luc. 19. tortor adigant. At nihilo secius tandem pœn-
quasi omnes pietatis numeros expleuerint, v-
uersamque vitæ laruã expurgauerint, quum p-
tãta támq; innumera perpetrata scelera, eadẽ-
pœnitudine aliqua diluta, tale quippiã quas-
plicuimus suo testamẽto statuunt: arbitrantu-
hinc emigrantes, in cœlum pro talibus actis ac-
euolaturos: & in cœlitum delitias mox succe-
ros: imò proximum Christo cõsessum se habi-
ros apud superos. Euolabunt autem, si quis-
cacodæmonũ, aut certè ipsorum Genius, cui-
in seculo affatim seruierũt, illuc vsq; ipsos sub-
Præcipuũ sacrificiũ, quod ab vnoquoque nostrũ Deus exigit. rint. Quasi verò hoc præcipuũ sit sacrificiũ, q-
à nobis pupillorum ille susceptor postulet, &
potius (vt ille apud Isaiam loquitur) vt dissol-
quisq; colligationes suę impietatis, soluat fasc-
los deprimentes, dimittat eos qui depressi ac-
fracti sunt liberos, & omne opus prauũ diffin-
Isa. 58. Frangat deniq; esurienti panem suum, & eg-
vagósque inducat in domũ suã: cúmq; videri-
dum, operiat eum, & à carne sua nõ absconde-
Quò tandem erumpat quasi aurora lumen su-
& sanitas sua citius oriatur, & anteeat facien-

iustitia Dei,& gloria Domini colligat eum. Cùm effuderis, inquit, esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua,& tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Tunc inuocabis,& Dominus exaudiet te: clamabis, & dicet: Ecce adsum. Et requiem dabit tibi Dominus semper,& implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua impinguabit. Et eris quasi hortus irriguus,& sicut fons aquarũ,cui⁹ non deficiẽt aquę.

Ista sunt ergo quæ facere operæprecium fuit, & illa nõ omittere. Quia misericordiam volo(inquit Christus) & nõ sacrificium:& scientiam Dei plusquam holocausta. At verò qui custodiunt vanitates frustra(inquit Ionas Propheta) misericordiam suam derelinqunt: haud dubiè quin illam, quæ est à progenie in progenies, super timentes Dominũ. Quam alioqui si consequi sit nobis animus, ita loquamur, & faciamus oportet, veluti per legem libertatis iudicandi: vtpote quòd iudicium citra misericordiam sit ei futurum,qui nõ præstiterit misericordiam. Iudicium verum (inquit huius legis lator apud Zachariam) iudicate: misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum proximo suo. Et viduam & pupillum,& aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et Christus: Date, inquit, eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quia quemadmodum aqua ignem extinguit: ita & eleemosyna peccatum. Et diuus Iacobus: Religio, inquit, munda & immaculata apud Deum & patrem, hoc est, gra-

Mat. 23.
Ibid. 9.
Oseę 6.
Ionæ 2.
Luc. 1.
Iaco. 2.
Zacha. 7.
Eleemosyna quid valeat.
Luc. 11.
Eccle. 29.
Iacob. 1.

tissimus Deo cultus,& qui locū habet apud D
est visitare pupillos & viduas in tribulatione e
rum: & immaculatum se custodire ab hoc sec

Eccle. 29. Cui sentētiæ accedit & Ecclesiasticus in hæc v
ba : Pone thesaurum tuum in præceptis altis
& proderit tibi magis,quàm aurum. Conclud
leemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te
rabit ab omni malo.Eleemosyna viri,quasi sac
lus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupil
conseruabit : & postea resurget, & retribue
retributionem vnicuique in caput illorum.S
scutum potentis, & super lanceam, aduersus
micum tuum pugnabit.Quam subinde sentē
Tob. 12. corroborat & Raphaël Archāgelus apud To
cum ait : Melior est eleemosyna, quàm thes
auri reconditi : quoniam eleemosyna liber
morte, & ipsa est quæ purgat peccata, & f
inuenire misericordiam , & vitam æter
Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem,
stes sunt animæ suæ. Quarum rerum haud i
pius ille & misericors Tobias hisdem præc
filij sui animum instituebat , cùm oratio
quam ad Deum fuderat quò mori potuisse
Ibid. 4. taret exauditam . Omnibus , inquit, diebus
tæ tuæ in mente habeto Deum : & caue ne
liquando peccato consentias , & prætermi
præcepta Domini Dei tui . Ex substantia tua
eleemosynam , & ne auertas faciem tuam ab
lo paupere : ita enim fiet vt necà te auert
facies Domini. Sicut poteris, ita esto misericor
Si multum tibi fuerit, abundanter tribue.

Eleemosynæ omni thesauro præstātior.

exiguum, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſsitatis: quoniã eleemoſyna ab omni peccato,& morte liberat, & nõ patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam. Hactenus ille. Ex quibus quidem in profeſſo eſt colligere, quæ vera & pia ſint ſacrificia, quæ æquus ille rerum æſtimator Deus à nobis poſtulat. Cúmque ea negligimus, quàm dignè de nobis ſupplicia exigat ille, & quàm iuſtè variis calamitatibus concuti nos permittat: nempe qui ea vel efficaciſsima remedia noſtri totius languoris refugiamus, quibus, ſi velimus, ſanari poſſumus.

Eleemoſyna fiducia magna coram Deo.

Itaq; vide, inquit Moyſes, & cõſidera, quòd hodie propoſuerit Dominus in oculis tuis vitã & bonum: contrà, mortẽ & malũ, vt eligas ad quod eorum velis manũ extendere. Nimirũ vt diligas Dominũ Deum tuũ: & ambules in viis eius, atq; cuſtodias mãdata illius ac iudicia, ſi velis viuere, atq; vt ille te multiplicet, benedicátque tibi. Si autẽ auerſum fuerit cor tuũ, & audire nolueris, prędico tibi te periturum. Elige ergo vitã, vt tu viuas, & ſemẽ tuũ, & diligas Dominũ Deum tuũ, atque obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipſe eſt enim vita tua, & longitudo dierum tuorum. Quæ profectò mãdata, vbi à nobis negliguntur, hoc eſt, cũ non damus operam, vt æmulemur parentem noſtrum Deum tãtum alioqui, támque munificum, & in nos adeò propenſum, vt illius benignitatem noſtra ingratitudo nõ exhauriat: ſed (vt aliâs meminimus) pluat

Ex mãdatis Domini, vita & mors. Deut. 30.

Non abs ratione tãtis rerum diſpendiis nos intercipi. Mat. 5.

ſuper iuſtos & iniuſtos, ſuúmque ſolé oriri fa
ſuper bonos iuxtà ac malos: nec inde nihilomi
tantiſper moueamur, vt iuxta eius exemplum
mini diſpẽdio ac incõmodo eſſe velimus, nec
Gala. 5. denique inferre iniuriam, nullũ vi opprimere
lũniari, prouocare, inuidere, mordere, comed
nulli itidem mirum videri debet, ſi nos ſinat
quem tantopere habemus contemptui, diris
num, iiſdémque cõtinuis bellorum tumultibu
procellis contundi, exagitatíque. Si det nobis
Oſee 13. gem in furore ſuo, & auferat in indignatione
Si nos permittat tam acerbis fatis deſolari: in
quotidie adduci vitæ diſcrimina: tot denique
Fucati Chriſtiani, & Turcæ. ſtioris fortunę caſibus diuexari. Adhęc, ſi tum
deſtini fucatíque Chriſtiani, prætextu ſtrict
obſeruationis Euãgelij, tum Chriſtianorũ no
nis inuiſiſsimi hoſtes ſpe illorum ditionis poti
mille machinamenta, & impoſturas aduerſus
tholicos præſtruãt, & aperto (quod dicitur) Mar
in nos debacchentur ac ferociant: nos contin
ter debellent: noſtras vrbes vi armorum capia
& ſolo tandem vel adęquent, vel iniuſtè detine
Graſſantibus latrociniis aliquid grauius in
quotidie moliãtur & patrent. Innumeris deni
aliis atq; aliis infeſtationibus ac moleſtiis nos a
ciant. Tum poſtremò parum abſit, quin nom
Chriſtiano ab eis immaniter extincto, toto co
Diuina vltio. Deut. 32. potiãtur. Dei porrò (vt ait Moſes) vltio eſt, qua
nobis tempore & loco retribuit. Illi etenim
verſatilis gladij perfungũtur, cùm tam merita
dignatione in nos ille ſuccenſet ac permoue

Quid enim? Nónne par est & cõgruum, iuxta dictum Sapiẽtis, vt qui fodit foueam, incidat in eã: & qui dissipat sepem, mordeat eum coluber? Et qui transfert lapides, affligatur in eis? & qui incõsultè scindit ligna, vulneretur ab eis? Pari censura haud à ratione dissonũ nemo sani iudicij dixerit, vt qui incrassati sunt bonis Dominicis & recalcitrant, derelinquúntque Deum factorem suum, & recedunt à Deo salutari suo, suis denique abominationibus ad iracundiam & zelum concitãt: miris tandem modis affligãtur. Abscõdat imprimis faciem suam ab eis, cùm sic afflicti ad eum orationem fuderint, & cõsideret quid ad extremũ cum illis fiat. Deinde quemadmodum in vanitatibus suis eum concitauerunt, ita super eos omnia mala cõgreget, & sagittas suas aduersus eos compleat, nullam illarum relinquens, quam in eos non immittat, liquefacti fame & esu ouium, dentibus bestiarum, atque serpentiũ: foris denique vastet eos gladius, & in penetralibus pauor, perimens iuuenem simul & virginem, lactentẽ cum homine sene: quemadmodũ in cãtico suo lepidè docet Moses. Quod & ipsamet Sapiẽtia apud Salomonem his verbis corroborat. Eo quòd (inquit illa) vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: atque despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis quod timebatis aduenerit. Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus vester quasi tempestas ingruerit: quando venerit su-

Eccle. 10.

Punitio diuina in impios & immisericordes.

Diuina subsãnatio, in legis & monitionis suæ cõtemptores.

Prou. 1.

per vos tribulatio & anguſtia: tunc inuocabi-
me, & non exaudiam, manè quærent me, & n
inuenient, eo quòd exoſam habuerint diſcipli
& timorem Domini non ſuſceperint, nec acqu
uerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ c
reptioni meæ. Comedent igitur fructus viæ ſu
ſuiſq; conſiliis ſaturabuntur. Quia auerſio pa
lorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorũ p
det illos. At contrà, qui me audierit, abſque te
re requieſcet, & abũdãtia perfruetur, timore m
lorum ſublato. Huic ſententiæ affinis & illa Z
chariæ prophetæ. Et quia (inquit) noluerunt a
Zach. 7. tendere, & auerterunt ſcapulam recedẽtes: & a
res ſuas aggrauauerunt, ne audirent: & cor ſu
poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem,
verba quæ miſit Dominus exercituum in ſpir
ſuo ſancto per manũ prophetarũ priorũ: ideo
Diuina indignatio in peruicaces. cta eſt indignatio magna à Domino exercitu
Et factum eſt ſicut loquutus ſum, & ſicut non a
dierunt: ſic clamabũt, & non exaudiam, dicit D
minus exercituũ. Et diſperſi eos per omnia reg
quæ neſciunt: & terra deſolata eſt ab eis, eò qu
non eſſet tranſiens & reuertẽs, & poſuerunt a
ram deſiderabilem in deſertum. Hęc ille. Cui m
Pſal. 80. ſus ſuccinit & Pſalmographus: Et quoniam (i
quit) non audiuit populus meus vocem mea
Iſraël non intendit mihi: ideo dimiſi eos ſecu
dum deſideria cordis ipſorum, vt irẽt iuxta ad
uentiones & conſilia ſua. Atqui ſi populus me
audîſſet me, ſi Iſraël in viis meis ambulâſſet, bre
inimicos eorum humiliâſſem, & contra infeſta

tes eos vertissem manum meam. Sed & qui odio habent Dominum, essent illis seruiliter supplices: ipsorum autem æuum perpetuũ esset, hoc est, eorum fœlicitas durâsset in æternum. Tum pręterea cibâssem eum medulla tritici, & melle de petra eũ satiâssem: quod perinde est ac si diceret, rem infœcundam fecissem abundare omnibus ad vitam necessariis: hoc est, quæ infœcunda erant natura, reddidissem fœcunda. Hactenus illi. Quibus quidem sententiis, hoc tantùm colligere cum Sapiẽte datur, vt ne mala faciamus, si quidem velimus eanos non apprehẽdere. Si velimus porrò vitam diligere, & videre dies bonos: vt declinemus à malo, & faciamus bonum, inquiramus pacem, & persequamur eam. Hoc persuasum habẽtes, oculos Domini super iustos esse, & aures ipsius ad deprecationem ipsorum. E diuerso aspectus illius super eos, qui faciunt mala, vt tollat de terra memoriam eorum.

Eccle. 7.

Psal. 33.

1. Pet. 3.

Atqui charitate despecta, nec vllum inter homines pacis locũ esse, nec in infidelitatis regno Deũ posse consistere, tradũt sacra Bibliorũ volumina: nẽpe quòd, vel teste Salomone, qui credit in Domino, eũdẽ ipsum misericordiã diligere oporteat. Sed &, D. Paulo autore, si quis suorũ, & maximè domesticorum curam non habet, fidem abnegauit: & est quouis infideli deterior. Itémq; D. Iacobus: Quid proderit, fratres mei, si fidẽ quis dicat se habere: opera autem nõ habeat? Nunquid poterit fides saluare eũ? Si autẽ frater & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autẽ ali-

Despecta charitate, nullũ nec pacis, nec fidei locũ esse.

Prou. 14.

1. Tim. 5.

Iaco. 2.

quis vestrûm illis, Ite in pace, calefiatis, & saturemini: non dederitis autem eis quę necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. In idē recidit illa Salomonis sententia: Qui despicit, inquit, proximū, suū, peccat: qui autē miseretur pauperis, beatus erit. Beatus quippe (inquit regius Psaltes) qui intelligit & considerat id quod decens est super egenum & pauperem: quia in die mala liberabit eum Dominus: conseruabítque & viuificabit eum & beatum faciet in terra, & non tradet eum in manibus inimicorum suorum: sed & opem ferent illi super lectum doloris eius, atque vniuersum stratum eius immutabit in infirmitate eius. Cui succinit & Ecclesiasticus: Qui timent Dominum, excipient doctrinā eius: & qui vigilauerint ad eum inuenient benedictionem illius. Et aliquantò infrà: In omni opere tuo crede ex fide animę tuę: hoc est enim conseruatio mandatorum. Qui credit Deo, attendit mandatis eius: & qui confidit illo, non minorabitur. Ex quarum quidem sententiarum pondere, facili elicitur negotio, vanam illam & inutilem ad salutem promerendam fidem existere, imò fidei nomine indignam esse, quę charitate & operibus vacua sit. Tum verò ad salutem maximè conferre, si huic charitati legi connexa sit, & per eam (vt Paulus ait) operetur. Hæc fides ex Deo est, spiritus sancti ductu motúque in corde credentium excitata. Hæc viua est, vitam habet: hac iustificamur, & pro iustis apud Deum habemur. Illa verò mortua, vtpote quæ vitam,

Fides sine operibus mortua, hoc est inanis & inefficax.

Pro. 14.

Psal. 40.

Eccle. 33.

Diuinorū mandatorum conseruatio.

Gala. 5.

est,charitatem nō habet. Quemadmodum enim cadauer aut simulachrum, speciem quidem hominis,non autem vim & opera hominis habet:ita & fides sine charitate & operibus. Illic non est viua fides, vbi non sunt opera beneficentiæ:si nō suppeditauerimus necessaria egentibus, ipsum opus nostram inhumanitatem commonstrat. Vana verba nihil prosunt pauperi, non enim famelicum satiant stomachum, nudum corpus non amiciunt. Hinc illa diui Hieronimi sententia:Qui non habet clemētiam,nec indutus est viscera misericordiæ & lachrimarum, quamuis spiritualis sit,hic non adimplet legem Christi,ideo nec beatus dici debet. Adimplerio igitur legis Euangelicæ fidei viuæ summæque beatitudinis specimen, est,charitas ex corde puro,& conscientia non simulata prodiens. Vos (inquit Paulus) probate num sitis in fide,aut sicubi reprobi. At quo tandem argumento, ô bone Paule?Eo vtique, quo cognoscit Dominus qui sunt eius. Nimirum charitate & dilectione, vt videlicet discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. Mandatum nouum do vobis (inquit ille) vt diligatis inuicem,sicut dilexi vos:& vt vos diligatis inuicem. In hoc cognoscēt omnes, quia discipuli mei estis,si dilectionem habueritis ad inuicem. Hæc ergo si in vobis fuerit & exuberet, inde ceu euidentissimo quodam specimine colligere licebit, vos in fide Christi consistere. Nempe quòd illius instar, aduersus principatus,aduersus potestates, aduersꝰ mūdi dominos,rectores tenebrarū seculi

Similitudo.

Hieron.

Quo signo nosmet tentare possimus an fideles sumus.

2.Cor.13.

2. Tim. 2.

Ioan. 13.

Colo. 3.

Eph.6.

huiꝰ,aduersꝰ ſpirituales aſtutias, & aſſultꝰ Satanæ colluctaturi,eadē armatura ſuffulti ſitis, qua præ dux ille:qua valeatis in eius morē,oīa iacula illius ignea extinguere, qui à nullo æquè abhor rēt,quàm ab ipſa charitate, & dilectione mun

Filiorum lucis & tenebrarum diſcrimē. Ioan. 8. 1. Ioan. 3.

Quippe qua ſola vtriuſque filij,lucis videlicet & tenebrarum,ſecerni habent.Ille(ait Chriſtus)ho micida erat ab initio,& in veritate non ſtetit.Q oſore verò charitatis & immiſericorde, ſic ſcri diuus ille arcanorū cœleſtium ſpeculator Ioa nes:Si quis habet ſubſtantiam huius mundi,& v derit fratrem ſuum egere, & clauſerit viſcera ſ ab eo,quomodo charitas Dei manet in eo? Filio li mei,non diligamus verbo,neque lingua,ſed o pere & veritate. Cui ſententiæ adſtipulans Am

Ambroſiꝰ. Sapien. 2.

broſius: Hoc eſt,inquit,occidere hominem,n tę ſuæ ei ſubſidia denegare. Nónne vides in h vtraque ſententia vtrumque homicidij accen ri?Ille enim, hoc eſt,diabolus, ſua inuidia in bem terrarum mortem inuexit, dum vetitu morſum edendum mulieri porrexit.Hic verò lum æmulatus,dum non ſuccurrit,cùm poteſt, genorum inopiæ, dum proximorum imbecil tatem non ſubleuat: non tuetur pupillorum & viduarum cauſſam:puſillanimes non erigit: dum ſi quam præſtantiam virtutis, ingenij, fortu conſecutus eſt, eam ſuis non impertit, commu nicátve cum proximis : ægris non medetur, af flictos non excitat:dum denique ſericis, & pos ticis,muricibúſque amictus, atque delicatiſſim quibuſlibet & eſculentis cibis paſtus, fratre

suum Christianũ nec canabaceũ quidẽ quo operiatur habentem sinit frigore rigescere, & plerũque ferè ad dimidium præ rigore contrahi, & cui deest vel furfuraceus panis quo se inualidum tueatur famis angustia tabescere : non minùs illum cẽsetur occidere, quàm si gladio aut sicca illi mortem inferat. Vnde iam paulò antè adductus Ambrosius: Caue, inquit, ne inter loculos tuos includas salutem pauperum, & tanquàm in tumulis sepelias. Nempe quòd, autore magno illo Basilio, panis sit famelici, quẽ tu tenes: nudi tunica, quã in cœlaui cõseruas: discalceati calceus, qui penes te marcescit: indigentis argentum, quod possides. Quocirca tot agis iniurias Deo, quot illius pauperes sustentare valeas.

Ambrosius.

Basilius magnus.

Videãt iam nescio qui hui⁹ miserrimi seculi homines, qui de his, quas patiũtur, calamitatib⁹ tãtopere musitant, & conqueruntur: videãt, inquam, hæc, seque hac regula & veluti Lydio quodam lapide explorẽt, illa ne prẽstent, an nõ. Quæ si minus se obseruare & adimplere viderint (vt res habet) cessent itidem sua in Deum murmura, ac longas querimonias, qui iram inferat. Cùm alioqui dicat Salomon, iustitiam eleuare gentem, quæ sanè penes illos intermortua iacet: miseros autem facere populos peccatum, quo nihil apud eos receptius. Nec fit ei bene, qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti: cuiusmodi sunt inter eos pleriq; oẽs: qm̃ (inquit altissim⁹ odio habet peccatores, & miseretur pœnitẽtib⁹. Quin nec (Prophetæ teste, & experiẽtia quotidiana docente)

Pro. 14.

Eccle. 12.

Ozee, 7.

sit amplius in terra veritas, neque misericor
sed è regione maledictum,& mendacium,&
micidium, & furtum,& adulterium inundan
sanguísque sanguinem tetigerit: quæ sanè om
summopere dehorret ille. Vídeant, inquam,
Iob,34. ísti,seseque diiudicent intimè:quò veltandé
admodum apud Iob Eliu asserit) facilè perp
dant, Deum nostrum non condemnare frus
nec omnipotentem subuertere iudicium:sed
lutimpios percutere eos,qui impij sunt,& p
tores coram omnibus:propterea quòd de
strìa recesserunt ab eo,& omnes vias eius int
gere noluerunt:vt peruenire facerent ad eum
morem egeni, & audiret vocem pauperum.
Pro.14,& 17. &,autore Salomone,qui despicit pauperem,&
lumniatur egenum,exprobrat factori eius:&
in ruina lętatur alterius,non erit impunitus.

Conclusio & epilogꝰ huius tertiæ caussæ. Quò fit quidem,vt cùm tales sint huius te
pestatis homines, idipsum vel communi pru
gatáque docente experientia,concludendum
niat,ad summum attinere stultæ,inertis, & ob
ratæ mentis fastigium,non videre qua ex re
tis,quas tolerant,calamitatibus subagitentur.
Thre.3. & obmurmurare hominem viuẽtem, virum
peccatis suis.Proinde si nescias,quem insanir
ximè proximum,& densissimis diuinæ pron
tiæ tenebris immersum, inter tot mente ca
huius ætatis homines diiudices: is tibi præ
re meritò videatur, quem conqueri obruebe
qui fiat vt tot malis afficiatur. Quum alioqu
nequiter perpetret, ex quibus illa,ceu ex tur
le

lentis fontibus scaturiant: sed præ tenebris mente obsita (stultus quandoquidem , Salomone teste, in tenebris ambulat) ea non consideret. *Eccle. 2.* Nec tantillum etiam recordetur, iudiciũ sine misericordia (vt pluribus in locis prius meminimus) sibi iure fieri, qui eã illiberali inclementíq; animo fratri suo impẽdere renuerit. Ea denique mẽsura, qua proximũ mensus est, sibi remetiendũ, imò etiam adiiciendum, illi in mentem non veniat. *Iac. 2.* *Mat. 7.*

Quid porrò stulti⁹, vel stupidius, quã cùm incõstáter ac stolidè quippiã feceris, illinc dicere, Nõ putabam? At certè dicere, Me latet vnde ea mihi obueniãt, quę in dies operor: longè stultissimum. Quod nec parũ etiã differre ab eo arbitror, quod plerique hoc seculo, vt stultissimè, ita impudentissimè ore blasphemo audent asserere: nempe omnia sorte instabili, & casu ferri. Aut certè à dogmate insensatorum illorũ Allophilorum Sacerdotum, addubitantium (vt est libro primo Samuelis contentũ) nũ grauem illam plagã, qua merito suo afficiebantur, cùm arcam Mosaicam vi detinerent, eis Deus immisisset, an casu accidisset. Sed quid ad hæc infert præclarus ille concionator Salomon? Ne dicas (inquit) quid caussæ est, quòd priora tempora meliora fuere, quàm nunc sunt. Stulta est enim huiusmodi interrogatio. Quare? Quia, ethuico quodam id confirmante, sapientis sit proprium (qualis esse debet quisq; Christiana philosophia imbut⁹) nihil, quod pœnitere posit, facere, nil iniustũ: sed splẽdide, constãter, grauiter, honestè omnia: nihil ita spectare, qua *Quorũdã detestãda opinio.* *1. Reg. 6.* *Eccle. 7.* *Sapientis proprium.*

si certò futurum: nihil cùm acciderit admirari,
Deut. 32. inopinatũ ac nouũ accidere videatur. At cùm h
seculi homines sint ab hoc genere sapiẽtię ita a
ni, vt ad sua ipsorũ scelera prorsus cõniueãt: sic
ita abhorrentes à consilio & prudẽtia, vt prof
desipiãt, intelligere ac ꝓuidere nouissima no
in eos citrà iniuriã illa Isaiæ sentẽtia intorqu
Isa. 42. tur. Quis cœcus: sicut seruus meus? Et surd⁹ sic
is, ad quẽ misi nũtios meos? Quis cœcus, sicut
Ro. 7. venundatus est? Haud dubiè, quin sub peccati
go, quò mala agat. Quãdoquidẽ, Petro teste, a
2. Pet. 2. quis superat⁹ est, huius & seruus est: siue pecc
ad mortẽ, siue obediẽtiæ ad iustitiã. Et quis co
ficut seruus meus? Qui enim odit fratrem s
1. Ioan. 2. (inquit alius) in tenebris est, & in tenebris a
bulat, nescíens quò eat, quia tenebræ obce
uerunt oculos eius: sicut scriptum est: Dedit il
Isa. 6. Deus spiritũ compunctionis, hoc est, animi ha
tudinem ad id quod peius est, immedicabiliter
Ro. 11. immutabiliter se habentem. Quemadmodũ co
Spiritus cõpunctionis. (vt verbis diui Chrysostomi vtar) is qui in pa
te compungitur, non facilè in aliud transfer
sic & qui in malitia compungitur, non facilè i
Compungi quid. mutatur. Compungi siquidem nihil est al
quàm quasi incusso clauo ad aliquid infigi, soli
que compingi. Vt igitur talium, impiorum
que & immisericordium, immedicabilem me
morbum, immutabilémque significanter exp
meret, spiritum compunctionis posuit: oculo
nimirum, vt non videant: & aures, vt non a
diant. Deinde vt ostendat illos malitiæ huius
cœcitatis extremas pœnas daturos, propheta

rursum inducit eadem minitantem. Fiat etenim (inquit) mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in offendiculum, & in retributionē ipsis. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Hoc est, omnes illorum delitiæ, omniaque bona in afflictionē & calamitatem perpetuam immutentur, ac perdantur, reddantúrque præhensibiles, velut quibusuis laqueis irretiti, atque inuoluti. *Psal.68.*

Hác rursus mētis cœcitatē, indéq; adeo calamitatē & afflictionē hac elegantissima similitudine suius cōmonstrat idem propheta Isaias. Qui vides (inquit) multa, num tamen custodies? Qui apertas habes aures, num audies? Quis nempe inter vos est, qui hoc audiat, attendat, & contempletur futura? Et qui diiudicet, quare toties dederit Dominus Iacob in direptionem, & Israel vastantibus? Nūquid non ideo, quòd ei peccauerūt, nec voluerūt in viis eius ambulare, nec legē ipsius audire? Consimiliter & tu, cùm harum calamitatum, quæ tibi sedulò impēdunt, sis in caussa: quin & atrociores multò adhuc promereatis, quàm pateris: hinc te metire, hinc te explora, & videbis, quantumlibet etiam cœcitate labores, non esse cur tantis querimoniis cœlum terræ miscere debeas, aut saltem quærere vnde emergant illæ. Sed contrà citius vel inuitus fateberis, ingētis misericordiæ esse, æquissimum illū rerū moderatorē hucusq; vasa irę apparata in interitū sustinuisse; & non iuxta meritū, rudentibus inferni detracta in tartarū præcipitauisse. Velut etiā idipsū seuerè *Cœcitas multorum huius tēporis mortalium.* *Ro.9. 2.Pe.2.*

Iudicium sine misericordia cõminatur Dominus iis, qui nõ præstiterint misericordiam.

cõminatur per prophetã suũ Amos, sub Idumæ & Iudaici populi schemate : quũ illos ad suorum scelerum pœnitudinem nunquàm inducturus, sed citra vllius misericordiæ locum, vltrici flamma prorsum exurendos edicit. Nempe quòd ille (inquit) persecutus sit gladio fratrem suũ Iacob, & violauerit misericordiam eius, tenueritque contra furorem suum, & indignationem suam seruauerit imperpetuum. Hic verò (tametsi vtrumque in idem quàm proximè recidat) quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit.

Amos 1.

1. *Cor. 10.* Quæ profectò ne quando dubites illis in figura contigisse, scripta verò propter admonitionem nostri, in quos fines seculorum deuenerunt: perlisper tecũ expende, quanta sit huius seculi mortalium nequitia, quantus liuor, quantũ odiũ, quanta indignatio, quanta superbia & fastus. Quin nefandè diuina lex ab eorum quolibet violetur, conspurcetur, conculcetur. Quàm atrociter fratrem suũ quisque in mortẽ venetur, despiciat, subigat: quicquam misericordiæ illi impendere neget. In summa, quantùm in dies emergens progrediente, atque supremum totius pernicies cacumen attingente iniquitate, detestandis sceleribus quisque diffluat : indéque adeò quantùm ab his, quæ charitatis sunt & mutuæ dilectionis, excidant, & dilabantur. Discute, inquam hæc omnia: & si secus habeant, quàm hîc edidi rui, mendacij me argue, non quidem me, sed Dominum prophetam, & eadem patefacientem. Si vera esse repereris (vt sunt) des inde quoque

Hebr. 2.

peram quàm poteris accuratiſsimam, ne relicta pollicitatione, quam, cùm Chriſtianæ philoſophiæ initiabaris, Chriſto ſpoponderas, a cœlorum regia, cum fatuis virginibus, quæ vacuis lampadibus impudenter ſponſo accurrerunt, miſerè arcearis. Non enim illuc circunferre lampades ſufficit, niſi & illas charitatis lumine inſtilles. Nec quidē credas te, poſteaquàm tuis etiānū meritis, nempe vt homicida, vt fur, vt maledicus, vt aliorū appetitor, non autem vt Chriſtianus, hîc varias pertuleris calamitates, in illam mox intraturum requiem, cùm idemidem inclamaueris introgreſſum Dominum, quò tibi aperiat: niſi etiā ſtudeas illius inſigniri charactere, &(vt eſt apud Petrum) fideli creatori animam tuam commendare in benefactis, quandiu hîc vitam agis: quò te illic agnoſcat, illius demerearis fauorem, illius denique concilies miſericordiam. Quiſquis enim (ait ille) mihi dixerit, Domine, Domine, non introibit in regnum cœlorum: ſed qui fecerit voluntatem patris mei, qui eſt in cœlis. Nam (idem ipſum confirmante Sapiente) qui obturat aurem, ne audiat imbecillum, ipſe inuocabit Dominum, & nō erit qui exaudiat eum. Qui verò pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur.

Mat. 25. Noſtras lāpades circunferre nō ſufficit, ni & illas charitatis lumine accenſas habeamus.

1. Pet 4.

Mat. 7.

Pro. 21. 22.

Hæc ſunc itaque huius charitatis legis exercitia, quæ (vt eſt apud Ezechielē) faciēs homo, viuet in eis, ac ſeipſum integrū, immunēque ab hoc ſeculo cōſeruabit, & eos, quos ad id ſuo exemplo inſtigauerit. Quinimò huiuſmodi, mala morte nuſquam morituros diuus Hieronimus aſſerit: vt qui

Ezech. 20

1. Tim. 4.

Hiero.

multos habeant interceſſores. Fieri verò nõ
ſe, multorum preces non exaudiri. Ad quorũ
leſtram nõ parum exercitatus regius ille Pſal
in hunc modum dicebat: Iunior fui, etiam ſe
& non vidi iuſtum, hoc eſt, virum pium & m
ricordem, derelictum, nec ſemen eius qua
panem, hoc eſt, filios eius indigentes. Et qua
ta die miſeretur & mutuat, ideo ſemen ei
benedictionem erit. Cognoſcit nempe Dom
vias immaculatorum, & hæreditas illorum i
culum ſeculi. Non confundẽtur in tempore
lo, & in diebus famis ſaturabuntur. Hinc i

Pſal. 36.

Danielis conſilium. Danie. 4.

Danielis conſilium, quod arroganti regi Na
chodonoſoro dabat, expromptum: Conſili
inquit, meum placeat tibi, ô rex, vt peccata
eleemoſynis redimas, & iniquitates tuas mi
cordiis pauperum: forſan ignoſcet Deus de
tuis, ac prolongabit tibi pacem. Hac qui
ſententia non aliud innuere cupiens, quàm q

Mic. 6.

Micheas propheta aſſerit, nempe, nihil eſſe a
ptius Deo, quàm facere iudicium, & diligere
ſericordiam, & humiliare ſe ambulando cũ
ſuo. Sed hactenus de tertia cauſſa, propter qu
tantis hodie vexamur calamitatibus & mi

Tertium ſignum cõ ſummationis ſeculi haud procul abfuturæ.

Supereſt vt probemus, iſtud ſignũ quoddã
tẽdere, extremũ finẽ totius orbis haud procul
eſſe. Quod ſanè hinc adeo perſpicuũ eſt, vt
bis deeſſet diuinæ ſcripturæ ſatis efficax teſti
niũ huius rei cõprobandæ, noſtręque ſuffulci
ſententię, eſſet res ipſa vice vel ſufficientiſsimi
monij. Quod nihilominus vt manifeſti patet

referã vnũ ex ſolidiſsimis & irrefragabilibus Euã gelici illius prophetæ oraculis, ad hoc plus ſatis probabile. Ait autẽ ille in hũc modum: A ſummitate cœli veniet Dominus, & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terram. Vlulate, quia prope eſt dies Domini: quia vaſtitas à Domino veniet. Affinis huic ſententiæ & illa diui Iacobi Apoſtoli: qua prophetico more acerbiſsimè illos inſectatur, qui lege charitatis religionéq; Chriſtiana neglecta, ita toti lucro & quæſtui inhiant, vt nihil non faciant pro congerendis & coaceruandis diuitiis: minitans interim illis extremum Dei iudicium, ipſamque damnationem ſempiternam, in hæc verba: Agite nunc, diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizâſtis vobis iram in nouiſsimis diebus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terrã, & in luxuriis enutrîſtis corda veſtra. In die occiſionis addixiſtis, & occidiſtis iuſtum: & non reſtitit vobis. Propter quod, inquit Iſaias, omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis tabeſcet & conteretur: torſiones & dolores tenebunt eos: quaſi parturiens dolebunt. Vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit: & facies

Iſa. 13.

Iacob. 5.

Impiorum iudicium.

Dies Domini qualis.

combustæ vultus eorum. Ecce dies Domini ve
crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furor
ad ponendam terram in solitudinem, & pecca
res eius conterendos de ea: quoniam stellæ co
& splendor earum non expendent lumen suu
Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna nõ sp
debit in lumine suo. Et visitabo super orbis ma
& cõtra impios iniquitatem eorum, & quiesc
faciam superbiam infidelium, & arrogãtiam fo
tium humiliabo. Hactenus propheta. Quam p
fectò sentẽtiam si penitius discusseris, hinc ve
amussim perpendere poteris, significare volu
Spiritum sanctum per prophetã, ob id quod p
misimus, ob desertionem videlicet & contem
ptum diuinæ legis, vnica charitate ac dilectio
constantis, cum sui cuiusque admiratione nu
& fastu, breui inducturum Dominũ, suum extr
mum iudicium. Quod & demonstrandi adm
bium indicat. Quid porrò impietatis & arroga
tiæ nomine, ob quam hîc impios, infideles, ac
stuosos se pollicetur deiecturum, significatur, n
si philautia illa, luxus, & insolentia, qua hac tem
pestate ferè quisque laborat: & ex cuius fon
manat ac proficiscitur huius charitatis legis co
temptus & incuria? Qua vtique impietate, qu
amplior esse potest? Quid nempe æquè impiu
aut improbum magis, aut denique æquè diuinam
vltionem inclamans, quàm non solùm merc
dem debitam cum iniuria proximi detinere: fo
quod malè partũ est, in nefandos vsus peius co
locare? quàm carnis desideria sic facere, vt nih

eorum, quæ ad cupediam & tactuum delectationem faciunt, omittere? quàm sic in luxuriis enutrire corda sua, vt quicquid ad lasciuiam & intemperantiam facit, domi habeatur? Nihil non petulans, nihil non dissolutum, nihil non luxum redolens, non hodie solùm, sed & quotidie? Sic in iocis, salibus, risibus, gaudiis, epulis, ludis, & dissolutissimis cantionibus æuum transigere, vt Deus, & (quem ille nobis tantopere commendauit) proximus, obliuioni tradantur? Sic denique ardenter & immodicè philargyriæ, & pleonexiæ inhiare, vt nulla non impietas & crudelitas in pios Christi pauperes exerceatur? aurum & argentum sinantur potius scoria & erugine vitiari, quàm vt dentur egentibus? diuitiæ, hoc est, abundantia illa, vtpote frumenti, vini, & annonæ, quæ in horreum & penum congeruntur, apud eos putrefieri & corrumpi citius permittantur, quàm illis subuenant pauperibus, iuuent inopes, egenorum inopiam subleuent? Quæ porrò omnia, quum ferè hac ætate ab vnoquoque mortalium fieri conspiciuntur efficacius, indéque miserius ac detestabilius, quàm hîc descripta sint: quid hinc (quæso) aliud coniicere possimus, nisi quòd ab ipso luminum patre quique deficiunt ad terrimum tenebrarum & caliginis inuectorem Antichristum, quò manum illi dantes (vt est apud Ieremiam) & Assyriis, hoc est, ipsius ministris, infidelitatis & impietatis pane saturentur infœlices? Nam quemadmodum Deo nihil est acceptius dilectionis virtute; ita charitatis ex-

Philargyria, auaritia dicitur. Pleonexia, cupiditas immodica plus habẽdi, acquirendique.

Thre. 5.

1. Ioã. 3. tinctione, nihil Satanę desiderabilius, vtpote q
autore diuo Ioanne, manifesti fiant & secern
tur filij Dei à filiis diaboli. Signet se quisq; sig
Augustinus. crucis quantumlibet voluerit (inquit diuus A
gustinus) respondeant omnes Amen: cantét o
nes Alleluya, baptizentur omnes, intrent Eccl
sias, impleant parietes basilicarum. Num hinc
men filij lucisà filiis tenebrarum discerni quea
Minimè gentium. Quonam igitur argumen
Sola & vnica charitate. Qui habent charit
tem (inquit) nati sunt ex Deo: contrà, qui n
habent charitatem, non sunt ex Deo.

Atqui cùm illa iam vbique locorum per
quosque languescat & collabatur, fit vt inde
procliui sit coniicere, mũdum, qui eius soliusq
fulcitur ceu Atlantis cuiuspiam munere, ea pon
sus collapsa & in præceps deiecta, non diu a
Hebr. 8. hinc duraturum. Quod enim, Paulo teste, an
quatur, & senescit, prope interitum est. Qua
Ierc. 31. & Spiritus sanctus per Ieremiam subsignifica
vbi quidem cum fide stabili promisisset se cu
Gentibus (quæ sumus nos) hoc pactum ac fœ
dus initurum, vt legem suam daret in viscerib
eorum, & in corde eorum illam scriberet, hanc
nimirum charitatis legem subindicans, ad po
stremum addit: Si defecerit lex ista coram me
Argumentũ finis extremi seculi, à scirpo humore vacuo. dicit Dominus, tunc & simul Israël, vt non si
vltrà gens coram me cunctis diebus. Ex quo qu
dem nos contemplari voluit ille, extremum re
rum terminum haud procul abfuturum, sed non
finem accepturum, cùm in illa deueniremus sæc

pora, in quibus illud ferretur in præceps, quo fulciuntur quæque mortalia. Quandoquidem, nunquid (ait Iob) virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Sic viæ omnium qui obliuiscuntur Deum, vt spes hypocritæ peribit. Quod nec Christus ipse subticuit, quo propheta non est verior solidiórque: quum vtique eo signo nobis subindicare voluit haud longè seculorum finem abfuturum, cùm in id temporis incideremus, in quo non solùm multi falsi prophetæ surgerẽt & seducerent multos (vt inferius fusius docebimus) sed cùm adeò iniquitas esset abundatura, vt multorum charitas refrigesceret. Qua sanè sententia nulla firmior atque solidior, nempe cuius autor sit ipsamet veritas, quæ (contestante regio Psalte) manet in æternum. Nam quemadmodum in eum cadere non potest vllum mendacium: ita quoque fieri non potest, quin quod semel statuit non eueniat: & quod semel euenturum prædixit, tempore suo non accidat. Itaque cùm fieri oporteat quę prędixit ille: prędixerit autem eo signo nos debere coniicere imminere extremum rerum omnium finem, quum mortaliũ charitatẽ viderem⁹ omnino pessum iri: & tanti sint hoc seculo huius generis, vt vix vllos, si sagacius eos cõtẽpleris, aut perpaucos reperias, qui ea, vt par est, præditi sint, qui eã amplexẽtur tutẽtúrq; ea regula, quã nobis prædux & legislator noster Christus præscripsit: quis hinc meritò nõ dixerit illas acies esse, quibus (duce Antichristo) circũuallari, oppu-

Mat. 24.

Ioan. 14.
Psal. 116.

gnariq; mystica Ierusalem haberet nouissimis h
temporibus? Indéque adeò eliciendum, haud pro
cul abfuturum deplorandum illud totius orbi
excidium? Sed quoniam plura de hac re sequen
libro dicturi sumus, hîc finem faciemus.

VIRVLENTARVM HÆRESEON

NVNC LOCVM VBIQVE HABI

*tium, sibilantem rabiem, fuco prauitatis fidem Cath
licam maculantem, quartam causſam esse, cur tam
hoc tempore rerum calamitatibus & miseriis dis
quemur.*

Liber V.

HAc vicissim minus minè
que flagrant & inardesc
charitate ij, quorũ iã supe
est animi vesanã peruicaci
detegere (quam etiamnu
maximè augere mala, qu
bus in dies afficimur, testi
sumus) sed Aquilonicas re-

Ierc. 1.

giones, à quibus, autore Propheta, panditur om
ne malum super cunctos terræ incolas, perua
gantes, & à veritatis recto tramite deuij aberra
téque, indéque adeò in diuersa hæreseos studia
distracti, fidei calorem amisere. Adeò quidem, v
in eos Apostolicum illud elogium cadere nõ pos
sit, nec illi certè audire valeant, ad quod amplexã
dum, suos quondam Romanos impensius hort

batur, cùm diceret: Estote spiritu feruẽtes, & Domino seruientes. Verùmenimverò, quoniam in altam suæ salutis prolapsi sunt obliuionem: idcirco velut animum despondentes, omni voluptatis, lasciuiæ, libidinis prauę, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, crudelitatis, insomniorum, & saginæ illecebris ita sese dediderũt, vt eos à summo bono Deo eiúsq; orthodoxa fide alienos fieri necesse fuerit, & vias suas omni vento doctrinæ, prauorúmque dogmatum anfractibus exponere idq; tam obfirmato animo, vt relicta angusta porta, & stricta via quæ aduocat ad vitam, per latam portam & spatiosam viam, quæ abducit in exitium, hoc est, post concupiscentias suas, miserè abierint. Velamen interim malitiæ libertatem, indéque voluptatem quamlibet (qua lue nihil vnquam vel infectius, vel capitalius est hominibus cõparatum) modis omnibus & sectantes, & vt alij idem præstent, eos stimulantes exhortantésque. Haud inscij vtique tantùm posse hac re, vt non incautam solùm ac simplicem plebeculam in tenebras suas mortémque deducerẽt, sed eos itidẽ, qui in oculis suis sapientes videntur sibi, illicerẽt. Clauderent denique ante vtrosque regnum cœlorum obtectiore velamine: non intrantes in illud, nec aduenientes sinentes intrare. Etenim, autore diuo Hieronimo, nulla hæresis, nisi propter gulam & ventris immoderatam ingluuiem construitur: quò alioqui lætiferis opinionum anfractibus & meandris seducat, sicq; tandem præcipitet ac interimat mulierculas oneratas peccatis.

Rom. 12.

Mat. 7.

Eccle. 18.

Hæreticorũ astutia.

Mat. 23.

Hæresis vnde.

Hiero.

2. Tim. 3.

Chrysost. Ioan 3. Quippe, teste Chrysostomo, vita impura, [illegible] mata facit. Omnis enim, qui malè operatur, [illegible] lucem. Fides enim quod verum est iudicat, & [illegible] syncera fide charitas gignitur. Qui enim vera[illegible] ter in Deum credit, nunquam prorsus ab ea de[illegible] stere, ac deflectere poterit. De quorum vtique pe-

Psal. 52. nicie signanter à Psalmographo per spiritum [illegible] ctum dicitur: Qui deuorant plebem meam ve[illegible]

Mar. 12. escam panis. Et quos item Christus in Euange[illegible] subnotat: Deuorantes, inquiēs, domos viduarum

Abac. 3. Et rursus Abacuch propheta: Exultatio eorum [illegible] cut eius qui deuorat pauperem in abscōdito. V[illegible] de diuus ille Augustinus tractatu de vtilitate cre-

Hæretici diffinitio. August. dendi, sic definit hæreticum: Hęreticus, inquit, [illegible] qui alicuius temporalis commodi prætextu, [illegible] maximè principatus gloria, & gratia ventris, [illegible] sos, recentes, & à fide catholica aberrantes er[illegible] res gignit, aut sequitur. Quod quàm verum sit [illegible] nosse cupias, reuolue, si libeat, quot à Christo p[illegible] so detestandarum hæreseon extitere autores: [illegible] eos per omnia sui abdominis gratia, illas inue[illegible]

Lues hæreseos. se repereris. Lues nempe hæc neque simplex, ne[illegible] que recens est: vniuersos aliquando non min[illegible] quàm nūc complexa est orbis fines. Nec fuit v[illegible] quam vlla ætas tā egregiis & sanis moribus pa[illegible] dita, quæ hoc contagio infecta atque contamina[illegible] ta non fuerit, quæ ab hac peste immunis extite[illegible] quæ denique hanc labem non minus experta [illegible] quàm hac tempestate, vt experimur, ita vndiq[illegible] inquinatur. Sicut grex (inquit poëta) tot' in agr[illegible] vnius scabie cadit & prurigine porci. Serpit nam-

que illa (vt verba Ciceronis accõmodem, quibus ille vtitur in Lælio) neſcio quo modo per omniũ vitas: nec vllam ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui. Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, congreſſus hominum vt fugiat, atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus: tamen is pati non poſsit, vt non anquirat aliquem, apud quem euomat virus acerbitatis ſuæ huius hæreſeos, ſi ea corruptus ſit. Adeò quæ pernitioſa ſunt, facili cõtagij celeritate in omnes mundi partes graſſãtia ſerpunt ac peruagantur, & velut morbus morbo, & anſa trahũtur anſa: penitiúſque ſe inſerũt ac tenacius hærẽt, nec facilè cedũt, vbi ſemel incubuere. Et ſi vtcunq; cohibeantur, ſubinde repullulãt, non aliter quàm podagra: nec prorſus intermoriuntur. Sed & aliquando (vt in preſenti fit) ex interuallo, velut erumpenti inundatione latius & acrius ſæuiunt: perinde quaſi interuentionem humano generi minitantia. Nũc ſeſe (vt verbis vtar magni illius Eraſmi) per aulas principum, per domos idiotarum, per ſcholas theologorum, per ſodalitates monachorum, per collegia ſacerdotum, per militũm cohortes, per agricolarum caſas ſpargunt: tanta certè violentia, vt honeſtis diſciplinis, vt integris moribus, vt publicæ concordiæ, vt Eccleſiæ procerum atque Chriſtianorum principum autoritati, quãdam perniciem & exitium moliri videantur. Atque cauſſa vẽtris hęc omnia. Verùmtamẽ nónne cognoſcẽt (inquit ille per regiũ Pſaltẽ) omnes, qui operãtur iniquitatẽ, *Pſal. 13.*

Hæreſis pullulatio.

Noſtrorũ temporum hæreſis cõtagio, quã latè ſparſa.

Psal.137. qui deuorant plebem meam sicut frustum
Dan.4. nis? Quid cognoscent? Nempe quòd (vt est
Philip.3. excelsus dominetur in regno hominum, qui
humilia respiciat, & superborum colla cõtun
eorúmque elidẽs superbiam, quorum Deus v
ter est, & gloria in confusione ipsorum qui ter
1.Cor.6. na sapiunt, hincque adeò crucis Christi inimici
destinatam ventri escam, & ventrem escis, fi
destructurus sit. Quod & sanctus ille Psaltes, S
Diuinum iudicium in improbos hæreticos. ritu prophetico his verbis imprecatur: Exa
(inquit) ô Deus vltionum, qui iudicas terram,
tolle te, inquam, & liberè age, & redde retri
tionem superbis. Nam vsquequo peccatores,
Psal.93. Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur? E
fabuntur & loquentur iniquitatem, effutient g
dia, seséque iactabunt omnes flagitiosi? Etenim
populum tuum, ô Domine, humiliauerunt, & h
reditatem tuam vexauerunt: & quæ subnectu
Psal 27. tur. Rursus: Ne simul tradas me cum peccato
bus, & cum operantibus iniquitatem nẽ perd
me. At verò qui essent, quos peccatores, impi
& iniquitatis operatores appellaret, subindica
cùm subiungit: Qui loquuntur (inquit) pacem c
proximo suo, mala autem in cordibus suis. Indig
in eos imprecãs: Da illis (inquit) ea de caussa iust
opera eorum, & secundum nequitiam adinue
tionum ipsorum: secũdum opera manuũ eorum
tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. E
quoniam non intellexerunt opera Domini, ideo
in opera manuum suarum destrues illos, & nõ a
dificabis eos. Cuius rei haud item insçius Sira

ille Sapiens, sed certò tenēs quantum horum impiorum tabes & contagio foret detrimento illis, qui ea contaminati essent, idem, quod Dauid, prestat, dum hoc feruenti voto Deum postulat. Domine pater (inquit) & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & consilio eorum: nec sinas me cadere in illa exprobratione. In qua verò: Respondet. Extollentiam oculorum meorū ne dederis mihi, & omne desiderium prauum auerte à me. Tolle à me ventris concupiscentias, & concubitus cōcupiscentiæ ne apprehendant me, & animę irreuerēti & infronitę ne tradas me. Cuius quidem piæ petitionis rationem subinferens, Quia (inquit, talium vtique se à fide auersantium fallacem ac versutū animum, & ad omne impietatis genus irreuocabilem pronitatem subnotās) duo genera peccatorum abundant in huiusmodi, & tertium adducit iram & perditionem. Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat. Et homo nequam in ore carnis suę non desinet, donec intendat ignem. Homini verò fornicario omnis panis dulcis, non satiabitur transgrediens vsque ad finem. Cuius etiā rei non indoctus Paulus suos Romanos obsecrat, vt idem solerter obseruent, & caueant: Rogo vos, inquiēs, fratres, vt obseruetis eos, qui dissēsiones & offendicula, præter doctrinam, quā didicistis, faciunt, & declinate ab illis: huiusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones, seducūt corda innocētium. Rursūmq; vt idē prestaret suus Titus,

Oratio sapientis illius Strach, quę Ecclesiasticum vocant. Eccle. 23.

Tria malorum genera in hæreticis.

Rom. 16.

Tit. 3.

ad hunc modũ illum hortabatur: Hæreticũ hom
né poſt primam & ſecũdam correptionẽ deui
ſciés, quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delin
quit, cũ ſit proprio iudicio condẽnatus. Vbi qui
Ambroſi. D. Ambr. Hęretic⁹ homo, inquit, eſt, qui per ver
legis, legẽ impugnat. Propriũ enim ſenſum vero
aſtruit, vt prauitatẽ mentis ſuę legis autoritate
mẽdet. Vtpote cuius in hoc eſt totus genius, vt
Genius ſiue natura hæretici, & quare ſit vitandus.
piis opinionib⁹ & doctrinis factioſis, ſuiſq; pla
tis & ſentẽtię in Eccleſia Chriſti ita fidat & inh
reat, vt nulli cedere velit, & à nemine ſe abſtra
ab impia ſentẽtia, cui innixus eſt, patiatur: quap
reuict⁹ de errore & impietate opinionis: & qui
paucis dicam) ſentit pertinaciter contra dogma
Chriſtiana: & Chriſtianũ ſe ſimulans nititur ali
in ſuas impias opiniones pertrahere. Quales ſun
qui aduerſus ſacroſanctã Euchariſtiã & ſacram
ta, Eccleſiæ ornamenta, & peccatorũ medelas, p
Tit. 1. tempeſtate non ſolùm prædicârunt, ſed & imp
quoque ſcripſerũt. Nempe quorũ inquinata
mens & conſcientia. Cõfitentes nimirum ſe no
ſe Deum, factis autẽ negantes: cùm ſint abomina
ti, & increduli, & ad omne opus bonum repro
Prou. 24. Gen. 8. Quamuis enim, teſte Sapiẽte, ſepties in die cad
iuſtus, atque per incogitãtiã quandã fragilitate
que, & imprudentiam peccato conſentiat (vt ſen
ſenſus & cogitatio humani cordis prona ad ma
ab adoleſcentia cuiuſque) leuius tamẽ peccãt
núſq; improbi ſunt, qui morbo quodã naturæ
peccatum ferũtur, quàm qui perdita, deplorat
& velut deſtinata quadã malitia, delinquunt. Ta

pertinaci interim cõcertatione sibi blãdientes, vt à gremio catholicæ Ecclesiæ (fonte vtiq; veritatis & domicilio fidei, diuinóq; tẽplo: in quod si quis nõ intrârit, vel illinc sese subduxerit, à spe vitæ & salutis æternæ alienus est) semet miserè eximant. Vnde cùm sapientissimus ille Salomon, septies in die iustũ & fidelem cadere dixisset, protinus eũdẽ quoque resurgere cõfessus est: impios verò omnino corruere in malũ. Cui extremæ sentẽtiæ accedit & Ecclesiasticus: Error & tenebrę peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. Itémque: Peruersi difficilè corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Quod nec Ethnicos quidem illos quondam latuit. Ait siquidem ad hæc Seneca libro quarto de beneficiis: Non esse leuitatis à cognito & dãnato errore discedere, ingenuè fatendum est. Aliud putaui, deceptus sum. Hæc verò superbiæ stultitiæ perseuerantia est: Quod semel dixi, qualecunque est, fixum, ratúmque sit. Et Cicero: Difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus & opinioni, id subitò euellere. Sed & illius salutem desperandam esse, cuius aures ita clausæ sunt veritati, vt vel ab amico verum audire nequeat. Cuius rei rationem non ignorans diuus Chrysostomus, Neque enim (inquit) eos lucrari vnquam poterimus, qui peruersi sunt, peccántque non ignorantia, verùm ex peruersitate sententiæ. Huius generis sunt potissimùm, qui nullius scriptoris quantumlibet eruditione cõspicui, ex tã numerosa serie eruditissimo-

Ecclesia Catholica, fons veritatis, ac domicilium fidei.

Eccle. 11.

Eccle. 1.

Cicero.

Chrysost.

rum,& non vulgari ſanctimonia prędítorum ho-
minum,quos in hunc vſque diem tot ſeculorũ
ſenſus approbauit,ſententiã recipiũt. Verùm è
2. Pet. 3. uerſo ceu indocti & inſtabiles (vt Petr⁹ loquit
ſi quid difficile intellectu cùm in Paulinis Epi
lis,tum in cæteris ſcripturis reperiũt: aut ad aſſe
tionem eius opinionis, cui ſemel adhæſerunt,
torquent, aut ad ſuam ipſorum perniciem dep
Hæreticorũ impietas. uant. Gratiam vtiq;(vt ait Iudas Apoſto.) Dom
ni noſtri Ieſu Chriſti transferẽtes in luxuriam
his,quæ naturaliter tanquã muta animalia nõ
corrupti. Volẽtes deniq; (vt autor eſt Paulus) e
1. Tim. 1. legis doctores,nõ intelligẽtes quæ loquũtur,
Hieron. de quib⁹ aſſeuerãt. Quos deniq; ſubnotãs D. Hi
ronimus ad Demetriadem virginem, Multi ſun
inquit,iuxta vetus elogiũ,qui,cùm loqui neſcia
tacere non poſſunt:& qui docent ſcripturas,qua
non intelligunt. Et quum aliis perſuaſerint,eru
torum ſibi aſſumũt ſupercilium: prius imperitu
Tit. 1. magiſtri,quàm doctorũ diſcipuli. Quibus alioqu
non tãtùm ſufficit in orthodoxã fidem impia
torquere cõuitia, ſolúmq; dominatorẽ & Dom
nũ noſtrum Ieſum Chriſtum ore (vt à multis ha
dignis accepimus) & factis negare: ni etiã ſimpl
ciores quoſq; & ſui doli ignaros deprędátes,in
flagitij pertrahãt, & ſublimitate quadã ſermoni
Colo. 2. & inani fallacíq; philoſophia,iuxta traditionẽ h
minum mente corruptorum, ſecundum elemẽ
mundi,& non ſecundum Chriſtum. Indéq; ad
paulatim data opera per humilitatẽ & ſuperſtitio
nem angelorum, hoc eſt,ſua cõmentitia vita,

assectatores humilitatis & simulatæ cuiusdam religionis, videri cupientes angelicam vitam ducere, cùm tamen Sardanapalicã occultè viuant: & in his quæ non viderunt fastuosi incedentes, frustra inflatiã mente carnis suę nõ minus pestilenti suasu, quàm hortatu impio, abs quorũdam eorum, quos in suam sententiã pellexerunt, mentibus eximunt pietatẽ. Alios verò depulsa omni pudicitia ita dementant, vt turpiũ voluptatũ, ad quas suapte natura plus nimiò quisq; protenditur, eis immittant amorẽ: pro obediẽtia insibilent rebellionem: pro Dei timore securitatẽ: liuoris denique virus instillent in animum cõfratrum suorũ, multò amplius quàm dęmonum quispiam, quò demũ toti animo contabescant miseri. Qua nimirũ via tãdem accidat, vt cùm eodẽ accesserit quasi maximus quidã magister populus: atq; (vt verbis Ciceronis vtar) omnis vndique ad vitia consentiẽs multitudo: tũ planè inficiatur quisq; opinionũ prauitate, atque à natura ipsa boni & recti desciscat, & aberret. Adeò vt iis ipsis, qui nihil meli⁹ homini, nihil magis expetendũ, nihil præstantius honoribus, imperiis, libertate inconsiderata, populari deniq; gloria (ad quã fertur illorũ optimus quisque) iudicant: optimam naturã eis videatur inuidisse, nisi in summa inanitate versentur, cõsectentúrque non eminẽtem quidem illã effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriæ. Sícque tandem euenit, vt quemadmodũ Iãnes & Iambres resistebãt Mosi: ita illi omnes hac opinione imbuti resistant veritati, homines quidem mente corrupti, & reprobi

Vix vnquam deponi posse hæresim, vbi inconditus populus ea infectus est.

2. Tim. 3.

circa fidem. Sed quid tandem? Non proficiat quit, amplius. Quare? Quia eorum amētia ac liditas, vesanáq; animi peruicacia sit breui fu cuidēs omnibus: quēadmodū & illorū fuit: Act. 5. quod cōsultus ille Gamaliel astruit in Actis A stolicis: Si cōsiliū (inquit) aut opus istud fuer hominibus, dissoluetur. Sin ex Deo, illud nem soluere poterit: ne quādo repugnare deo vide

Ratio cōsily hæreticorum cognoscendi, si diutius sit permānsurum, an mox dissoluendum.

Quod porrò consiliū, sítne ex Deo, an ex hom bus, indéque diutius sit permānsurū an mox dis pendum, si intimius nosse aut rimari cupias, e actus discute, & cum ea, qua degūt, vita cū fide iuncta conferto. A fructibus nēpe suis quęque bos agnoscitur. Et, teste Paulo, sine fide haud Mat. 7. Hebr. 11. poteſt, vt quis Deo placeat. Si fructus dignos p nitentię faciunt, ex Deo fore eorū consiliū dic Sin minus, & tam illiberali mente sint, vt dicā tra semetipsos, Patrem habemus Abraham Mat. 3. déque Dei iustitiæ nolint subiici, & omni infide Iob 21. tati addicti, dicāt Deo, Recede à nobis, sciētiā rum tuarū nolumus: quis namque est omnipot vt seruiamus ei? & quid nobis proderit, si ora rimus eū? Si, inquā, fuerint huiusmodi: hinc in perpendito, iā securim ad radicē taliū infrugife rum arborum positam esse: quò excidantur, & ignē mittantur. Et hanc insuper diram prop Iere. 17. execrationē eos incursuros, Maledict° homo, confidit in homine, & ponit carnem brachiū & à Domino recedit cor eius. Quoniā erit q myricæ in deserto, & nō videbit cùm venerit b num: sed habitabit in siccitate in deserto, in

salsuginis,& inhabitabili: Hoc est,à diuina gratia precisus arescet sicut infœcũdus palmes,& tandẽ in ignẽ mittetur. Quò spectat & illud Pauli,quod de illorũ immedicabili cõtumacia apud Hebræos protulit:Impossibile est,inquiẽs,id est,valde difficile est,eos qui semel sunt illuminati, gustauerũt etiam donum cœleste,& participes facti sunt spiritus sancti, gustauerũt nihilominus bonum Dei verbũ,virtutésq; seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus reuocari ad pœnitẽtiã,rursum crucifigẽtes sibimetipsi filiũ Dei,& ostẽtui habentes. Terra enim sæpe venientẽ super se bibens imbrẽ, & germinãs herbã opportunã illis à quib⁹ colitur,accipit benedictionẽ à Deo.Proferẽs autem spinas ac tribulos:reproba est,& maledicto proxima:vtpote cuius consummatio huc tẽdit, vt comburatur.

Vix fieri posse,vt hæreticus à contumacia sua resipiscat. Hebr.6.

Simile.

Quãuis enim(vt præmisim⁹) nemo tam prudẽs sit,ac circũspectus,qui non interdũ aut cupiditate victus,aut impulsus libidine,aut errore deceptus, aut vi denique coactus, à iustitiæ via delabatur, rectóque tramite deflectat & exorbitet:nihilominus si toto animi nisu conetur, vt quẽadmodum Deus,imbecillitatis nostrę nõ ignarus,sua pietate aperire nobis dignat⁹ est partũ salutis,vt hinc necessitati,cui carnis fragilitas subiecta est, medicina pœnitentiæ subueniret:ita illam non repudiet aut reiiciat,sed q̃ primũ se recipiat ac reformet,eũque prioris vitę subeat pœnitudo:nulli dubiũ esse debet,quin su⁹ oĩs error, quãtũcũq; enormis fuerit, à Deo, natura clementissimo, facilè condonetur:atque tandem in rectam viam redu-

Pœnitentia, comes salutis.

Impœnitẽtia comes dãnationis.

catur. Cõtrà, si cui est mens tam illiberalis, vt q
reuocare gradum, superâsque euadere ad at
valeat, hoc opus, huncque laborem suscipere
nuat, ac detrectet: nempe vt actorum suorum p
nitudine duci nolit, sed optet potius assiduè se
uum vitiis pectus habere suum: haud dubium e
quin, quod fuerat primùm sanabile vulnus, d
tum ad finem vsque vitæ, longioris moræ dam
ferat. Nimirum quòd tam pœnitere nescium e

Iob, 41.

non secus indurari soleat, atque (vt de Satana
Behemoth nomine apud Iob legitur) malleat
incus. Tam denique prauum reddatur, & incre

Hebr. 3.

litati obnoxium, vt omnino desciscat à Deo viu
te, & obducatur seductione peccati: intãtum sa

Conscientia læsa.

ad leuiora tandẽ occallẽs flagitia, vt nequicquam
cõmoueatur maioribus. Habet enim inter cæ
ra hoc malum assuefactio, vt postea quàm mo
vsu velut in naturã transierit, non sentiamus m

Sapiẽ. 17.

lum nostrum: iamque palam, & sine cautione p
cemus: iuxta illud Sapientis: Semper præsumi
ua, perturbata semel conscientia, haud secus quam
ira permotus animus, dictu pudenda & crudel
audet. Et rursus: Impius cùm in profundum pe

Pro. 18.

catorum venerit, contemnit. Sed quid tandem
sequitur? Ignominia vtique, & opprobrium. Co

Eccle. 3.

enim durum (inquit) malè habebit in nouis
simo. Et, qui amat periculum, peribit in illo. E
item: Cor ingrediens duas vias, non habebit su
cessus: & prauum cor in illis scandalizabitur. V

Iaco. 1.

etenim (inquit Iacobus) duplex animo, incon
stans est in omnibus viis suis. Et cor nequa

grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum. Quandoquidem mali homines (ait Paulus) & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Nam plerumque videre est, vt ij, qui nouitatibus student, nusquam erroris finem inueniant, sed noua semper commenta, & corruptum dogma proferant. Ea est enim erroris vis, vt sisti non queat. Sed quid tandem? Ecce (inquit regius Psaltes) qui se à te elongant, ô Deus, peribunt: perdes omnes qui fornicantur abs te. Vnde alibi, diram in eos execrationem imprecans, ne videlicet ille taceret, aut compesceretur, aut certè à capienda protinus de illis vltione dissimularet, vt merétur, sic eum prophetico more efflagitabat: Ecce, inquiens, inimici tui, Domine, infremuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum callidè iniecerunt consilium, & cogitauerunt aduersus electos tuos, dicentes: Venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra. At verò quoniam cogitauerunt vnanimiter: simúlque aduersum te fœdus pepigerunt tabernacula Idumeorum, & Ismaelitæ, Moabitæ, & Agareni, Gabalitæ, Ammonitæ, Amalechitæ denique, & id genus alienigenæ & peregrinæ factionis inuentores: ideo pone eorũ principes (qui nimirũ se iactant hæreditate possessuros tabernacula Dei) sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana: quò vel tandem isti illorum more subitò deficiant pereantque, propter suam ipsorum iniquitatem. Præterea pone eos vt rotam, quò non minus fiant

2. Tim. 3.

Hæreticorum perditio, Psal 72.

Psal. 82.

Hæreticorum vox aduersus Ecclesiam.

instabiles, quàm rota in loco decliui: & sicut stipulam ante faciem venti, hoc est, vt aliò transferantur atque deuoluantur, instar paleæ vehementi vento raptæ atque agitatæ. Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes: ita persequere illos in tempestate tua, & in ira tua turba eos. Imple demum facies eorum ignominia, etsi quærant nomen tuum: erubescant, & conturbentur in seculum seculi, & confundantur, & pereant. Quò vel tandem cognoscant, quòd nomen tibi sit Dominus, & solus tu altissimus in omni terra. Ecce, quod premium his erroris dissidiorum artifices, impij, & peccatores reportant: quantámque Dei iram iuxta suam ipsorum duritiam & cor impœnitens sibi thesaurizent, emereantur, & colligant, nõ in hoc tantùm seculo, sed & in die iræ, quo patefiet iustum Dei iudicium: dum interim illius bonitatis diuitias, patientiæ denique ac lenitatis cotemnunt. Ignorantes quòd ipsius bonitas ad pœnitentiam eos inuitat: reddituri tandem vnicuique iuxta opera sua: iis quidem, qui secundum patientiam bonis operis, gloriá & honorẽ, & incorruptionem quærunt, vitã ęternã: iis autẽ, qui sunt ex cõtẽtione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autẽ iniquitati, ventura est ira, & indignatio. Tribulatio quippe & angustia in omnem animam hominis operantis malum.

Exaggeratio pœnæ grauitatis impiorum.

Ro. 2. Dei bonitatis, & patientia.

Tria peccantiũ genera. 1. Ioan. 5.

Quibus ex rebus hîc diductis, tria peccantium genera eliciens diuus Ioannes prima epistolæ suarũ Catholica, iubet fidelibus & in Christianã

mum accitis, vt si quẽ repererint imprudẽter lapsum in peccatum aliquod (vt fert hominum natura, nihil est enim ex omni parte beatũ) nẽpe cuius exitꝰ in mortẽ nõ vergat, vt cũm vel per infirmitatẽ, vel lasciuiã, aut impudicã vitã peccatur, ita tamẽ vt veritas Euãgelica cognita, neque cõtẽnatur neque oppugnetur: atque demũ quiillud admiserit, nulla eius delectatione remoratus, quãtotius studeat eius pœnitudine duci: rogent Dominũ, aduocatũ vtique illũ & pro nobis interpellãtẽ apud patrẽ Iesum Christũ: quò tãdẽ ille cõuertatur, & in meliꝰ cõmutet vitã: abiiciẽsque (vt docet Iacobus) omnẽ immũditiã, & abũdãtiã malitiæ, in mansuetudine suscipiat insitũ verbũ, quod possit saluare animã eius. Sin verò is adeò peccato suo inhęreat, vt in eo se oblectet cruẽtus, & velut amẽs id nihili ducat, quãtũcumq; etiã hortamẽti vt ab hoc resiliat addideris: pro huiusmodi vetat preces ad Deũ fundi: q; nimirũ eiꝰ dãnatio iusta sit, ꝓprio vtiq; iudicio cõdẽnati: ni vel tãdẽ ex perdito resipiscat. Quia tũ (inquit Seneca) est eõ summa infœlicitas, vbi turpia nõ solũ delectãt, sed etiã placent: & desinit esse remedio locus, vbi quę fuerant vitia, mores fiunt. Quinimo, autore Valerio maximo, inutiliter aliquid concupiscere, & in eo perseueranter morari, exitio vicina est ea dulcedo. Ægrotis quidẽ haud absimiles: quorũ alios videris ita medicabiles & sanabiles, vt cura adhibita statim cõualescant: alios verò adeò medicinã respuere, vt ægrotãtes neq; seipsos iuuẽt, neq; ab aliis adiuuari sustineant: morbumque alioqui fa-

1. Ioan. 2.

Iaco 1.

Peccatum ad mortẽ.

Ro. 2. Tit. 3.

Seneca.

Valerius maximus.

Simile.

cilè curabilem ipsi sibi perpetuum faciant, malentes citius in turpitudinis cœno perpetuò decumbere, quàm illinc sese attollere. Atque ij sunt, qui ad mortẽ vsque peccant impœnitẽtes. Cuiusmodi sunt, quos in meretricio, auaritia, falsa opinione concepta, & vsuris moribundos videre est, quorum quidem libro præcedenti plus satis meminimus. Pro his quandiu viuunt rogandum esse stimulat atque instigat charitas. Sed si hoc in statu animam exhalâsse illos cognouerimus, nõ crediderim pro iis rogandum esse.

Peccatum in Spiritũ sanctum.

Est præterea peccatum ad mortem, illud quidẽ omnium grauissimum, vtpote in Spiritum sanctum, indéq; irremissibile, hoc est, admodum arduum & difficilè vt remittatur: perfidia videlicet, & veritatis cognitæ oppugnatio: hoc est, Paulo interprete, non tenere spei suæ confessionem indeclinabilem: caput denique illud, in quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationẽ in mẽsuram vniuscuiusq; membri, augmẽtum corporis facit in ædificationem sui in charitate. De quo quidem ille in Euangelio Ioannis Iudæis eius doctrinæ obluctantibus, Si non credideritis, inquit, quia ego sum, in peccato vestro moriemini. Et rursus apud Matthæũ: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: at blasphemia in Spiritum sanctum non remittetur. Et quicunque dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit aduersus Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in

Hebr.10.

Ephes.4.

Ioan.8.

præsenti seculo, neque in futuro. Volũtariè enim (teste Paulo) peccantibus nobis post acceptam notitiã veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Nam si post agnitam Christi veritatem, voluntariè & vltronei peccauerimus, id est, de industria peccatorum pœnitere noluerimus: aut si vsque ad finem in peccatis permanserimus, & immoriamur: aut denique, ex certa malitia agnitam veritatem impugnauerimus: putauerit nemo iam sibi pro suorum peccaminum ablutione hostiam relinqui, hoc est, rursum pro suis peccatis expiandis oblatum iri Christum: aut rursus per baptismum se ad nouam vitam immutandum. *Hebr.10.*

At quid (rogo) in Spiritum sanctum dici potest contumeliosius, quid eque blasphemum, eamque ob rem æque irremissibile, ac detestandum magis, quàm quòd istorum nonnulli inani quadam futilique philosophia turgidi, non verentur hoc conuitiũ in Mosem intorquere (cui alioqui quondam, vt est in Exodo, loquebatur Dominus facie ad faciem, sicut solet amicus confabulari amico) vt eum magum appellent? Prophetas somniatores? Cùm contrà asseueret Amos vnus illorum propheta, nihil Dominum Deum facturum, nisi prius reuelauerit secretum suum seruis suis prophetis? Apostolos subinde rusticos, & idiôtas? Quum illos ob id ad prędicandum à Christo missos adstruat diuus Hieronimus, doctor ille Eccle- *Impietas quorũdam huius temporis hæreticorum.* *Exod.33.* *Amos 3.*

Duabus de caussis missi à Christo idiotæ ad prædicandum.

fiæ cùm pius tum doctus, ne primùm fides cre-
dentium non virtute humana, sed eloquentia &
doctrina Dei fieri putaretur? Deinde, ne tradu-
se prudentia (vt in Lucam diuus ait Ambrosius)
ne redemisse diuitiis, ne potentia nobilitatis tra-
xisse ad suam gratiam videretur? Sed & veritatis
2. Cor. 4. ratio non disputationis gratia præualeret, atque
eminentia Dei esset, & non ex illis? Indéque be-
neficium, quod hinc exundaret, pluribus gratiæ
agentibus, exuberaret in gloriam Dei? Quan-
Chrysost. do enim, teste Chrysostomo, à Domino quæ
diffinitur ac publicatur, non debent, quæ dicun-
tur, ab auditoribus in quæstionem & curiosam
dubitationem aduocari: sed tantùm simplicitèr
susscipi. In hoc enim Apostoli quidem missi sunt,
vt quæ percepissent eloquerentur, non vt ad-
quid de suo adderent: nostrum verò est, vt cre-
damus. Quid credamus? Non vt essentiam illius
curiosè inquiramus, sed vt nomen eius credamus.
Hoc enim erat, quòd & signa tanta faciebat. In
nomine enim Iesu Christi dicebat, Surge & am-
bula. Et hoc ipsum fide opus habet. Nihil enim
illorum ratione comprehendi potest.

Ex his quidē concludere licet, quicquid in eo
dicitur, qui Spiritu sancto afflati sunt, in Spiri-
tum sanctum itidem dici necesse esse, qui illos in-
1. Thes. 4. afflauit gratia. Nempe quòd, diuo Paulo teste, qui
illos spernat, non homines spernat, sed Deum
qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in ipsis.
Ibid. 5. Vnde rursus idem Paulus suos Thessalonicēses in
hanc sententiam hortabatur: Spiritum ne extin-

guatis::prophetias ne aſpernemini. Spiritum verò extinguere dicitur, qui ea dona, quæ Chriſtus ipſe in ſuæ Eccleſiæ vtilitatem hominibus largitus eſt, vtputa, in aliis quidem ſermonem ſapientiæ, in aliis verò ſcientiæ, in aliis denique genera linguarum, vitam impuram viuendo, ſpernit, contemnit, aſpernatur, opprimit. Nam quemadmodum (inquit Chryſoſtomus) ſi quis huius lucis lychniæo, & aquam inſpergeret & pulueret, & ſi nihil horum inſpergeret, ſed oleum duntaxat eximeret, lucem extingueret: ita habet & donum Spiritus. Siue nanque res terrenas, & rerum fluxarum curas inſperſeris, extingues Spiritum: ſiue etiam ſi tu nihil tale feceris, aliunde tamen tentationis vehemens impulſus, inſtar cuiuſdam venti irruerit, & flamma valida non fuerit, aut parum olei habuerit, aut foramen oculorum & aurium non obturaueris, vel oſtium oris nō occluſeris, omnia peribunt. Spernere verò prophetias dicuntur, qui interpretationes diuinæ ſcripturæ, & declarationes fidei à ſacris Eccleſiæ doctoribus factas vel non ſuſcipit, vel aſpernatur. Nam, teſte eodem Apoſtolo, qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & cōſolationem. Vnde idem Apoſtolus in eam rē ſuos hortabatur Epheſios: Ne contriſteris Spiritum ſanctum Dei, per quem obſignati eſtis in die redēptionis. Non quòd profectò Spiritui ſancto ineſſe poſsit aliqua triſtitia: ſed contriſtare Spiritum Sanctum Dei in nobis dicimur, cùm quippiam illi ingratum,

Spiritum extinguere, quid.

Chryſoſt.

Prophetiæ ſpernere, quid.

1. Cor. 13.

Cōtriſtare Spiritum ſanctum Dei, quid.

Epheſ. 4.

obfirmata quadam opinione sentimus, aut o
spurco fœdóque loquimur, aut actu nefario com
mittimus, vnde nos tandem cogatur deserere. V
pote cùm non dignè ambulamus vocatione, qu
à Deo vocati sumus in die redemptionis, & i
gremium Ecclesiæ suæ acciti per baptismum: pe
quem baptizato appliçatur passio Iesu Christi re
demptio nostra, & in quo virtute & opera Spi
tus sancti obsignatur mens & corpus nostrum, v
nihil indignum se aut illa sentiat aut hoc opera
tur. Sed tanta humilitate, & mansuetudine, & pa
tientia vtamur, vt supportemus alterutrum: foll
citi seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis
Fiamus denique vnum corpus, & vnus spiritus
omnes inuicem, sicut vocati sumus in vna spe vo
cationis. Vt iam non simus paruuli, fluctuantes, &
circumacti omni vento doctrinæ in nequitia ho
minum se à veritate auersantium: in astutia ad
circumuentionem erroris. Non enim sic didici
mus Christum, cùm illum audiuimus, & in ipso e
matre nostra Ecclesia edocti sumus: sicut etiam
Luc.10. est veritas in Iesu, cùm apud Lucam suorum no
mine ita loquitur: Qui vos audit, me audit: & qu
vos spernit, me spernit: qui autem me sperna
spernit eum, qui misit me.

Huius tẽporis hæretici, Pharisæis & legisperitis similes.

Quod cùm agant huius tempestatis hæretici
hoc est, cùm Pharisæorum & legisperitorum ma
re (vt est apud eundem Lucam, capite septimo
Spiritui sancto derogent, eum aspernentur, et de
trahãt: vt cùm inquiunt, Quid nobis negotij cum
Ecclesiasticis præceptis? quis Petrus, quis Paulus

erat? quis Augustinus, aut Hieronimus? an non homines,& miseri,& mortales erant,nobis similes? Cùm(inquã)has blasphemias in viros Spiritu sancto afflatos intorquent, quis non dixerit cum Moyse huiusmodi murmur non contra homines, sed contra Dominum esse? tantúmque scelus neque in hoc,neque in futuro seculo,veniam à Deo habiturum? Quid siquidem damnabilius,& à Spiritu sancto perinde dissentaneum,atque nõ solùm diuinæ scripturæ interpretũ autoritatem eleuare, sed & ipsam scripturam diuinam cõtemnere? Aut certè illam,cùm id nõ possis,astuta malitia & malitiosa astutia, hoc est, subdola interpretatione, quasi reluctantem ad humanos affectus detorquere? Ex qua alioqui velut è montibus æternis (vt est apud regium Psaltem) nobis relucet æterna veritas,sempiterna quoque virtus eius,& diuinitas? Atque demum vnde nobis prorumpunt cœlestium oraculorum tonitrua, adeò sanè formidabilia, & humano captui imperuia, vt hinc exterritus ac tremebundus ille, qui adyta cœlestia quondam introgressus, arcana quædam verba inaudierat, quæ non liceret homini loqui, ingenuè exclamaret? O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius! Quid,inquam,æquè blasphemum, quàm ita pertinaci animo, impudẽti ore, induratáque frõte nõ modò impiè scripturas sacras ad erroneam interpretationem reflectere: sed & nullius etiam velle sententiæ,autoritati,& consilio accedere ex

Exod.15.

Subdola diuinæ scripturæ interpretatio.

Psal.88.
Rom.1.
Exod.20.
Hebr.12.

2.Cor.12
Rom.11.

tam numerosa eruditissimorum virorum seri
quos, prẽter admirabilem sacrarum literarum p
ritiam, vitæ quoque pietas commendat? Et qu
rum autoritas pro ratione esse debet? quorum d
nique sacrosanctam memoriã totius pridem v
neratus est, ac modò veneratur Ecclesiæ cons
Constitutiones à spiritu sancto profectæ. sus? Quid postremò æquè detestãdum, quàm co
nium hominum, vtputa, Academiarum, cõcil
rum, summorumque pontificum constitution
& canones, pro sua quemque libidine ridere, d
spuere, aspernari, euertere, refellere, detestari, a
que demum in cineres redigere? Maledicta co
gerere in eos, qui publica funguntur dignita
Cùm hoc pluribus in locis suarum epistolar
vetet Paulus insignis ille doctor Ecclesiæ, id
potissimùm illa quæ Romanis destinata est,
Rom. 13. quidem imperat ille, vt vnusquisque potestat
1. Cor. 7. sublimioribus subditus sit? Verùm qua, quæso, r
tione id imperat? Num vt imperiosè det præ
ptum, Domini interim consilium ad hoc non l
bens? Aut certè, vt cuiquam laqueum iniiciat b
nimè gentium. Verùmenimverò istud facit, v
quisque quod honestum, quod decorum & sa
tare sequatur, atque adhęreat Domino absque v
2. Cor. 10. la dissensione. Tum præterea quò demoliatur a
labefactet cõcilia, & omnem altitudinẽ extollen
tem se aduersus cognitionem Dei: & captiuá de
Omnis potestas à Deo. cat omnem cogitationem ad obediendũ Christo.
Nẽpe quòd nulla sit potestas, nisi à Deo. At qua
Rom. 13. à Deo sunt, ordinata sunt: intantũ vt qui potest
ti resistit, diuinæ ordinationi resistere sit exis

mandus: indéque adeò sibi damnationem acquirere: idipsum etiam cõfirmante scriptura: Diis nõ detrahes, & principi populi tui non maledices. *Exod. 23.*

Proinde iubet Paulus, vt vxor Christiana morigera sit viro Ethnico, modò ipse non sit autor diuortij. Iubet vt seruus Christianus obsecũdet absque murmure Domino idololatræ. Iubet vt omnes subditi sint præpositis suis, non solùm bonis ac mansuetis: verùm etiam asperis ac morosis. Iubet publicis magistratibus pendi tributum, pendi vectigal, persolui honorem. Insecutus vtique longè optimi illius præceptoris exemplum: qui cùm liber esset ab omni tributo, vtpote non alienus, sed filius: ne cui tamen esset offendiculo, sed omnem adimpleret iustitiam, cẽsum persoluere Cæsari haud denegauit. Obsecrat rursus vt offerant sui Deo vota pro regibus, ac præsidibus, vt sub illis contingat tranquillus rerum status. At qui hæc & præcipit & docet, quo (putas) esset nũc animo, si in viuis esset, aduersus eos, qui hoc seculo nullam non reiiciunt contemnúntve potestatem, nisi suis dogmatibus assentientem? Sed & procaci lingua, procaciore animo armati, in eam totis viribus debacchantur? Nullis, quantumuis consensus populi Christum profitentis accesserit, conciliorum & Canonum decretis adstipulantur? Et qui tales tantus doctor volebat esse Christianos erga præfractos idololatras: quid (rogo) dicturus esset, si nunc vitam ageret, de huius temporis hæreticis: qui in viam Cain abeuntes, & in errore Baalã mercede effusi, in contradictione *1. Cor. 7.* *Hebr. 13.* *Rom. 13.* *Mat. 17.* *1. Tim. 2.* *In contemptores potestatis.*

Core pereunt? petulanter vtique conuitiis ac ſ
ditioſis clamoribus eos etiam immeritò inceſſe
tes, qui publicam obeunt auctoritatem? Quos a
lioqui graphicè depingens diuus Iudas in ſua C
nonica: Hi ſunt, inquit, in epulis ſuis maculæ, con
uiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes
ſine aqua à ventis huc illuc circumactæ, arbores
autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ
fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones
ſydera errantia: quibus procella tenebrarum ſer
uata eſt in æternum. Et paulò inferius: Hi ſunt
murmuratores, queruloſi, ſecundum deſideria
ſua ambulantes, & quorum os loquitur ſuperbia
mirantes perſonas quæſtus cauſſa. Hi ſunt qui ſe
gregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non ha
bentes. Repleti (inquit Paulus) omni iniquitate,
malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, pleni inui
dia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, ſu
ſurrones, detractores, Deo odibiles, cõtumeliosi,
ſuperbi, elati, inuentores malorum, parentibus
non obedientes, inſipientes, incompoſiti, ſine af
fectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. Quæ
reres germaniorem huius tempeſtatis hæreti
rum, atque eorum exitialis finis deſcriptionẽ? Ad
qui cùm ſint huiuſmodi, eos nihilominus aſſere
audias ſuis in cõciliabulis ac famoſis libellis, ea
paſsim & impunè, ſinéque delectu emittunt, ma
citius hæreſeos inſimulãdos eſſe, quàm illi. Qui
& merè hæreticos, idololatras, atq; paganos ma
habendos eſſe, qui eorum refragamur dogma
bus & decretis. Sed & ſibi ſolis Spiritum arro

Hæreticorum huius temporis germana deliniatio.

Rom. 1.

Erronea opinio huius ſeculi hæreticorum.

tes, quotquot pridem extitere fautores Apostolicæ Ecclesiæ, scripturas sacras nullatenus intellexisse: indéque ab hinc plus mille quingentis annis Deum dissimulâsse errorem Ecclesię suæ. Nec ex tot sanctissimis viris, qui ab Apostolorum tẽporibus sacras scripturas interpretati sunt, dignũ quemquam Deum habuisse, cui spiritum Euangelicæ interpretationi idoneũ inspiraret, nisi ipsis solis. In hoc vtiq; propemodum Cathafrigiis illis hæreticis accedẽtes (quorũ autores fuere Mõtanus, Prisca, & Maximilia) qui cùm impudẽtissimi essẽt, eò etiã amẽtiæ prolapsi sunt, vt Spiritus sancti aduentũ nõ in Christi Apostolos, sed in se deriuatũ affirmarẽt. Quasi verò allucinaretur Paulus, cùm asserit diuisiones gratiarũ multiplices esse, eundẽ verò fore Spiritũ, qui eas affatim distribuit, ad vniuscuiusq; vtilitatẽ. Alij quidẽ (inquit) per Spiritũ datur sermo sapientiæ, alij autẽ sermo sciẽtię secundũ eundẽ Spiritũ: alteri fides, in eodẽ Spiritu: alij gratia sanitatũ, in vno spiritu: alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij discretio spirituũ, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonũ. Hęc autẽ omnia operatur vnus atq; idẽ Spiritus, diuidẽs singulis, provt vult. Hactenus Paulus.

Cathafrigij hæretici.

1. Cor. 12.

Spiritus sancti dona.

Cùm itaque hæc veris veriora sint, adeò vt nec inficiari quidem iure possit aliquis, nedum Turca, nedum cœcus animi: satis tamen demirari nequeo, quonam pacto eò temeritatis & amentiæ deciderint isti, vt ausint adstruere nullum Euãgelium mundo inclaruisse ab Apostolorum temporibus. Quinetiã se germano illo Spiritu solos do-

natos,quo elucidari habeant ſacræ ſcripturæ. V
quidē concludendum venit,ſi ipſi ſoli illo ſpirit
donati ſunt, doctiſsimis quibuſque, quorum d
ctrinā totius Eccleſię catholicæ veneratur & am
plectitur cōſenſus,tenebrarum caligine obcæc
tis,nec itidem,contra diuum Paulum,multiplic
gratiarū diuiſiones olim extitiſſe: quas diſtribu
re aſſerit diuinū illū Spiritum quibus vult,& qu
docūque vult, etiam & impiis. Quemadmodu
apud Ioannem de ſceleſto illo atque homicid
Caypha legitur, qui,cùm eſſet pōtifex anni illi
prophetauerit Ieſum moriturum eſſe, non p
gēte Iudaica ſolùm,verùmetiam vt filios Dei,q
erant diſperſi,congregaret in vnū. Itémque a
Matthæū tradit Chriſtus in die extremo mul
ſibi dicturos:Domine, Domine, nónne in nom
ne tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus,
multas virtutes fecimus? Quibus tamen reſpō
rus eſt,ſe nūquam illos nouiſſe. Quare ſi tam ſa
lectos ille ſuo Spiritu impartitur,quo duce tot v
tutes præſtent:quantò illos amplius, qui eius v
luntatem faciunt,& ſermones ſeruant?

Quòd malis etiā hominibus Spiritus ſancti gratia diſtribuitur.

Ioan.11.

Mat.7.

Fideles & catholici, viro prudenti aſſimilati.

Quò fit quidem vt eos viro prudenti compa
ret, qui ædificauit Domum ſuam ſupra petram,
tam firmo nimirum, támque ſolido fundamento
iacto,vt nullo imbre, nullo flumine, nullo ventō
quantūuis horrido & ſæuienti dirui poſsit. Atq
petra ipſa Chriſtus eſt,ſuper quā & ſe ſuā Eccleſi
ædificaturū Petro pollicitus eſt:tam ſolida vtiq
ſtructura,vt portæ inferi nō præualeant aduersus
eā. Fundamētū rurſus aliud nemo poteſt ponere

1 Cor.15.

Mat.16.

teste Paulo, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quod si id Christus nō est, inanis fuit suorum prædicatio, qua vtique nihil asseritur aliud: inania sunt eorū scripta ad hoc nimirum solùm edita, vt illud credatur: inanis est & fides nostra, qui his omnibus fidem habemus, vt veris & minimè erroneis. Reperietur & Christus ipse falsus testis, quoniam testificatus est se nobis nusquā defuturum, vsque ad consummationem seculi: idipsum etiam cōfirmante Psalmographo, cùm ait: Quia non repellet Dominus plebem suam, & hęreditatem suam non derelinquet, quoadusque iustitia cōuertatur in iudicium: hoc est, donec Christus, qui ipsa est iustitia, nobis à Deo datus sapientia sanctificatio, & redemptio, vt ait Paulus, relicta sua longanimitate, ad iudicandum se conuertat: & proximi eius fiant omnes rectis corde.

1. Cor. 3.

Mat. 28.

Psal. 39.

1. Co. 1.

Christum suæ Ecclesiæ præfectos nunquam sua gratia destituisse.

Quòd verò hoc tantùm ad suos Apostolos, qui tum illi conuiuebant, cùm sumpta serui forma mundum incoleret, nolet ipse referri, vel hac re ad liquidum patet: quòd nimirum vsque ad seculi consummationem illi non vixerint, sed naturæ, quemadmodum & de vnoquoq; nostrûm statutum est, cesserint. Quandoquidem Petrus, cui etiamnum peculiari quadam prærogatiua ligandi soluendíque pontificium quondam concesserat, mortuus est. Mortuus est & Ioannes, eidem adeò dilectus, vt in suprema cœna, illius pectori innixus, tantum de eius plenitudine sciētiæ & sapientiæ hauserat, quantum mortalis infirmitas capere posset. Mortuus est & Paulus, qui nulla in rę

Mat. 16.

Ioan. 13. & 21.

1. Cor. 13.

1. Tim. 2. se reliquis Apostolis infirmiorem esse astrueba
tametsi nihil esset: constitutus vtique à Christo
segregatus pręco & Apostolus, ad hoc vt verita
diceret, non mentiretur, doctor gentium cum
Luc. 10. de & veritate. Mortui sunt denique septuagint
illi, quibus apud Lucam dedit potestatem calca
di super serpētes & scorpiones, & super omne
virtutem inimici. Qui & reuersi à sacri Euangeli
prædicatione, illi dicebant: Domine, etiam dęmo
nia subiiciuntur nobis per nomen tuum.

Cùm itaque mortui sint quotquot Christo cō
uixerunt, quis nedum hebes & impos animi vel
aut præsumat astruere, hoc quod dixit se illis nō
quam defuturū, de Apostolis tātùm, atque de il
quibus tum ad os loquebatur, intelligere voluisse
Et non etiam pariter de cæteris, qui in eorum lo
1. Tim. 1. cum suffecti sunt? Atque in summa de omnibus
Christo & Ecclesiæ catholicæ ex puro corde, &
conscientia bona, fidéque non simulata adhæren
tibus? Quod subinde vel hac ipsius sententia plu
satis confirmatur, qua in suo nomine coadunatis
pollicetur se in eorum sententiam iturum, si quid
Mat. 18. eum petierint. Si duo, inquit, ex vobis cōsenserint
super terrā de omni re, quācūq; petierint, fiet illis
Spiritum sanctum nusquam sua gratia maiores nostros destituisse. à patre meo, qui in cœlis est. Vbi enim sūt duo vel
tres cōgregati in nomine meo, ibi sū in medio eo
rū. Proinde putida ista mēbra & à corpore ortho
doxæ Ecclesię resecta omitttentes, ipsi Christo o
iúsque electionis vasi Paulo inhæreamus fortes in
fide, qui hac insigni venustáq; similitudine probat
Spiritū sanctum nostros maiores sua gratia nō

latenus destituisse: sed omni seculo quibuscunque vult, & quandocunque vult illam dispertiri, iuxta suam ipsius liberrimam volũtatem. Sicut (inquit) corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gẽtiles, siue serui, siue liberi: & omnes in vno spiritu potati sumus. Nã & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, Quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: non ideo nõ est de corpore? Si totum corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? Nũc autem posuit Deus membra, vnumquodq; eorũ in corpore sicut voluit. Quòd si essét omnia vnũ membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidẽ membra, vnum autem corpus. Hactenus Paulus. vbi quidem ille ex comparatione corporis naturalis ad corpus Christi mysticum, docet vnitatem seruandam, & schismata, hoc est, dissidia, contentiones, discordias, dissẽsiones & nouas opiniones in Ecclesia (quæ est corpus Christi) omnibus modis vitandas. Vt sicut manus nõ inuidet oculo, insigniore officio, & superiore ornatu, & oculꝰ manum inferiorẽ non contemnit, sed sibi inuicẽ seruiunt, & in vnũ consentiũt: ita & in Ecclesia, quæ à Christo passo hucusque ex multis fidelibus cõsistit, mutuus debet esse & amor & cõsensus, etsi pleriq; gratiis differãt. In quo quidẽ obseruãdum

1. Cor. 12.

Vnitas seruanda, & schismata vitanda.

diuum Paulum pedem non facere cum oculis ſceptationem inire, ſed cũ manu, quæ paulò ſ ſuperior. Auditum introducere cũ oculo conte tionem habere, quò oſtẽdat his inuideri ſolere hæreticis, non ſolùm qui maximum in modũ e cellant, ſed iis etiam, qui pluſculum prouehuntu Atqui ſi corpus noſtrum ſeditioſum eſſe non o cet, quantò minus Chriſti? Tantò profectò, qu tò gratia potentior eſt, quàm natura. Si igitur ſ

Chryſoſto. quit Chryſoſtomus) vnus nos ſpiritus formau vnum in corpus redegit (id eſt enim vnũ in co pus baptizatos nos eſſe) & menſam eandem l gitus eſt, & rigatione eadem omnes perfudit; enim eodem ſpiritu potos eſſe ſignificabat) de tãto interuallo diſsidentes couniuit: denique multa quæ ſunt, tũ corpus vnum euadunt, cũ vnum omnia coaluerũt: quid tu differentiam ſ ſum deorſúmque verſas? aut te poſtremum pu ribus illis, qui primitias ſpiritus habere merue excelſiorem exiſtimas? Nam quòd tu quidé pau multa corporis vnius eſſe membra diuerſa, illu ipſam corporis nótam, hãc prærogatiuã eſſe ſcia vnum vt ſint, efficere poſſe quæ diuerſa ſunt, multa. Hæc ille. Quemadmodum itaque ſpiritu

Eccleſia Chriſti cõſenſus & concordia. ille diuinus (cuius vtiq; gratia omnes Chriſto in corporamur per baptiſmũ, & fidem in illum, q vnum corpus efficiamur, ídq; nõ ſub diuerſis ſp ritibus, ſed vno eodémq; ſpiritu, & baptiſmo v eodéq; abluti) pro ſua illa immenſa prouidẽtia cit vt pes infimas partes, manus mediã, & ocul arcem ipſam in corpore ſortiatur & obtineat, q

tamen inuicem nihil diſsidij, controuerſiæ, & tumultus habeant: ita in Eccleſia ipſa fieri debet. Vt nimirum qui humilior eſt, ſit ſua conditione contentus: qui ſublimior, nil efferatur, ſed demittat ſu percilium: nullos contemnat, nullos à ſe repellat, nullis inſultet, nullum pariat diſsidium inter eodẽ ſpiritu donatos, nullius gloriam adimat, aut nouo denique inuento veterum eruditionem obfuſcet, cõuellat, damnet, reſcindat, atq; demũ cornicibus (vt eſt in prouerbio) oculos configat: cùm id diuino munere & dono acceperit, nõ propria virtute.

Hæreticos falsò maioribus noſtris obgãnire.

Quibus ſanè ſyncera mẽte diductis libratiſque, facile erit colligere, q̃ immeritò tenebriones iſti, furciferi, mentiũ ſeductores, & magiſtri erroris, in noſtros maiores obgãniant, cùm velut canes quidam rabioſi illis adlatrantes, eos aſſerunt ab hac ſpiritus gratia ita ſecluſos, vt in explanãdis diuinis ſcripturis prorſus cœcutierĩt: ſe verò ea donatos, qua germanè elucidari habeant. Atqui potéſtne oculus dicere manui, Opera tua non indigeo? aut iterum caput pedibus, Non eſtis mihi neceſſarij? Quinimo quę impiis illis vidẽtur mẽbra corporis & Eccleſiæ infirmiora eſſe, plerumq; ad opus miniſterij Chriſtiani neceſſariora ſunt: & quæ putãt ignobiliora, his honorem vberiorem totius Eccleſiæ catholicæ conſenſus apponit: & his, quæ illis apparent indecora, copioſiorem addit decorem. In hoc vtique ſuum ſponſum imitata, qui, teſte Paulo, quæ ſtulta erant mundi elegit, vt confunderet ſapientiora: & infirma mundi, vt cõfunderet fortia: & ignobilia & contemptibilia elegit

Elegit Chriſtus humiles ad ſuæ Eccleſiæ miniſterĩũ, quò ſapiẽtes huius mundi & ſuperbos confunderet.

& ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt
1. Cor. 1. non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ca-
terum honesta nostra nullius egent: sed Deus ita
temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem
Contemperatio corporis Ecclesiæ. tribuendo honorem: vt non esset schisma vel fa-
ctio in corpore, sed in idipsum pro inuicem solli-
cita essent membra. Et si quid pateretur vnum
1. Cor. 12. membrum, compaterentur omnia membra: siue
gloriaretur vnum membrum, congauderent o-
mnia membra. Et quosdam quidem posuit ille in
Apostoli. Ecclesia: primùm, Apostolos, velut episcopos &
legatos Christi, omnia in se qui donorum genera
haberēt, & ad quos spectaret totius Ecclesiæ mo-
deramen, non solùm verbo & actis, sed scriptura
etiam. Quò fit quidem vt quæ scripserunt, & quæ
ab eis probata fuere, autoritatem sacræ scripturæ
habeant. Secundò, prophetas: non quidem illos
Prophetæ. veteris testamenti, qui ad Ioānem Baptistam us-
que perdurârunt: sed qui post Christi aduentum
Act. 21. et 11. futura prædicerent, quales feruntur in Actis A-
postolicis quatuor filiæ Philippi discipuli & Euā-
gelistæ, & Agabus. Tertiò, doctores, qui quæ ab
Doctores. Apostolis & prophetis tradita essent, sincera cum
cōscientia fidéq; nō ficta, & interpretarētur, & ca-
teros tum eloquētia tum piis actionibus & illu-
Virtutes. stri vitæ exemplo instruerent. Deinde, virtutes,
hoc est, qui morbo affectos incolumitati restitue-
Opitulationes & gubernationes. rent, aduersariis religionis Christianæ & fidei in-
ferrent supplicia, solo denique verbo in blasphe-
mos animaduerterent. Exinde, opitulationes, &
gubernationes, hoc est, qui egentibus subsidia &

ſubuentionem præſtarent,quíque imbecillos & ægrotos amplecterentur, ſuſciperent, & de his curam haberent,& gubernarent. Ad poſtremum, genera linguarum, ac ſermonum interpretationes.Indulgens quidem pater ille luminum, a quo omne donũ optimum perfectumque deſcendit, hoc pacto vnicuique Spiritus manifeſtationem, provt commodiſsimum fuit illi primo orientis Eccleſiæ ſtatui:quò ſic vel tandem omnia membra paulatim formarentur atque coaleſcerent in vnum corpus, firmíſque radicibus in hominum pectoribus inhæreret religio : dum vnum membrum,alterius curam gereret: & quod maiori in precio eſſet, maiorem de inferiori imbecilliorique haberet ſollicitudinem. Si vnum pateretur, condolerẽt reliqua. Si vnum honore afficeretur, cõgratularentur omnia.Eſſet denique decus omnium commune,communíſque omnium dolor, pari cõmuníque prouidentia ſibi omnibus proſpicientiũ.Nunquid enim omnes Apoſtoli?Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores?Nunquid omnes virtutes ? Nunquid omnes habent gratiam curationum ? Nunquid omnes linguis loquuntur?Nunquid omnes interpretantur? Cæterum ſi quis videtur contentioſus eſſe, nos hanc conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.

Iaco.1.

Non omnes omnia ſpiritus chariſmata ac diſpenſationesobtinere.

1.Cor. 12.

Quid ergo ad hæc effabere,ô deteſtande hæretice? Quid calumniæ aut aſſuetarum fallaciarum obtendere poteris?Num deinceps ſacras ſcripturas interpretari, earúmque myſteriorum cogni-

tionem,hoc est,illorum recõditos & allegoricos sensus eruere tibi vni donatum esse te efferes, iactabísque:cæteris hactenus errore obcæcatis? Maximè,inquit. At quo tandem spiritu? Eóne, de cuius plenitudine,& exuberantia omnes fideles accepisse diuus Ioannes asserit? Et quem Salomon libri Sapientiæ capite septimo sanctum diffinit, multiplicem,vnicum,disertum, mobilem, incõquinatum,certum,suauem, boni amantem, acutum,non vetantem bene agere,humanum, benignum,stabilem,securum,omnem habentem virtutem,omnia prospicientem,omnes spiritus capientem, intelligibilem, mundum,subtilem? Eone,inquam,spiritu præditus es ad diuinas scripturas elucidandas, qui te eo tantopere iactitas? Reliquis, ab hinc quingẽtis annis supra millesimum densissimo atque inextricabili errori succumbentibus? Si eo sanè suffultus es, vt astruis, iis quoque adminiculis te præditum esse necesse est, quæ hic recenset Salomon: citra quæ alioqui genuinum sensum scripturarum assequi perquàm arduum est. Sin minus(vt est in procliui colligere) duplicem itidem fore spiritum, quo tum illi, tum tuique assectæ agimini,fateri conuenit. Quod & diuus ille Ioannes contestari videtur, cùm tam impensè suos admonet, vt non omni spiritui fidem adhibeant:sed probent & experiantur spiritus si ex Deo sint, an non: hoc est, si dogma, sensus,& mens diuinas scripturas tractãtium, Spiritum sanctum redoleant, nécne. Cuius rei rationem subinferens: Quoniã,inquit, multi pseu-

Ioan.1. Spiritus intelligẽtiæ qualis.

Spiritus duplex.

Ioan. 4

doprophetę eruperunt in mundũ. Quos itẽ qua ratione explorare valeas, demõstrans: Qui nouit Deũ (ait) audit nos. Quos nos? Nẽpe Mosen, Prophetas, Apostolos, eorũ successores, qui diuinas literas syncerè interpretati sunt: quos etiãnũ pluribus in locis Paulus Prophetas appellat. In quorũ denique gratiam, hanc Christus profert sententiam, quã paulò antè retulim⁹: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et rursum: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Vnde infert Ioãnes: Qui nõ est ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritũ veritatis, & spiritũ erroris. Illo quidẽ qui prędit us est, ei merces cõtinuò prędens redditur: nẽpe ꝙ omnibus, quibus insederit, mellis quendã odorẽ inspiret, & breui cõtactu vim sui relinquat: vtpote, iuxta Isaiæ sententiã, super humilẽ & quietũ, & tremẽtẽ ad verba sua requiescere solitus: ablactatos deniq; a lacte, & auulsos ab vberibus docens scientiã, & auditũ intelligere faciẽs. Illos nimirũ, qui, iuxta diui Petri cohortationẽ, deposita omni malitia, & omni dolo, & simulationibus, & inuidẽtiis, & omnibus detractionibus, sicut modò geniti infantes, lac illud nõ corporis, sed animi, quod dolum nescit, appetunt: vt per illud suboleścant in eum, qui dulcis est, & humilis corde, misericors denique, & miserator. Quo certè nomine & Christus apud Lucam agit gratias patri, quod quæ celasset sapientes & prudentes, hoc est, Scribas, & Pharisęos, & Philosophos: reuelâsset paruulis, vtique malitia, simplicibus deniq;, & iuxta mundum stultis,

Quomodo Catholici ab hæreticis secerni possint.

Luc. 8.
Ioan 8.
1. Ioan. 4
Spiritus veritatis.
Isa. 28.
1. Pet. 2.
Mat. 11.
Psal. 114.
Luc. 10.

1. Cor. 1. Isa. 9. sensibus autē perfectis: sicut scriptū est. Perdā sa-
pientiā sapientiū, & prudentiam prudentium re-
probabo. Nam quia in Dei sapientia non cogno-
uit mundus per sapientiam Deum, placuit De
per stultitiam prædicationis, saluos facere credē
tes. Quod perinde est, ac si diceret: Quoniam
Christum veram Dei sapientiam prædicantem
& Apostolos, eorúmque succedaneos Euangeli
Dei annūciantes, neglexerūt qui mūdana sapi
& per suam sapientiam (quæ rebus externis &
inanibus prorsus inhæret) Dei notitiam non
assecuti: placuit Deo largiri salutem credenti
per eorum prædicationem, qui stulti, stolidi, ido-
tæ, abiecti, imbecilli, & stipites à mundo & eo
assectis censebantur. Quia quod stultum est De
id est, quod illi ridiculum iudicant de Deo &
Christo, sapientius est hominibus: & quod infir-
mum est Dei, id est, quod imbecille existima
fortius est hominibus. Nempe qui non sublim-
tate sermonis aut sapientiæ freti, hoc est, orna-
nis ornatu, eloquentia sermonis, verborum le
cinio, syllogismis, & vanis ratiocinationibus,
stat Demosthenis cuiusmodi, Platonis, atque Ci
ronis, sed sola ostensione spiritus & virtutis, e
tioni Christianæ mundum subiugârint: quò n
tandem credentium fides non hominum sapie
tiæ, sed Dei virtuti asscriberetur. Sicut scriptu
1. Cor. 2. Isa. 64. est, Quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, ne
in cor hominis ascenderūt, quæ præparauit Deu
iis, qui diligūt illum. Nobis autem (inquit Paul
reuelauit Deus per Spiritum Sanctum: spiritus
ni

nim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quę sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita, & quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Nos autem nō spiritum huius mūdi accipimus, sed spiritū qui ex Deo est, vt sciamus quę à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur: nō in doctis humanæ sapiētiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia cōparantes. Animalis autē homo, qui videlicet affectus sequitur humanos, putans nullo sibi opus esse præsidio diuino ad diuinorum mysteriorum notitiā, sed omnia volēs assequi & cognoscere ratione humana & naturali, nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei, sed omnia stulta existimat, quę spiritus sunt. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur: id est, per fidem & spiritum commonstratur. Sicut scriptū est: Quis cognouit sensum Domini? Aut quis instruxit eum?

Animalis homo, qui dicatur.

Atqui hic est ille spiritus erroris, se vtiq; efferēs, atque extollens super omnē Dei scientiā: de quo Paulus, Spiritus, inquit (haud dubiè quin ille diuinus) certò loquitur, quòd in nouissimis tēporib⁹ discedent quidā à fide, attēdētes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū, in hypochrisi loquentiū mēdaciū, & cauteriatā habentiū suam cōscientiā. Vnde quoties De⁹ hominū impietate prouocat⁹, & ob scelera nostra alienatus à nobis, parat vltiōē, qua cū delinquēte cōterat simul & delictum: nō alio capaciore organo vti cōsueuit, quàm hoc mēdacij erroríque spiritu. Ita ab eo in libris regū

Spiritus erroris. 1. Tim. 4.

Eccle. 27.

3. Reg. 22.

mittitur ſpiritus mendax in ore prophetarũ, qui regem in calamitatem, quam eius merebatur impietas, coniiciat. Sic etiam hac tempeſtate non mirum videri debet, ſi efficaciam illuſionis (vt
2. Thes. 2. Paulus loquitur) ille nobis immittat, qui tot ſcelus detenti ſceleribus, vt mendacio potius fidem adhibeamus, quàm veritati, approbemus-
2. Tim. 4. que iniuſtitiam citius, quàm æquitatem. De qua alioqui tempeſtate quondam diuus Paulus vaticinabatur, in hũc modum ſuum Timothæum cum adiuratione exhortans: Prædica verbum, insta oportunè, importunè, argue, obſerua, in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cùm homines ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad
Pruriẽtes auribus. ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros pruri-entes auribus, hoc eſt, qui ſcalpãt, titillent, ac delectent hominũ aures orationis voluptate, non quæ radant veritate: qui loquantur quæ iuuent ſemper, non quæ contriſtẽt. Sicque à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ conuertentur.

De hoc rurſus mendacij & erroris ſpiritu atque pſeudoprophetarũ exitio apud Ezechielem habetur in hæc verba. Et factus eſt, inquit, ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, viri iſti poſuerũt
Contẽptores verbi Domini decepti interdũ per pſeudoprophetas. immũditias ſuas in cordib⁹ ſuis, & ſcãdalũ iniquitatis ſuę ſtatuerũt cõtra faciẽ ſuã: nũquid interrogat⁹ reſpõdebo eis? Propter hoc loquêre eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dñs Deus: Homo de domo
Ezech. 14. Iſrael, qui poſuerit immũditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit cõtra faciem ſuam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus reſpondebo ei in mul-

titudine immunditiarum suarum. Vt capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt à me. Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam illum in exemplum, & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus. Et propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum. Et extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel. Et portabunt iniquitatem suam: iuxta iniquitatẽ interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit: vtnõ erret vltrà domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis preuaricationibus suis: sed sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituum. Hactenus propheta.

Ab hoc item mẽdacij spiritu suis Corinthiis nõ modicum timens diuus ille Paulus, in hanc sententiam eis scribebat. Metuo ne qua fiat, vt quẽadmodũ serpens Euam decepit versutia sua: ita corrũpantur sensus vestri à simplicitate, quæ est erga Christum. At cur istud metuis, ô Paule? Quia inquit, eiusmodi pseudoapostoli, qui vobis imponere conantur, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in veros Apostolos Christi. Neque id quidem mirum, quandoquidem & Satanas ipse transfigurat se in angelum lucis. Quò fit, vt non magnum sit, si & illius ministri personam in se transferant, quasi sint ministri iustitiæ: cùm nihilominus sint homines mente corrupti, reprobi circa fidem: confitẽtes porrò se nosse Deũ, cæterum factis negantes: vtpote abominabiles,

2. Cor. 11. In veros Apostolos transfigurati hæretici.

Hæreticâ Satanę ministri. 2. Timo. 3. Tit. 1.

inobediẽtes,intractabiles, vaniloqui,mẽtiũ ſed-
ctores,& ad omne opus bonũ reprobi: ſubuer-
tes deniq; vniuerſas domos,docẽtes quę nõ opo-
tet,turpis lucri gratia. Quę ſanè omnia,quàm pr-
phetico ſpiritu ſit locutus Paulus(vt eſt) ex hoc
cõtagionis violẽtia,iã penè vniuerſas totius Gal-
lię(vt exteras nationes taceã interim) academia
vrbes,& vicos occupãte,facile eſt elicere. Quẽa
modũ etiã cùm ante aliquot annos ſtudij gra
Pictauiũ aditurus, Aurelia tranſirẽ, quidã ille
gẽs,Latini & Attici ſermonis facũdia clariſsim
(quem forſan obiter antiquæ amicitiæ cauſſa in
uiſeram) præter cætera inter nos vltro citróq
habita,mihi quàm familiariſsimè denarrauit,no
paucos,qui huic factioni adhæreſcerent, eò imi
niæ adductos eſſe,vt de Chriſto non ſolùm pra
ſentirẽt:ſed an Deus quidẽ eſſet,qui rebus cõſi-
leret,eáſque moderaretur & regeret,addubitare
Cùm,vel Marco Tullio teſte, nulla gẽs tam fer
tamq; rudis,nemo denique omniũ tam ſit imma-
nis, atque tam efferis moribus,cuius mentẽ non
imbuerit vnius Dei opinio: atque illi inſitũ ſit
perſuaſum,eſſe aliquã Dei prouidẽtiam, quã no
collocutio hominũ aut cõſenſus efficiat,nõ inſti-
tutis opinio ſit cõfirmata,non legibus. Quinimo
(vt ait Ariſtoteles,& eſt ab eodẽ Tullio repetit
ſi eſſent homines,qui ſub terra ſemper habitaſ
ſent,& deinde repentè euadere in hæc loca, quæ
nos incolimus,atque exire potuiſſent,pulchritudi
ne mundi,curſibúſque ſtellarũ ordinatiſsimis cõ
ſpectis, profectò & eſſe Deũ,& hæc tanta opera

Huius tẽporis Athei id eſt, ſine Deo, & à Deo alieni.

Ariſtotelis notanda ſententia.

Dei esse arbitrarentur. At verò aliquid menti cuiuspiam Christi sanguine renati insidere diffidẽtia poterit, de quo nec barbaræ quidem nationes diffiderunt? Proh Deum atque hominum fidem!

Libertas falsa, velamen malitiæ.

Cęterũ eò tandẽ progressa est detestanda huiusmodi impiorũ sentẽtia atque opinio, vt falsæ cuidã libertati innixi, quam ceu ex literis sacris, sed à suis magistris erroris malè intellectis atque deprauatis exprõptã, sibi prętexuerũt, omni lasciuiæ & libidini more pecudũ sese dederint: indéque adeò vitam eneruẽ, & quouis scorto abiectiorem exigant: illam nimirũ regij cõcionatoris, vt cæteras scripturas, ad suã ipsorũ perditionẽ absurdè accipiẽtes sententiã (nã, diuo Augustino autore, ibi malè viuitur, vbi de Deo sana nõ est sẽtẽtia) quã ille sub taliũ Epicureorũ nomine protulit: Dixi, inquit, in corde meo de statu filiorũ hominũ, quomodo Deus elegit eos, vt appareat similes esse bestiis, Quia vnus euentus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque cõditio. Sicut moritur homo, & illa moriuntur: similiter spirãt omnia, & nihil habet homo iumento amplius: quoniã omnia subiacent vanitati: & omnia pergunt advnũ locũ: de terra facta sunt, & in terrã pariter reuertũtur. Quis nouit si spiritus filiorum Adã ascendat sursum: & si spiritus iumentorũ descendat deorsum? Et deprehendi nihil melius esse, quã lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius? Hæc sunt, inquam, quæ dicunt isti, & meditantur apud se, cogitantes non rectè, dũ suæ erroneæ sententiæ locũ facere adnitũtur, Interim nihilomin9

Epicurei huius tẽporis, se eã dẽ ratione natos arbitrãtes, quæ vniuersa spirantia. Eccle. 3.

dum huic prauæ meditationi incumbũt, huic v
Psal. 48. dum ſtudent deteſtandæ opinioni, collocati cũ
iumentis inſipientibus, & ſimiles facti irratio
libus, hac via pecorũ & brutorũ deſideria & m
res referunt. Neſcientes vtique, aut neſcire vo
tes præ mentis hebetudine ac cœcitate, vitã æ
nam hominem manere poſt huius carnis qua
circũferimus interitũ: vtpote nulla fide, qua vi
hoc dignoſci poteſt, nec ratione quidem ſubn
Nã cùm omni homini à Deo fuerit cõſtitutũ,
rationis ſceptro vſus, brutis omnib' domine
ille verò abiectis proprij regni inſignibus, ſe
inter pecora cõſtituat, cõſiderationẽ oẽm de
cœleſtibus animo exuens, & irrationabilẽ anim
partẽ ſibi dominã ſtatuẽs: nemo inde nõ dix
quin ille brutorũ oĩm inſaniã excedat. In ſen
Quorũdã Philoſophorum opinio deteſtanda. porrò nõ ſolùm inaniũ illorũ Philoſophorũ Em
pedoclis, Ariſtoxeni, Zenocratis, Diceæarchi, A
agorę, Diagorę, Aſclepiadis, Hippocratis, Hipp
chi, Anaximenis, Critię, Parmenidis, Zenoph
Plinii, Marci Varronis, atq; taliũ innumerabi
Epicureorũ, Saduceorũq;, nẽpe exiſtimantiũ
hominẽ cõmori corpori: ſed & in æquè pern
Arabicorum hereticorum dogma. Arabicorũ quorũdã hęreticorũ dogma mani
pedibúſq; (ꝙ dicitur) eũtes: quos diuus Iſidor
tradit prorupiſſe amẽtiæ: vt prędecẽtiũ philo
rum inſtar aſſererẽt, animã hominũ beluarũ
ſimul cũ corpore mori, atq; in nouiſsimo die
q; reſurgere. Aut certè in ſuperſtitioſorũ illor
Cherinthiani. Cherinthianorũ hęreſim, qui inter cætera circ
ſionẽ obſeruãtes, mille annos poſt reſurrectio
in voluptate carnis victuros homines prędica

Quæ omnia quantùm sint inania, & libero homine indigna, tum primùm diuinus ille Plato, libro qui est de Animo, Aristoteles quoque & Seneca, tũ vel precipuè Marcus Tullius libro Tusculanarum quæstionũ primo, liquidò demõstrãt: cùm eorum opinionẽ ceu erroneam ac detestandam refellentes, animorum immortalitatem lucidè aperiunt & docent. Cùm interim istorũ, more brutorum viuentium, in hoc stet sententia, vt illud Psalmographi dicant in corde suo, quod in eorum detestationem protulit: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Ideóque corrupti, & abominabiles facti in studiis suis, non est inter eos qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Malentes vtique, iuxta Pauli testimonium, mentem atque animum escis stabilire, quæ nõ profuerunt ambulantibus in eis, quàm gratia Euangelica. Proinde non mirum si, cùm Deum cognouerint, nec sicut Deum glorificauerint, aut gratias egerint, sed euanuerint in cogitationibus suis, & obscuratum sit insipiens cor eorum: ita quoque eos ille tradiderit in reprobam mentem, vt & faciant & credant, quæ non conuenit nec facere, nec credere. Si enim (inquit Petrus) refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, atque insipientiũ errore traducti excidant à propria firmitate: facta sunt eis posteriora, deteriora prioribus. Melius enim fuisset illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionẽ retrorsum cõuerti ab eo, quod illis traditũ est,

Psal.13.& 52.

Hebr.13.

Rom.1.

Relapsus in deteriora.

2.Pet.2.

Pro 26. sancto mandato. Contigit enim eis illud veri pro-
uerbij: Canis reuersus ad suum vomitum: &, Sc
lota in volutabro luti. Quos alioqui suis colo
bus depingens idem Apostolus, déque eorum
immedicabili contumacia, corruptissimis mor
bus, iniquis consiliis, ac impuris sermonibus v
ticinans, ita fideles præmunit vt ab illis caueant
2. Pet. 3. & in puritate vitæ ambulent: Hoc primùm scíto
te (inquit) quòd venient in nouissimis diebus
deceptione illusores, qui iuxta proprias concu
piscentias ambulantes, dicant, Vbi est promissio
aut aduẽtus eius? Ex quo enim patres dormierũ
omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Latet e
nim eos hoc volẽtes, quòd cœli erãt priùs, & te
ra de aqua, & per aquam, consistens verbo De
per quæ ille tunc mundus aqua inundatus peri
Cœli autem qui nunc sunt & terra eodem verbo
repositi sunt, igni reseruati in die iudicij & per
tionis impiorum hominum, illorúmque portis
mùm, qui Christum nondum venisse cùm Iudæ
negant. Sunt etenim perplures huiusce factionis
quemadmodum paucis suprà retulimus (nã, ceu
Sapiente, audet sæua læsa semel conscientia: a
qua repulsa, autore Paulo, nonnulli circa fidem
naufragium fecerunt) qui non solùm pudẽdis fa
ctis, sed ore etiam sacrilego se illum nosse abne
gent. In hoc profectò cum impio illo ac scelesto
Basilide conuenientes, qui (vt autor est paulò su
perius adductus Isidorus) inter reliquas quas
Deũ protulit blasphemias, passum quoque Iesum
inficiatus est. Aut certè cùm Paulianis illis, asseri

Perplures sunt, qui Christum nondũ venisse existimant.
Sapien. 17.
1. Timo. 1.
Basilides hæreticus.
Paulani, à Paulo Samotano exorti.

tibus Christum non semper fuisse: sed à Maria matre sumpsisse initium. Quò fit quidem, vt non minima admiratione tenear, quî fiat, vt cùm & istorum, & Appellitarum, & Carpocratinorũ, & Valentinianorum nefaria dogmata, magno iam olim totius orbis consensu explosa sint & exibilata, in tantam nihilominus huius seculi mortales insaniam collapsi sint, vt illa iam ab hinc plus minus trecentis aut quadringentis annis consopita, in hanc ætatem reuehere præsumpserint. Quorum sanè primi, Christum non verum Deum, sed hominem in phantasia apparuisse affirmant. Secundi, Christum hominẽ fuisse tantũ, & de vtroque sexu progenitum dicunt. Tertiorum dogma pestiferum in hoc est, vt scelera quædam in origine Dei creatoris inducant. Christum denique de virgine nihil corporis assumpsisse: sed per eam quasi per fistulam aut canalem trãsisse adstruant. Quid tandem istorum veritatis oppugnatorum plerique? Quid? Non hisce solummodò detestandis dogmatibus accedunt: verùmetiam instar impiorum illorum militũ scelerata mercede conductorum, quò apud promiscuum vulgus passim Christum non verè à mortuis surrexisse, sed à suis discipulis noctu suffuratum deprædicarent, alij quidem omnibus modis denegant ac detestantur: alij verò (quod non minus exhorrẽdum est) illum summum impostorem fuisse, cum principibus illis Sacerdotũ & Pharisæis asseuerant. Quãquã ne hoc quidem expedire prę execranda blasphemia, & vix sine decori Christiani nominis læ-

Appellitæ Carpocratini.

Valentiniani.

Huius tẽporis veritatis oppugnatores.

Mat. 28.

Ibid. 27.

sione, promiscuis auribus & imperitæ multitud
ni prostituere, sat scio. Attamen quia in nonnull
Galliæ vrbibus penes aliquos rem ita habu
ab hinc aliquot annis (nescio si adhuc habeat
& de hac re aliquot libros, qui vsque ad me
manus deuenerunt, impiè editos, nouerunt qu
plurimi: tanta eiaculari conuitia mortali ab ho
munculo in creatorem seruatorémque omnium
hominum silentio tegere, non minus inhuma
num, quàm tolerare duximus: reformidantes v
que in illam prophetæ execrationem incide
quam, ob scelera populi sui à se minus impera
arden térque, ac rigidè obiurgata, de se pronu
Væ, inquit, mihi, quia tacui: quia vir pollutus labi
Isa. 6. ego sum, & in medio populi polluta labia habe
ego habito. Sed &, cum diuo Paulo, nihil adver
2. Cor. 13. sus veritatem possumus, sed pro veritate.

Tametsi hæc propriè in omnes Lutheri, atque
recentium schismaticorum fautores dici nolim,
quos alioqui non eò amentiæ collapsos arbitrem
vt illa dicere, nedum mente concipere velint:
verùmenim verò in nonnullos huius temporis
Epicureos, ac Sardanapalos, hoc est, Dei ac fu
2. Timo. 3. salutis prorsum immemores. Qui nihilominus
istorum dogmatibus freti, indéque audaciores
effecti, variis ac peregrinis doctrinis, desideriis
denique inutilibus & nociuis abducuntur in interi
tum & perditionem. Corrupti quidem illi (in
Ephes. 4. quit Paulus) iuxta desideria erroris, semperq; di
centes, & nunquam ad cognitionẽ veritatis per
uenientes. Ad illa porrò, ceu pisces quidam hama

esca prætento facilius allecti, quòd isti suis ambagibus & illectamentis, quibus imponunt incautis & minus prouidis, prætexere soleant incredibilẽ quídam illecebram, qua facilè vel optimus quisque capitur: remissis Veneris, & omnium voluptatum habenis, ne hamum præsentientes illi, à morsu, hoc est, eorum impostura resiliant. *Hæreticorum impostura.*

Habent subinde hoc genus impostura, vt duo triáve verba ex qualibet sacræ scripturæ sententia decerpant, eáque nuda, nonnunquam immutata nonnihil, sed & quàm fieri potest intellectu difficillima: humanis etiamnum sensibus, qui à sibi cuilibet ingenita natura in malum propendet pectore toto, vt opus non sit addere oleum camino, accommodatissima. Addentes plerumque ex suo arbitrio nonnullas confirmationes, & si quid est quod mitiget, quòd extenuet, quod exaggeret, suadeat, afficiat, flectat, ducátque multitudinem, & causam adiuuet, prætermissis his, quæ dubium sermonem elucidant: quò alioqui, iuxta Euángelicum illud ex Isaiæ oraculis depromptum, audientes non audiant, & qui sibi videntur aliquid scire, intelligendo, nihil intelligant, & acutũ cernere, cœcutiant & allucinẽtur. Sicque tandem graui peccati pondere pressi, incrassetur cor eorũ non minus quàm malleatoris incus: indéque auribus grauiter audiant, & oculos suos ad veritatẽ occludãt: ne quãdo videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanet eos Dominus. Illi quidem altera manu (vt est apud Comicum) ferentes lapidem, panem *Aliud genus impostura.* *Mat. 13.* *Isa. 6.*

altera ostendentes. Beneuoli mactatores, & clementes laniſtæ.

Hæreticorum ignorantia.

Atque ideo fit, vt ſi cõtingat illos in abruptum aliquod & ſubtile diſſerendi genus venire: aut in ſalebras quaſdã, & velut ſpinoſa dumeta ſacrarum literarum (quæ non pauca pleriſque in locis legẽti occurrunt, contra illos, qui, quum nihil intelligant, nihil etiam caliginis in eis reperiunt) incidere: aut hærent in vado, aut è Sylla (quod aiunt) in Charybdim deuoluuntur: aut illa certè in ſuos affectus detorquendo, omnino deprauant & corrumpunt. Volentes (inquit Paulus) eſſe legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur neque de quibus affirmant: vtpote à charitate de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta proficiſcente aberrantes, cõuerſi in vaniloquium.

1. Tim. 1.

Chryſoſto.

Quippe, autore Chryſoſtomo, arte opus eſt, ne quis incaſſum iacula dirigat, neu extra ſignum ſagittas intorqueat: vt neceſſariò opus ſit ſpiritu gratia. Sunt enim plurima, quę à recto itinere noſtros fruſtrantur conatus, cùm ad vnum ſignum intẽtio tota dirigẽda ſit. Quapropter hîc iam hæreticos arguit imperitiæ, cùm neſciant deſtinationem legis, ac tempus ignorent, quatenus ea nunc futura erat. Id porrò fit ex charitatis defectione, ex quo & ignorantia gignitur. Nam cùm anima ſeipſam negotiis carnalibus penitus dediderit, obtenebratur illius acies, ac prorſus obtunditur. Vbi enim charitate exciderit, neceſſariò ad contentionis deuoluitur ſtudia: iámque mentis acies nihil aliud quàm rixas conſpicari poteſt. Nempe cum

Hæretici imperitiæ arguti.

is, qui aliqua huiusmodi rerum temporalium cõcupiscentia detinetur, eiusmodi vitio ebrius, nequaquam de veritate integrum atque illibatum valet proferre iudiciũ. Hactenus Chrysostomus.

Quantum Deus hæreticorum imposturas detestetur. Iere. 23.

A quorum sanè sycophantia, impostura, & prauitate animi, quantum Deus abhorreat, id per suum prophetam Ieremiam liquidò commonstrat, cùm illum hac allegoria loquentem inducit: In prophetis Ierusalem (inquit) vidi horribilia. Quæ? Adulterium (ait) & iter mendacij. Quid deinde? Et confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. Id verò quonam pacto? Dum me hercle sub mellito fauo mortiferum virus transfundunt in hominũ animos, & sub succo & medula veritatis, mentita infusione spiritus, quoslibet credulos deludunt, & spe vana producunt, mendacium veritatis loco ingerẽtes. Dum videlicet à sacro altari Christum expellunt, sacrosanctam missam delent, altaria euertunt, diuorum cultus & imagines auferũt, vota & monasteria violant, quæstui vnicè studentes, Dei Ecclesias suppilant ac deprędantur. Alij rursus dum Christi doctrinam prorsus abnegãt, Dei promissiones derident, eius iudicium non verentur, hac futili ratione freti, quòd omnia (vti iamiã præmisimus) ab initio creaturę, id est, ab orbe cõdito perseuerent, eodémque semper ordine protrahantur & permaneant. Mortui (inquiunt) sunt patres: ne vnus quidem rediit, qui nunciaret nobis, post hanc vitam aliam superesse. Nil præterea renatum est. Eadem semper videtur mũdi facies.

Impiorum ratio. 2. Pet. 3.

Vices sunt nascentium & morientium. Quare d
ista sic habeant, quid expectatur, iudicium, an n
surrectio? Viuamus lautè, dũ hîc viuitur. Hæc qu
nobis territamenta iudicij adducunt, spectra sunt
& solæ minæ: quibus nos & decipiunt & in seru
tutem pertrahere cõnituntur. Deus neque curat
neq; respicit nos. Edamus, & bibamus, cras enim
moriemur. Quid nostra refert de ieiuniis, fide, in
ctimonia, & immortalitate dicere? Hæc missa fa
ciamus: viris hypocritis, & seipsos affligẽtibus re
linquamus. Agite, protrahamus noctes & dies v
uacuandis cyphis: de poculis, conuiuiis, & forma
sis puellis solùm verba faciamus. Quid nobis il
religio noua & Christiana, nuper inuenta, emo
lumenti attulit? Nihil certè. Dum voluptuosè a
lim viueremus, potaremus, scortaremur, succed
bant omnia pro votis & animi sententia. At vero
cùm huiusmodi nugigeruli & obstreperi quidam
nunc de fide, immortalitate, mundo spernendo,
inueteratam occinunt cantilenam, & quædam de
amplectẽdo Euãgelio intonant, nihil non adme
si nobis accidit. Quare præstat voluptati operam
dare, quàm philosophiam illam Euãgelicam am
plexari. Illa sunt horribilia, quę in prophetis Ier
salem, hoc est, Ecclesiæ instantis seculi quondam
cernebat futura Ieremias. Hoc adulterium & im
mendacij huiusmodi impostorum, porcorum ve
rius quàm hominum. Hæ blasphemæ voces: qu
bus cùm Dei iudicium negant, negant itidem &
ipsum Deum in promissis suis semper veracem.
Negant & ipsam mortuorũ resurrectionem, cùm

Impij & hæretici cu rant ea solùm, quæ sunt ventris.

Iere. 23.

ad iudicium expectetur omnium resurrectio. Negant præterea & ipsum Deum fore iustum. Iniustus enim videretur, si nõ esset futurum iudicium & præmium, tam piis, quàm impiis, pro ratione operum fidei & perfidię cuilibet paratum. Adimũt postremò omnẽ spem, qua hîc durant pij, & Deo seruiũt, cùm mortalitatem animæ suo errore, suáque blasphemia videntur asserere. Quo quid potest esse magis impium? quid magis detestandum? quid denique æquè blasphemum? Quod profectò vbi semel receptum est & animo insitum, ibi fidem omnino tolli necesse est. Qua item sublata, simul adimi & omnis humanæ vitæ societatẽ. Nempe quòd, vel autore M. Tullio, firmamẽtum stabilitatis & constantiæ eius quam in hominum societate quęrim*, sit fides. Nihil enim stabile est, quod infidum est: atqui fidũ esse non potest multiplex ingenium & tortuosum. Quandoquidem, teste Sapiente, peruersæ cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in maliuolã animã non introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate, hoc est, vltione & vindicta. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis suis: quoniam renũ illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. Vnde

Nihil stabile, quod infidũ est.

Sap. 1.

Spiritus sapientiæ qualis.

Iere. 23. infert propheta: Facti sunt mihi tales propheta ait Dominus, vt Sodoma, & habitatores Ierusa quasi Gomorrha. Idcirco via illorũ, qui eos au rint, erit quasi lubricum in tenebris. Impellent enim, & corruent in ea, & afferam super eos ma la, annum visitationis eorum, ait Dominus. No

Hæretici prohibentur audiri.

lite ergo audire verba huiusmodi prophetarum qui prophetãt vobis, & decipiunt vos, vtpote v sionem cordis sui loquentes, non de ore Domi Hoc est, veterum interpretationem respuen & suam sic vobis opponentes, velut ex oracu proditam: cùm contrà ab erroris & menda spiritu proficiscatur. Cuperes autem apertion deceptionem, aut mendacium euidentius, qua se vnicos agi Spiritu sancto passim iactaremo maioribus densissimis tenebris vel presis, vel pultis, per quos nobis traditæ sunt scripturæ, pro hominis captu intellectæ, vt nobis quoq essent peruiæ? Sacrosanctum Euangelium ad vsque ipsorum ætatem latuisse? nec vllum veri tis lumen orbem Christianum ab Apostolis hac usque habuisse? nec deinceps quidem habitur nisi eorum opera à Deo in hoc excitata fuisset, v

Nerui hæreticorum quo tẽdãt.

vniuerso mũdo illucesceret? Huc vtique ea ratio ne neruos intendentes, vt simplices animas, qua Christ⁹ sibi despõsauit, & precio magno reden

2. Cor. 11. alienent ab eo, & Satanę tradant illudendas, ab

Eccle. 19. que tandem nimiùm credulus populus, & idcirco

2. Cor. 4. leuis corde, talium adulterantium & dolo tra tium verbum Dei, versantium denique (vt Paul loquitur) per astutiam, non manifestatione ver

tatis, falsis dogmatibus corruptus, sensim recedat à Deo salutari suo, cùm se subducit ab Ecclesię catholicę (extra quam alioqui non est salus) cõmercio. Quo sanè diuortio quid, quæso, deploratius? quid miserius? Vnde subsequitur. Vsquequo istud erit (ait Dominus) in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetãtium seductiones cordis sui? Qui dicunt impiis qui blasphemãt me, Locut⁹ est Dominus, pax erit vobis: & omnibus qui ambulant in prauitate cordis sui, Non veniet super vos malum. Qui hinc volunt facere, vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia, quæ narrat vnusquisque ad proximum suum. Quamobrem ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpẽs super caput impiorũ veniet. Non reuertetur furor Domini vsquedum faciat, & vsquedum cõpleat cogitationem cordis sui: in nouissimis diebus intelligetis consilium eius. Hactenus Ieremias.

1. Tim. 3.

Iere. 23.

Hæreticorum grauis vlcio.

Cæterum qua ratione explorare valeas, si spiritu diuino, vt se iactitant, agantur, an non: verine sint, an falsi prophetæ: somniatores, an veraces: hac eleganti venustáque inductione aperit. Propheta (inquit) qui habet somniũ, narret somnium: & qui habet sermonem meũ, loquatur sermonem meum verè. Quid paleas ad triticum? dicit Dominus. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus cõterens petram? Ex quo quidem colligere licet illum, qui charitatis igne nõ inardeat, & perinde quasi malleus super animi sui incudem assiduis lachrimarũ

Qua ratione probari possũt an spiritu Dei agantur, qui hac ætate eo se tantopere efferunt.

& pœnitentiæ imbribus non percutiat, quò illius vitia retundat, & durum cor hoc igne emolliat, non magis posse ad ignitũ Dei eloquiũ accedere, quàm palea ad triticum. Non plus illi commercii esse cum diuinæ scripturæ germana intelligentia, 2. Cor. 6. quàm iustitiæ cum iniustitia. Nõ plus cum ea communionis, Mat. 5. quàm luci cum tenebris. Non plus cordiæ cum aduersario suo, cùm est in hac arumnali via, quàm Christo cum Belial. Non plus denique sortis & conuentionis, quàm inest fideli cum infideli, aut tẽplo Dei cum idolis. Etenim Deut. 4. eadem confirmante scriptura, Deus noster ignis Hebr. 12. consumens est. Et Salomon. Omnis sermo Dei Prou. 30. ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se. Quapropter ne addas quicquam verbis illius, ne est, non aliter illa interpreteris, quàm (duce Spiritu sancto per eos qui ad id selecti fuere) ille interpretatus est, ne arguaris, inueniarísque mendax. Porrò qui timet Deum (inquit Sapiens) facit bona: & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos, & in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum. Homines stulti non apprehendent illam: & homines sensati obuiabunt illi. Homines stulti non videbunt eam.

Diuinarũ scripturarum intelligentiã ex Dei timore defluere. *Eccle. 15.*

longè enim abest à superbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur ab illa, & successum habebunt vsque ad inspectionem Dei. Non est autem speciosa laus in ore peccatoris, quia non est à Domino missus: quoniam à Deo profecta est sapientia. Sapientiæ enim Dei astabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Hactenus Sapiens ille Ecclesiasticus. Affinis huic sententiæ & illa diui Iacobi. Si quis est, inquit, inter vos sapiens & disciplinatus, hoc est, scientia præditus, ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ, hoc est, cum lenitate & comitate verborum & morum, non autem austeritate & ferocia. Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, hoc est, si morosi atque inuidi estis, propter sapientiam & eruditionem vestram reliquos aspernates: nolite gloriari quasi perfecti cæteris obcœcatis, & mendaces esse aduersus veritatem, quasi vobis videamini perfectionis cumulum & apicem comprehendisse. Veritas enim Euangelica, quæ vobis obsistit & aduersatur, damnabit vos impietatis & mendacij. Vt quæ doceat, neminem sapientem dicendum esse, qui se non agnouerit, & iuxta charitatis præscriptum ita se instituerit, vt se totum Deo & proximo dedat. Vt autem ostendat hos vanam habere sapientiam, ideóque mendaces existere. Non enim, inquit, est ista, id est, vana sapientia, quam iactatis,

Homines stultos non posse assequi diuinam iustitiam ad sacræ scripturæ elucidationem.

Iaco. 3.

Zelus amarus & contentio.

Sapientia terrena. *Animalis.* *Diabolica.* *1. Tim 4.* *Zelus.* *Contentio.* *Inconstantia.* *Sapientia cœlestis.* *Pudica.* *Pacifica.* *Modesta.* *Suadibilis.* *Plena misericordia.* *Plena fructibus bonis.* *Iudicans sine simulatione.*

desursum descendens à patre luminum: sed terrena, non vtique syncerè repurgata: sed animalis nempe quam homo excogitat, quæ affectibus corrupta ex carne & sanguine nascitur: sed diabolica id est, quæ à dæmone suggeritur & ortū obtinet quam & Paulus etiam doctrinam dæmoniorum appellat. Vbi enim zelus, id est, æmulatio, promptio & inuidia: & contentio, id est, rixæ, & seditiones ibi inconstantia, hoc est, tumultus & seditiosum omne opus prauum. Quod perinde est ac si diceret: Quicquid operātur huiusmodi æmuli & contētiosi, malum est, cùm à radice mala eorum prodeāt opera. Vbi quidem certissimum datur argumentum, illos veros sapientes non esse, nec ideo agi spiritu sancto, qui cōtētiosi sunt & æmuli. Quæ autē desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, hoc est, casta, & nullis prauis affectibus contaminata. Deinde pacifica, id est, nullas rixas aut seditiones excitans. Modesta, id est, nō motus sed humana. Suadibilis, hoc est, tractabilis, & quæ facilè persuadeatur. Plena misericordia, quę miseris & afflictis indolescit: clemens deniq; & misericors: nihil non faciens, vt lapsi & errantes resipiscant. Plena fructibus bonis, id est, semper de omnibus bene meretur, desperabundos in spem erigens, lapsos releuans, errabundos in viam veritatis reducens, docens rudes & imperitos, otiosos & pusillanimes extimulans. Iudicans sine simulatione, hoc est, nihil ita fingit aut comminiscitur, ne à recto iudicij itinere deuiet: est absque fuco, & hypochrisi, aut fraude, atque ne tantillum quo

dem à veritate abduci potest. Fructus quãdoquidẽ iustitię seminatur in pace: hoc est, in animo pacis & veritatis amatore à faciẽtibus pacem: à prę- ceptoribus videlicet Ecclesię Dei (qui veluti satores quidem Christiani agri dicuntur) veritatem Euangelicam tum verbo, tum opere seminãtibus. Atqui hic est spiritus ille, quo in explanandis diuinis scripturis, filij pacis agi consueuerunt. *Fructus iustitiæ.*

Videant itaque isti, qui se eo tantopere efferunt in eisdem ipsis scripturis interpretandis, docẽdis, inculcandisque, cęteris eluscatis si eo præditi sunt, an non. Si eam sapientiam, quam hîc D. Iacobus depinxit pudicam, pacificam, modestam, non cõtẽtiosam, amplexentur. Si his omnibus inhæreãt. Quod si secus habeat (vt est facilè colligere, ex eorum operum, quæ emiserunt, perlustratione) orthodoxis & fidelibus sit persuasum, illos ea sola sapientia fretos ad suos erroneos conatus executioni demandandos, quam mundi sapientiam, & ea de caussa apud Deum stultitiam esse describit Paulus: & quam hîc diuus Iacobus terrenam, animalem, & diabolicam vocitat: indéque illos falsò gloriari: & mendaces esse aduersus veritatẽ. Porrò, eodem Paulo dicente, qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Qui verò secũdum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Nã prudentia carnis, hoc est, studium & cura carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax. Quoniam sapientia carnis, inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Quãdiu enim quispiam nimio affectu res terrenas ac *Hæreticorum speculum.* *1. Cor. 3.* *Rom. 8.* *Prudentia carnis.*

mortiferas complexus fuerit, legi Dei ſubiectus esse non poteſt: quia lex Dei imperat & aſtringit vt ſpiritualia carnalibus præponantur. Ideóque quandiu prudentia ac ſapientia carnis ſpiritualia contempſerit, ac res corporales ſpiritualibus poſuerit, tandiu legi Dei non ſubiicietur. Cuius quidem rei rario perſpicua eſt, quare illi ſubiici non poſsit, nimirum quòd prudentia carnis res terrenas ac perituras appetat: lex autem Dei, celeſtes ac ſempiternas deſideret. Quæ quidem res cùm inter ſe ſummè diſsideant, fit inde, vt neutra lex alteri legi vlla ratione ſubeſſe valeat. At qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: nempe quòd ſine fide nemo poſsit Deo placere. Iuſtus enim meus (inquit) ex fide viuit: quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Quin teſte Sapiente, vſque ad inferos, Deo non placebit impius.

Prudentia & ſapientia carnis quid præſtet.

Hebr. 10.

Abac. 2.

Eccle. 9.

Vnde mẽbrorũ Eccleſiæ tãta diſſenſio.

Iacob. 4.

Porrò vnde (queſo) putas nunc ſuborta ſunt tot bella & lites in membris Eccleſiæ? Vnde inter illa tot cõtentiones, ſciſſuræ, & diſsidia? Nónne hinc? Nimirum ex concupiſcentiis, quæ in eis ipſis membris militant? Concupiſcitis, inquit, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non poteſtis adipiſci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non poſtulatis. Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis: vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis. Adulteri, neſcitis, quia amicitia huius mundi, inimica eſt Dei? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.

Ex quibus quidem sententiis, in promptu erit colligere, duplicem fore spiritum (vti iam superi⁹ diximus) quo qui diuinas scripturas interpretandas susceperunt, aguntur. Vnum quidem mundi, erroris, & mẽdacij appellatũ, quo acti sunt quotquot vsquam fuere hæretici, æmuli, aut contentiosi: alterum, Dei & veritatis, quo filij Dei aguntur, & acti sunt ad eas ipsas elucidandas nostri maiores: vtpote ab eodem spiritu (vt ait Paulus) commẽdatas fidelibus hominibus, qui idonei essent & alios docere. In omnibus seipsos præbentes exempla bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate: verbum sanum & irreprehensibile habentes sedulò: denique sollicitè curãtes seipsos probabiles exhibere Deo: operarios inconfusibiles, rectéque tractantes verbum veritatis: quò is, qui ex aduerso esset, vereretur: nihil habens malum dicere de eis.

Spiritus hæreticorũ Spiritus fidelium.

2. Tim. 2. Tit. 2.

Sed quid de erroneis, tenebrionibus, furciferis, & mẽdacibus illis tradit Ieremias? imò dñs per Ieremiã? Ecce (ait ille) ad prophetas, qui furãtur verba mea vnusquisque à proximo suo, & assumunt linguas suas, & aiunt, Dicit Dominus. Somniãtes mendaciũ, narrantésque illud, quò seducant populum meum in mendacio suo, & in blanditiis suis, cùm ego non misissem eos, nec mandâssem eis. Vbi diuus Hieronimus: Assolent, inquit, hæretici prospera cuncta semper polliceri, cœlorúmque regna facili negotio peccatoribus pandere, adeò vt dicãt: Parata sunt tibi regna cœlorũ: potes imitari maiestatẽ Dei, vt absque peccato sis. Aç-

In falsos diuinarũ literarum interpretes.

Iere. 23.

Hieronimus.

cepisti enim perfectæ libertatis legem: illius scie-
tiã tenes, qua quod volueris cõsequi valeas. De-
piuntque blanditiis miseros, & maximè mulier-
las oneratas peccatis, quæ circũferuntur omni ve-
to doctrinæ, & omnes auditores suos ferali adul-
tionis veneno decipiunt, assumentes testimonia
scripturarũ, veteris videlicet ac noui testamenti,
& furantur verba saluatoris, vnusquisq; à pro-
mo suo, propheris, Apostolis, & Euangelistis: &
assumunt linguas suas, vt cordis venena ore sua
lego pronunciẽt, & malitiosa interpretatione de-
prauent. Hactenus ille. Nullum siquidẽ genus ma-
dacij est exitialius atque pernicioſius eo, quod ex
scripturis diuinitus inspiratis cõtexitur. Adeòvt
huiusmodi falsos prophetas cũ basiliſco, aut nar-
copisci, similibúsque venenatis animantibus cõ-
ras, his illos multò nocentiores facilè iudicaueris.
Tradunt historiographi, basiliſco tam presens, q-
que velox & efficax virus ineſſe, vt cõfestim per
hastam transuolet in dexterã configentis. Narco-
pisci verò longè adhuc præsentius: adeò sanè, vt
vulneratus hamo, venenũ per ferrũ, per longum
funiculum, per arundinis nodos, ad ipsam tenen-
tis dexteram transfundat. At istorum toxicũ lon-
gè præsentius esse perspicuum est, in eo profectò
quod multò longius, multóque efficacius illud
transfundant: quippe quorum sermo (diuo Paulo
autore) serpat velut cancer: nec finẽ faciat, donec
bonã partẽ totius orbis peruaserit, ac plurimorũ
suo cõtagio subuerterit fidẽ. Eo vxor maritũ in-
cit, maritus vxorem, ea totã familiam, discalcia-

Nullũ mẽdacũ exitiali⁹, quã quod ex scriptura sacra contexitur.

Basiliscus.

Narcopiscis.

2. Tim. 2. Vis veneni hæreseos.

discipulũ,parentes discipulus paulò natu grãdior, vnus magistratus reliquos omnes:adhibitis molli bus quibusdã verbis,exquisitísque & curiosis cõmentis:donec vis veneni penetret in aulas princi pum,atque hinc in orbem vniuersum.Lætificantes interim (vt ait Propheta)in malitia sua regem, & in mendaciis suis principes: quò sic tandem omnes adulterent, quasi clibanus succensus a coquente.Hic est enim huius pestilentis doctrinæ scopus vel pręcipuus.Quam subnotans Christus: Attendite, ait,à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium,intrinsecus autem sunt lupi rapaces.Et Ealomon,Est(inquit) via,quæ videtur homini iusta:nouissima autem eius, deducunt ad mortem.Et est nequitia(inquit Ecclesiasticus)& ipsa execratio: & est insipiens, qui minuitur sapientia.Verùm melior est ille, qui minuitur sapientia, & deficit sensu in timore Dei, quàm qui abundat sensu,& transgreditur legem altissimi.Et præterea solertia certa,& ipsa iniqua. Et est qui emittit verbum certum , enarrans veritatem. Est autem qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Hactenus Sapiẽs. Vbi satis perpendere datur, fidelium & hæreticorum discrimen. Ad cuius quidem rei cautionem habendam nos inuitat diuus Cyprianus, cùm his verbis eorum technas impostúrásque adaperit.Cauenda sunt,inquit, non solùm quæ apertè manifesta sunt,sed & astutæ fraudis subtilitate fallentia.Quid verè astutius, quídve subtilius,quàm vt Christi aduentu detectus, ac pro-

Ozee 7.

Mat.7.

Pro.14.

Eccle. 19.

Cyprianus tractatu 2. de simplicitate prælatorum.

ſtratus inimicus? Qui poſtea quàm lux genitr
venit, & ſoſpitandis hominibus ſalutare lum
effulſit, vt ſurdi auditum ſpiritalis gratiæ adm
terent: aperirent ad Deum oculos ſuos cæc
infirmi æterna ſanitate reualeſcerent: claudi
Eccleſiam currerent: muti claris vocibus & pu
cibus orarent: videns idola derelicta, & per
mium credentium populum ſedes ſuas ac tem
pla deſerta: excogitauit nouam fraudem, vt ſu
ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos
hæreſes nimirum inueniens & ſchiſmata, quib
ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſci
deret vnitatem. Et quia mendacium ſpecie pl
cet aliena, quod per ſe corruptum vaneſcit, & de
fluit, niſi ornatu aliunde adhibito circumlinitu
fuerit ac politum: eò fit vt quos detinere non po
teſt in viæ veteris cœcitate, per impoſtores ci
cunſcribat, ac decipiat noui itineris errore. Ra
pit de Eccleſia homines, & dum ſibi iam appro
pinquâſſe lumini, atque euaſiſſe ſeculi noctem
videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus in
fundit, vt cum Euangelio Chriſti, & obſeruatio
ne eius, & lege non ſtantes, Chriſtianos ſe vo
cent. Et ambulantes in tenebris, habere ſe lu
men exiſtiment, blandiente aduerſario, atque
fallente: qui, iuxta Apoſtoli vocem, transfigu
rat ſe in angelum lucis, & miniſtros ſuborna
ſuos, velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem
pro die, interitum pro ſalute, deſperationem pro
obtentu, ſpei perfidiam ſub prætextu fidei, An
tichriſtum ſub vocabulo Chriſti; vt dum veri

Mendaciũ ſpecie alie na placet.

milia metuntur, veritatem subtilitate frustrentur. Hæc Cyprianus.

Lectorem admonet hæreticorũ impostrgm.

Quam profectò sententiam, & huic similes, quas iamiam adduxi, huc innectere non piguit, ea vtique ratione, vt tu, lector, hinc perpendas facillimè qualem doctrinam, & à quo profectam, orbi propinant ij noui Euangelij præcones. Rursus quàm densa caligine hebeant, quantumque à luce Euangelica decidant, qui fucatis istiusmodi veritatis simulachris, se decipi patiuntur: à syncera illa, quam cum sacro baptismate initiati sunt, cum lacte matris Ecclesiæ imbiberunt, modestia, puritatisque professione deuiantes. Adeò vt horum impostorum præstigiis & captionibus suffascinati, quod paulò antè sibi dulce videbatur, nunc amarescat: quod amarum, dulcescat: quod antè splendidum, nunc sordidum appareat: quod potens, infirmum & imbecille: quod formosum, deforme: quod illustre, ignobile: quod opulentum, egenum: quod sublime, humile: quod lucrum, damnum: quod sapiens, stultum: quod expetendum, fugiendum: quod denique vita, mors: & è diuerso. Adeò denique stulti, vt cùm spiritu cœperint, nunc carne consummentur. Sed sunt tua (inquit idem Cyprianus) capita, quæ repullulant, hostis antique, serpens vectis & tortuose Leuiathan, quibus quondam protho-plasto imposuisti, & exinde eius semini imponere non desinis: tanquam leo quidam rugiens, circundans, quærens quem deuores. In hoc sanè

Præpostera hæreticorum iudicia.

Gala. 3.

Isai. 27.

1. Pet. 5.

totus, vt tuæ execrandæ perfidiæ capistro os omnes prebeant: quò eos tandem, cùm tibi plus satis paruerint, in exitium æternum tecum pertrahas, perenni gehenna cruciandos : faciens interim per huiusmodi refugas, quod per temetipsum facere non potes.

Ab hinc quadraginta annis Lutherana hæresis capta.

Illi quandoquidem ab hinc quadraginta annis subdola quadam vafricie, hoc est, blanda quadam specie veri Christianismi, & synceræ professionis Euangelicæ, & catholicorum fratrum prætexta adeò valuerunt, vt nihil sit eorum, quæ piorum patrum quondam sanxit veneranda, veráque fides Christi adminiculata autoritas, solidum sanum, atque stabile ab eis relictum. Nihil denique quod ad hominum fœlicitatem, huiúsque temporariæ vitæ functionem pertinet vsquam ab eisdem patribus traditum, discussum, animaduersum, & absolutum, quod non violent, fraudis aspersione non maculent, atque auersantes non aspernentur. Et quoniam semel mentem amisere, & rebelles (vt Iob loquitur) fuere lumini: in illud paratum admirabile & limpidum lumen, quod signatum est super nos, & exortum in tenebris olim degentibus, ad reuelationem gentium, & gloriam totius spiritualis Israël, impegerunt. Quemadmodum etiam per Amos prophetam minitatus fuerat Dominus, se propter scelera populi, in die luminis inducturum super terram tenebras, nec solem daturum lumen in meridie. In hac nimirum temporum ætate, in qua iam tandem consopitis ac prorsus defugatis priscarum hæreseon tene-

Iob 24. Psal. 4. & 111. Luc. 2.

Amos 8.

bris, incipiebat incorruptum Euangelij lumen seculo dari: nisi hæ indisciplinatæ animæ, Dei, suæque salutis tenebroso velamine compeditæ, easdem toti terrarum orbi rursus induxissent. Atqui si lumen, quod in nobis est, tenebræ sunt (vt illi volunt) ipsæ tenebræ quantæ erunt? Si ipsius Christi erga humanum genus immensæ charitatis specimen vel omnium euidentissimum, ab eodem nobis exhibitum prius quàm semetipsum offerret immaculatũ Deo, & per proprium sanguinem intraret semel in sancta, quò redemptionem acciperent qui vocati sunt æternæ hæreditatis: cibum illum dixerim immaterialem cunctis deliciis conditum & affluentem, sublatum fuerit (vt impudentes isti ac fidefragi illud tollere conantur) cætera denique Ecclesiæ sacramenta, tenebras esse ab hominibus inuẽtas, quibus inuolueremur, fuerit creditum (vt illi credunt & fatentur) quid, quæso ad hunc orbem illustrãdum erit amplius veri illius luminis, de quo regius Psaltes loquitur: In lumine tuo, Domine, videbimus lumen? Quomodo inebriari poterunt huius inferioris terræ sitibundi homines ab vbertate domus Dei, & de torrente voluptatis eius haurire? quum alioqui hoc sacramento prætendatur diuina misericordia sitientibus Deum, ipsiúsque iustitia patefiat his, qui recto sunt corde? his, inquã, qui recto sunt corde, fide non simulata, integra voluntate: & quibus non venit pes superbiæ, nec manu peccatoris succussi, à radice ipsius fidei instar arundinis vento agitatæ, & fluctus maris cir-

Sapien. 17.

In Eucharistiæ, reliquorúmque Ecclesiæ sacramentorum impugnatores.

Hebr. 8.

Psal. 35.

Sacramenti altaris effectus.

cumacti exciderunt. Etenim (eodem Psalte asser-
Psal. 35. te) ab ea quam diximus fidei synceritate corrup-
omnes qui operantur iniquitatem, ab ea exci-
luntur, nec in eius sodalitio consistere possunt.

Quomodo rursus stabilis firmaque charitatis
compago, ac viuidæ dilectionis connectio inter
homines consistere poterit: aut certè mutuæ pa-
cis fœderatio permanere (citra quæ alioqui, eo-
Hebr. 1. dem Apostolo dicente, nemo Deum vnquam vi-
debit) si tanti erga nos amoris Dei nostri quon-
Philip. 2. dam exhibiti monimentum obliteretur, vt fœ-
Eucharisticum sacramentũ, ma vilissimi mancipij sumpta, fieri voluerit no-
mortis Christi argumẽtum, & commemoratio. stri causſa patri obediens vsque ad mortem mor-
tem autem, non quamlibet, sed omnium crude-
lissimam, crucis? Atqui in huius mortis argumen-
tum, hoc insigni sacramento se nos imperti-
testatus est: & vt in suam ipsius commemoratio-
nem faceremus, præcepit. Quò sanè nobis esset
& exemplo, & documento, eundem præstandi
Luc. 22. erga vnumquemlibet nostrûm amorem, quem
ille erga nos, & immerentes, & ingratos præsti-
re dignatus est. At quonam, quæso, pacto eum
præstare, aut suæ mortis meminisse poterimus, si
quidem illius argumentum & exemplar tanti-
ga nos amoris sustulerimus? Quò fit quidem, vt
1. Cor. 11. non mirandum veniat, si (vt autor est Paulus)
multi sint inter nos imbecilles, & inualidi: alij
longo morbo & febribus correpti: alij immatu-
ra morte præuenti: nullum denique inter nos
fœdus firmum & stabile perstet: aut nobis per-
Isa. 57. pusillum pacis & concordiæ insit. Etenim, si

teste, non est pax impiis, dicit Dominus: sed, vt ait Salomon, Iuxta quæ cogitauerunt illi, correptionem habebunt: iique potissimùm, qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt. Et quorum deniq; os maledictione & amaritudine plenum est: quorum pedes veloces ad effundendum sanguinem: in quorum viis contritio & infœlicitas: & qui postremò viam pacis non cognouerũt, nec est timor Dei ante oculos eorum. Quod si nosmetipsos diiudicaremus, hoc est, si nostra peccata cognosceremus, si condemnaremus nosipsos: non vtique iudicaremur, sed liberaremur & ab huius, & à futuri seculi suppliciis. Qui enim (ait Chrysostomus) seipsum condemnat, dupliciter Deũ placat: & quòd peccata sua cognoscit, & quòd in posterum pigrior ad peccandum efficitur. Cũ autẽ iudicamur, à Domino corripimur, vt nõ cũ hoc mundo dãnemur: vbi quidẽ ostẽdit ille admonitionis id magis esse, quàm dãnationis: medicinæ, quàm supplicij: correctionis, quã pœnæ. Atqui si fideles & studiosi non euadẽt supplicium, in quibus peccauerint, vt cõstat ex præsentibus: multò minus infideles, & qui adeò peccãt, vt sanari non possint. Hactenus Chrysostomus.

Sapien. 3.

Psal. 13.

1. Cor. 11.

Sui cognitionis fructus.

Chrysost.

Postremò quomodo fieri possit, vt quod struxeris nõ statim collabatur, & in præceps nõ ruat, si subt' fundamẽtũ detraxeris? aut pedes stabiliãtur, à cuius corpore caput sustuleris? Porrò quod Christus sit vnicum Ecclesiæ fundamẽtum, superius ex diui Pauli oraculis plus satis ostendimus. Quòd verò sit ipsius Ecclesiæ caput, hac eiusdem

Eccſiæ caput Chriſtus. Colo. 1.

Pauli ſententia perſpicuum eſt. Quoniam in ipſo (inquit) condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. Itémque epiſtolæ Epheſiis delegatæ capite primo. Omnia Deus ſubiecit ſub pedibus eius, & eum, hoc eſt, Chriſtum dedit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Et infrà capite quinto. Vir caput eſt mulieris: ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. Ipſe eſt ſaluator corporis eius. Nemo enim carnem ſuam vnquam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut Chriſtus Eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſsibus eius. Quod perinde eſt ac ſi diceret Paulus: Ne vnus quidem fuit aliquando inuentus, qui ad naturæ ſenſum ſic obſordeſceret, vt corpus proprium vel odiret, vel negligeret, quantumlibet gibboſum, obeſum, macilentum, ſenſum, ſquallidũ, incultũ, deforme, oneroſum, & infirmum fuerit: ſed nutrit, tuetur, & fouet corpus languidum, & quæ in eo ſunt deformia, occultat & abſcondit. Ad hũc modum nec Chriſtus repudiauit Eccleſiam ſuam, quòd in ea multa & languida, & deformia eſſent membra: ſed ſuo ſpiritu languidos curat, multa longanimis diſsimulat, condonat, & purgat deformitates. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Illa etenim non ſolùm eſt corpus Chriſti, ſed eſt etiam corpus formatum de carne Chriſti & de oſsibus Chriſti in cruce. Adeò vt ſi hęc trã-feras ab Adam viro & Eua vxore, ad Chriſtum & ſponſã-

Chriſtus non repudiauit Eccleſiã ſuã.

sponsam suam Ecclesiam, permagnum & perarduum reperetis mysterium. Non quòd (ait Hieronimus) sit aliquid maius Christo & Ecclesia, sed quòd totum, quod de Adam, & de Eua dicitur, in Christo & in Ecclesia interpretari possit, sit difficile. Multò enim plus contulerunt caro Christi, & ossa Christi in cruce, ad formandum corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia: quàm contulerint caro Adæ, & ossa Adæ, seu costa Adæ, ad formandam vxorem eius Euam. Nempe caro & ossa Christi in cruce contulerunt vitam propriam ad formandum corpus Ecclesiæ: quod non fecerunt caro & ossa Adæ, ad formandam vxorem Euam. Dormit Adam, vt fiat Eua: moritur Christus, vt fiat Ecclesia. Dormienti Adæ, fit Eua de latere: mortuo Christo, eius latus lancea percutitur, vt profluant sacramenta, quibus formetur Ecclesia. Et huic Ecclesię suæ sponsæ adhæsit adeò Christus, vt & ipse & Ecclesia sint vnum corpus, & sit hîc verum coniungium. Fit ergo ex duobus vna quædam persona, ex capite & corpore, ex sponso & sponsa. Quibus sanè ex rebus liquidò constat, Christum esse caput & fundamentum Ecclesiæ: indéque adeò concludendum, illum qui vel Ecclesiam sponsam Christi, vel eius sacramenta, velut totius Christianismi ab eo ipso Christo super se angularem lapidem iacta fundamenta auersatur, despicit, aut abnegat: eum itidem Christum, qui etiam semet (vt inquit Paulus) pro ea exposuit, vt illam sanctificaret, eámque

Ecclesia de carne & ossibus Christi.

Collatio Christi ad Adam.

Ephes. 5.

sibiipsi exhiberet glorioſam, non habentem maculam, aut rugam, aut quippiam huiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & irreprehenſibilis, auerſari, deſpicere, ac denegare. Vtpote qui iniuriam ſuæ ſponſæ illatam, eandem exiſtimet, ac ſi sibiipſi illata fuiſſet: tanto amore illam complectens, vt qui illi non obedit, non eandam venerationem exhibeat, non ſuſcipit, non amplectitur æquè atque eundem ipſum, in ſuam clientelam huiuſmodi non ſuſcipiat, non agnoſcat, eum deteſtetur vt quæ ſit columna & firmamentum veritatis, & extra quam non eſt ſalus.

1. Timo. 3.

Hæreticorum occupatio.

At nos Eccleſia Dei ſumus, inquient hæretici. Probè. Sed cuius Dei? Nam, Paulo teſte, dij ſunt multi, & domini multi. Bona verba, inquient. Num alterius crederes, qui Chriſtiani ſumus, quàm veri & viui, qui eſt pater illi ex quo omnia, & nos per illum? & Dominus noſtri Ieſu Chriſti, per quem omnia, & nos per illum? Audio. Verùm quonam pacto vera & germana illius Eccleſia eſſe poteſtis, qui ipſius ſacramenta velut impura auerſamini? per

1. Cor. 8.

2. Pet. 1.

quæ, iuxta eius paſtoris vocem, tam preciosa, támque ingentia promiſſa nobis donata ſunt, vt per ea ipſa ſimus effecti diuinæ conſortes naturæ?

Reſponſio hæreticorum.

At nos (aiunt) ea minimè contemnimus, non ea auerſamur: ſed hominum doctrinas potius deſpicimus (quas etiam Chriſtus ipſe in Euangelio mirum in modum deteſtatur ac vilipendit) & mandata quædam hominum auerſa-

tium se à veritate, potius vtique ad quæstum, quàm ad pietatem spectantia, spernimus. Audio. Verùm istúdne est doctrinas & mandata hominum à veritate alienorum insectari, cùm tot conuitiis & execrationibus venerandum illud Eucharistiæ sacramentum (vt reliqua interim, quæ ab Ecclesia catholica christianè instituta sunt, & à vobis contempta, omittam) impetitis? Etenim num hominum doctrinis in Christianum orbem allatum est? Nónne ab ipso Christo institutum fuisse, pridie quàm pateretur, quinque fide dignorum testimonio, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, & Pauli, satis comprobatum? Detestanda planè blasphemia, tam præclaris, támque veracibus testibus non assentiri. Quomodo itaque Dei Ecclesia ea dicenda est, quæ Christi Euangelio non astipulatur? quæ à doctrina Spiritus sancti abhorret? Imò quæ in illum blasphemias intorquet? Quæ suum caduceatorem, mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum audire renuit? quæ se à fratrum suorum contubernio in perditionem abducit? Quæ denique non permanet in fide fundata & stabilis, sed prorsus dimouetur à spe Euangelij, quod audiuit, quódque prædicatum est apud vniuersam creaturam, quæ sub cœlo est, velut oblita se à veteribus peccatis suis Christi adminiculo purgatam fuisse? Miror, inquit Paulus, quòd à Christo, qui vos vocauit per gratiam, tam citò transferamini in aliud Euangelium, quàm quod audîstis. Quod profectò aliud

Ecclesiam Dei dici non posse, quæ Euangelio non assentit.

1. *Timo.* 2.

Colo. 1.

1. *Pet.* 1.

Gala. 1.

Ibid. 6.

non est, nisi quòd quidam sunt, qui conturbant
Crucis Christi inimici. vos, & volunt inuertere Euangelium Christi, tantùm ne, ob eius crucem, persecutionem patiantur. Nam (quemadmodum suis scribit Philippensibus) multi ambulant, quos sæpe dicebam
Philip. 3. vobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui
Crux Christi vera gloria pij Christiani. terrena sapiunt. Quum contrà abesse debeat Christiano fratre gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mundus sibi cru-
Gala. 6. cifixus esse debet, & ille mundo. Nempe quòd cuiusque fidelis, & ad veram Ecclesiam pertinentis conuersatio in cœlis debeat esse sedulòque quo & seruatorem expectat Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia. Hæc est porrò Ecclesia illa sanctorum, de qua à Psalmographo dicitur: In
Ecclesia sanctorum qualis. Ecclesia magna confitebor tibi, vota mea reddam in conspectu timentium eum: in ea edent
Psal. 21. pauperes, ij videlicet, qui veri Christiani sunt, mun-
Colo. 3. dis terrenis diuitiis inhiantes, sed qui quemadmodum lauachro aquæ mundati resurrexerunt vbi cum Christo, supera quærunt vbi ipsorum caput est ad dexteram Dei sedens, non terrestria: illi, inquam, edent mysticum illud mensæ sacramentum, & saturabuntur, sancto nimirum repleti spiritu: & laudabunt Dominum qui exquirunt eum, hymnis & laudibus in mensa illa Dei.

extollentes : quò sic tandem viuant corda eorum in seculum seculi : iuxta illud Christi, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. *Ioan.6.* Cuius etiamnum vitæ perennis per hoc sacramentum fidelibus exhibendæ reminiscentur, inquit, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Iuxta illud eiusdem Christi: Dico, inquit, vobis, quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum: filij autē regni eiicientur in tenebras exteriores: Ibi erit fletus & stridor dentium. *Mat.8.* Ex quo quidē facili colligitur negotio quid sit inter fideliū Ecclesiam, & eam quæ hæreticorū est. Illa enim cœlestibus assiduè distenditur, charitate fidéque non simulata constat, terrena cuncta præ cœlestibus bonis cōtemnit. Ista è diuerso (vt iam multis edisseruimus) semper terrenis inhiat, studet abdomini, incumbit lasciuiæ, rixis & contentionibus pascitur: de qua & ab eodem Psalmographo dicitur: Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua agentibus non introibo: odi Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Per impios, quoslibet ab Ecclesia sanctorum dissidentes innuens. *Ecclesia malignantium.* *Psal.25.*

Sed quia (inquit Lactantius ille Firmianus) quique cœtus hæreticorum se potissimùm Christianos, & suam esse catholicam Ecclesiam putant, sciendum est illam esse veram, in qua est religio, confessio, & pœnitentia: quæ peccata, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat, *Lactātius.*

Ecclesia catholica, quæ.

Sola igitur catholica Ecclesia est, quæ verum cultum retinet. Hic est fons veritatis: hoc est domicilium fidei: hoc templum Dei: quò si quis non intrauerit, vel à quo si quis exierit, à spe vitæ & salutis æternæ alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de vita & salute: cui ni cautè & diligenter consulatur, mox amissa & extincta erit. Hactenus ille. Ecce, qui hanc protulit sententiam, non in hac, sed de hac temporum ætate ab hinc ducentis, aut plus eò, supra milesimum annis extulit: adeóque adeò cuique fideli præstans argumentum coniiciendi, quonam pacto vera Ecclesia à falsa secerni valeat. Perpendebat nimirum ille vir pius & prophetico quodam munere donatus (ex parte enim, autore Paulo, cognoscimus, & ex parte prophetamus) his nouissimis temporibus, quàm plurima schismata inter Christianos emersura: futuros quoque, qui sibi solis Spiritum arrogantes (vt sunt huius tempestatis hæretici) sese etiam germanam Dei Ecclesiam esse fatererentur. Quod & eodem Spiritu propheticò prius vaticinatus fuerat magnus ille Moyses, sed aliquantò obscurius, sub prophetæ nomine. Nam qui modò interpretes appellantur, olim prophetæ vel videntes dicti fuere. Ait autem ille in Deuteronomio: Propheta, qui, arrogantia quadam deprauatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi ei vt diceret, aut in nomine alienorum deorum, interficietur. Quòd si tacita cogitatione respondeas, Quomo-

1. Cor. 13.

Veri prophetæ à falso discrepantia.

Deut. 18.

do possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signũ. Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit & non euenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta ille confinxit: & idcirco nõ timebis eũ. Quid verò est, loqui, quod Dominus non præcipit, nisi alienam à Christo, à prophetis, ab Apostolis, ab Ecclesia deniq; catholica, cuius vnicus institutor est & ductor Spiritus ille sanctus ad consummationẽ vsque seculi, doctrinã toti orbi inuehere? Nisi sub libertatis Christianæ titulo, insigníque vocabulo, effrenem quãdam licentiam agendi quodcunque improba cupiditas suggerit, & sibi vendicare, & aliis laxare? Sacerdotibus cõnubialia fœdera, viris religiosis votorum solutionem, deniq; omnibus constitutionum Ecclesiasticarum trãsgressionem impunè permittere? Non solùm nõ prosequi honore eos, qui diuino numine afflati, & proprij ingenij exercitatione, diuina nobis tradere curauerũt eloquia, quales fuere Moyses, Dauid, Esaias, Paulus, Dionysius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Augustinus, Hieronimus, Ambrosius, Gregorius, multíq; alij, qui vitæ ac morum sanctitate insignes, & incomparabili doctrina conspicui, eximiis actionibus, eruditissimis libris à se conscriptis Christianam rempublicam illustrârũt: non solùm, inquam, eos honore & gloria (vt merentur) non afficere: sed quosdam quidem magos, alios somniatores, alios idiotas & inscios, alios denique prorsus deliros appellare? An potest quicquam esse à Christi do-

Quid sit, loqui quod Dominus non præcipit.

Canonicorum librorũ scriptores.

ctrina æquè alienum? æquè impiũ? æquè blaſphe-
Leo papa. mum in Spiritum ſanctum? Quid nempe (inquit Leo papa) iniquius, quàm impia ſapere, & ſapientioribus doctioribúſque nõ credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt & labuntur, quicunq; ad cognoſcendam veritatẽ aliquo impediuntur obſtaculo: nec ad propheticas voces, apoſtolicas literas, Euangelicas autoritates, ſed ad ſemetipſos reuoluunt. Et ideo magiſtri erroris exiſtũt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt. Hæc ille.

Religio. Rurſus, quid eſt, loqui, quod Dominus nõ præcepit, niſi (quemadmodũ ex Lactãtio præmiſimus) religionem, hoc eſt, diuo Auguſtino interprete, cultum diuinum, ſtudiúmque ſapientiæ, qua ſe anima vni Deo, vnde ſe peccato ſubripuerat, reconciliatione ligat, tollere? Aut cõfeſsionem, hoc eſt, eodem autore Auguſtino, ſalutem animarum, diſſipatricem vitiorum, virtutúmq; reſtauratricem, ac denique dæmonum expugnatricem, auerſari?
Confeſsio.
Pœnitẽtia. Aut poſtremò pœnitentiam, quam diſſiniens diuus Ambroſius, ait eſſe, præteritum ſcelus plangere, & plangendum rurſus non admittere: citra quam alioqui non eſt ſalus, à ſimplicium cordibus adimere? Atqui nihilominus huius temporis errores magiſtri, nihil precibus noſtris aut conatibus relinquentes, hæc omnia tollunt: dum fidem quandam citra opera in nobis deſiderant: affirmantes opera noſtra, quantumlibet pia, nihil ad ſalutem nobis cõducere: quãdo Deus (velimus, nolimus) de nobis factur⁹ eſt, quod ſemel ſtatuit. Quo quid dici poteſt ineptius, abſurdius, & à catholica fide

alienius? quum fides ipsa citra opera charitatis, nõ plus efficaciæ & viuacitatis habeat ad cœlestẽ regenerationẽ, vt Deo recõciliemur, & ipsi placeamus, quã ea quæ dęmonis est, ad nomẽ vtiq; Iesu, non parũ contremiscentis? Vbiubi enim fides hęc fuerit, necesse est fructus eius adesse, bona videlicet opera, velut signa quædam ipsius fidei, perinde atque hedera quædam vinariæ tabernæ appẽsa, aut vini vendibilis signum aliquod. Cùm enim Deus solus (teste Ieremia) cor hominis agnoscat, & ipsius oculi fidem respiciant: homo è regione alium hominẽ cùm intus & in cute haud pernoscat: id fieri per opera, vt certior sit ille alienæ fidei, necessum est: iuxta illud Petri: Satagite, vt per bona opera, certã vestram vocationẽ & electionem faciatis. Vt enim fructus, qualis est arbor indicat: ita & opera bona externa, signũ exhibẽt ac præ se ferũt fructus & viuæ & fructiferę fidei. Sic & fides, quę caret operibus, argumentũ præstat & ociosę & emortuæ fidei, nõ minus q̃ fœtor quidã horribilis ex mortuo dudum cadauere iam exhalans. Quò fit quidem vt concludendũ veniat, viuã ac salutarem fidẽ duo in se complecti: cognitionẽ Dei, & fiduciã in Deũ, aut amorem in illũ cognitum, qui per dilectionẽ operatur. Amorẽ præcedit cognitio: cognitionẽ operatio: & operationis volũtas per charitatẽ subsequitur. Propterea dict' est intellectus lucerna volũtatis. Spiritus porrò intellectũ illuminat, & studiosam volũtatẽ excitat, inflãmatq; ad opera: sed ea, solius fidei adminiculo, Deo grata existũt: quibus vtrisq; iustificamur, hoc

Fidei natura.

Iere. 5.

2. Pet. 1.

Viua fides duo in se complectitur.

Volũtatis lucerna dilectus intellectus.

est,pro iustis apud Deum habemur. Quẽadmodum cùm Abraham pater noster filium suum ... tulit, hæc filij oblatio, fructus fuit & opus fidei ipsius Abrahæ in promissa & mandata Dei. Non vtiq; illa ficta,inanis,otiosa,nuda,vacua,ineffica & hypocritica,solo nimirũ vocabulo fidei contenta: sed facto viua & vera,absoluta & perfectapote cuius energia,vis,& efficacia in opere manifestata fuit. Vnde dicimus bonitatem aut malitiam operis externi,ab opere interno proficisci: indeq; solum opus internum plerũque tanti fieri, atq; si vim suam in externum opus exeruerit. Quod in oblatione Abrahę perspicuũ est. Angelus enim Abrahæ,vibrãti manum in puerum,acclamat:Ne mittas manum tuam in puerũ: quia iam cognovi quàm tu timeas Deũ,quia non pepercisti filio tuo vnico propter me.Ex quo quidẽ perpẽdere licet, opus Abrahæ argumẽtum esse viuę & veræ fidei: illos verò non parum allucinari, qui sola fide nos iustificari asserunt, citra opera:cùm neutrum sine altero ad iustificationem sufficiat in iam adultis.

Opus externum ab interno proficisci.

Gene.22.

Sed iam videamus qua ratione nos doceat Augustinus (vt illuc,vnde digressa est,nostra oratio remeet) orthodoxam Ecclesiam ab ea,quę hæreticorum est discernere. Ecclesia, inquit, est quædam forma iustitiæ,hoc est,commune ius omnium. In commune orat,in commune operatur,in cõmune tentatur. Sine Ecclesiæ catholicę societate, nec alicui baptismus prodesse potest, nec operi misericordiæ: nisi fortè vt minus torqueatur. Et vbi sana fides non est, nõ potest esse iustitia: quia

Quid sit Ecclesia diuo Augustino.

iustus ex fide viuit: etsi se subduxerit, non placebit animo meo: vt nihil schismatici ex ista mercede promittant. Tum similiter vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi, malum non operatur. Quam alioqui si hæretici haberent, non sic dilaniarent corpus Christi, quod est Ecclesia catholica. Hactenus ille.

Hæreticos fide, iustitia, & charitate priuatos esse. Gala. 5. Ephes. 5.

Atqui cùm morosophi, supercilioſi, atque blatterones isti, his omnibus sint vacui, quin nihil minus illis, quàm cum diuino spiritu conueniat, vtpote illius fructibus prorsus carẽtes, charitate videlicet, gaudio, pace, lenitate, bonitate, benignitate, fide, mansuetudine, temperantia, iustitia, & veritate: satis demirari nequeo, quonam pacto eò deuenerunt impudentiæ, vt tantopere se ab eodẽ spiritu sancto diligi astruere non vereantur, vt, quotquot antehac fuerunt allucinatis, sibi solis sese impertiat in diuinis elucidandis scripturis. Quum contrà dicat Sapiens, radicem sapientiæ nemini reuelari, eiúsq; astutias neminem cognoscere: nec quidem illam prębere altissimum illum creatorem omnium, regémq; potentẽ & metuẽdum nimis, nisi iis qui diligunt eum secundũ mãdatum sum. His nimirũ de quibus dicit in Ioannis Euangelio: Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et paulò infra: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem

Radix sapientiæ cui reuelatur. Eccle. 1.

Ioan. 14.

apud eum faciemus. Quod & ipsamet Sapientia apud Salomonem rursus testatur in hæc verba: Ego Sapientia (inquit) habito in consilio, eruditis interfum cogitationibus: timor enim Domini odit malum. Arrogãtiam & superbiam, & viam prauam, & os bilingue, & peruersa loquẽtes detestor. Ego diligẽtes me diligo: & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes supernæ, & iustitia. In viis iustitiæ ambulare faciam, in medio semitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. At quos thesauros? Illos nimirum, quos aperit Isaias, cùm ait: Erit fides in temporibus suis, diuitiæ salutis sapientia & scientia: at timor Domini ipse est thesaurus eius. Cui sententiæ succinit & illa Ecclesiastici: Sapientia & scientia, timor Domini: & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo adimplebit thesauros illius. Et paulò infrà: Radix sapientiæ, est timere Deum, & rami eius longæui. In thesauris sapientiæ, intellectus & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia.

Sapientiæ sedes. Pro. 8.

Thesauri scientiæ timor Domini. Isai. 33. Eccle. 1.

Vis præterea nosse ex viro illo recto, timentique Deum Iob, cùm in rerum natura omnia possint homini esse præuia, nihil tamen Dei sapientia, quam isti sibi tantopere arrogant, inscrutabilius? Habet (inquit ille) argentum venarum suarum principia: & auro locus est, in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus, in æs vertitur: &c. Sapientia verò, vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo precium eius

Diuina sapientia inuestigatu difficilis. Iob 28.

nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit, Nō est in me: & mare loquitur, Non est mecum. Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuentium: volucres quoque cœli latet. Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius. Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius. Et dixit homini: Ecce, timor Domini ipsa sapientia: & recedere à malo, intelligentia. Hactenus Iob.

Cùm ergo populus iste (vt cum Ieremia concludam) eo ipso timore prorsus careat, quomodo rebellis factus est rebellione perpetua? Apprehēderunt enim (inquit) mendacium, & resipiscere nolentes dixerunt: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est. Quo quid, quęso, impudētius dici potest? Quum rursus, dicente Sapiente, omnis sapientia sit timor Domini, & in illa timere Deum: & in omni sapientia dispositio legis? Quomodo ergo tam impudenter, tamque mendaciter audent asserere, se solos eo spiritu donatos, quo intelligi debent scripturæ sacræ, indéque ceu quosdam Euangelij prędones ad hoc in hunc mundum missos, vt eo quoscunque instillent: quum illius organo, hoc est, timore Domini, sint omnino priuati, quo alioqui spiritu, teste Sapiētia, os murorum aperire, atque linguæ infantium disertæ fieri solent? Quin veriùs in eos quadrare mihi videtur, quod ab eodem Ieremia subtexitur: Verè mendacium operatus est stilus mendax Scribarum. Confusi sunt sapientes, perterriti, &

Iere. 8.

Timor Domini vnica sapientia.

Eccle. 19.

Sapiē. 10.

Iere. 8.

capti sunt: verbum enim Domini proiecerunt
Ecclę. 19. Quam ergo possent habere sapientiam? Eremus
Ecclesiastico id confirmante, non est sapientia
quitiæ disciplina, qua prorsus abundant: nec co-
gitatus peccatorum prudentia. Falsum intel-
gere, inquit Lactantius, est quidem sapientia
sed humanæ: vltra gradum hunc ab homine pro-
cedi non potest: verum autem scire, diuinæ sa-
pientiæ est. Homo autem per seipsum peruenire ad
hanc scientiam non potest, nisi doceatur à Deo
Philosophi, quod summum fuit humanæ sapien-
tiæ, assecuti sunt, vt intelligerent quid non sit: il-
lud assequi nequiuerunt, vt dicerent quid sit.

In impo flores hu ius tempe statis. Quid ergo? Adeò toti madentes vitiis pla-
quàm etiam vulgaribus: ventris denique ac in-
nis gloriæ vera mancipia: adeò sceleſti, flagitio-
si, impij, & peccatores, tam audebunt pos-
cristas attollere, vt inani labentique sophia
mentes, se solos passim iactent, ad quos ab Apo-
stolorum temporibus sacræ paginæ intellectus
se exerat, atque extendat? Vt albis equis (vt
in prouerbio) se illos præcurrere asserant, qui
tam piis actibus, miraculis, & insigni doctrina
mundo inclaruerunt? Vt quoscunque sacræ Dei
Ecclesiæ institutores ac moderatores spargen-
in vulgus immeritò, atque theonino dente cor-
rodere non erubescant? Sed quid de huiusmodi
1. Cor. 8. sciolis diuus Paulus loquitur? Si quis (ait) sibi vi-
detur aliquid scire, nondum quicquam nouit,
quemadmodum oporteat scire: vt inde nosce-
mus hanc esse præcipuam scientiæ partem, nos-

se rationem sciendi. Nam rerum mundanarum cognitio, tumescendi occasionem suppeditat. Amplecti scientiam non inhibetur, modò adsit scientiæ charitas: sine qua alioqui, scientiam verè inscitiam dici existimauerim. Nempe quòd oporteat scientiam charitati esse coniunctam: quam quisquis habuerit, non tumescet scientia: sed humilitate quadam profitebitur se hoc vnum scire, quòd nihil sciat: omnem scientiam Christo adscribens, citra cuius ductum, omnia scire, ignorare est. Quem sanè (inquit) si quis diligit, & faciē eius veretur, hic cognitus est ab illo. Nouit enim Dominus qui sunt sui, vt discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. Et rursus: Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ: superbus est, nihil sciēs: sed languens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patiētiam, mansuetudinem, cum iis qui inuocant Dominum ex puro corde, & cōscientia nō ficta.

Rationem sciendi esse præcipuā scientiæ partem.

2. Timo. 2.

1. Timo. 6. *Doctrina quæ amplexāda, quæ fugienda.*

At protinus resiliēt illi, perinde quasi quidā colubri capite oppressi: Quid nos? dicētes Nū, putas, diuersā à Christo doctrinā sequimur, qui nil prędicam⁹ aliud, quàm Christū, & hūc crucifixū? Verū hoc pacto tū tibi scādalū, tū audiētib⁹ stultitia.

Hæreticorum obiectio.

1. Cor. 2.

Nempe quòd nullo cum Dei timore, nullóq
cum tremore verseris apud quos hæc enuncia
Sitque omnino sermo tuus & prædicatio tua, n
persuasoriis humanæ sapientiæ verbis, non in o
stensione spiritus (cuius munere reliquos aspe
nando tantopere te iactitas) ac potentiæ. Quid
Ro.2 verò Christiana fides sita sit in hominum sapie
tia, & non potius in potentia Dei. Sed & cùm te
confidas ducem esse cœcorum, lumen eorum q
sunt in tenebris, eruditorem insipientium, ma
strum infantium, habentem formam scientiæ
veritatis in lege, in qua & acquiescas, & glorie
in Deo, ac illius voluntatem noscas, & probes
mia: adeò tamen cœcutias, vt qui doces alium, n
ipsum non doceas: qui prædicas non furandum
fureris: qui dicis nō mœchandum, mœcheris
abominaris idola, sacrilegium facias: qui in leg
gloriaris, per præuaricationem legis, Deum inho
nores. Nam nomen Dei apud pleroſque male au
dit vestri causſa: ob illam nimirum libertatem,
quam vestris asseclis indulgetis solutiorem, quam
nomen Dei viui profitentes addecet: nihil non
vtique dictu pudendi sceleris, eius prætextu per
petrare ausi. Porrò qui Christi sunt, quales vos d
se asseritis, carnem suam crucifigere oportere cu
affectibus & concupiscentiis suis, docet ille pra
co veritatis Paulus. Nam quid profuerit idemid
inclamare, Domine, Domine: nisi ille, quisquis e
vicissim summi illius patris voluntatem fecerit
Sed &, diuo Iacobo autore, si quis tantæ fuerit
imprudentiæ, vt Dei sermonem tantùm audiat

Nomen christianũ apud exteras nationes malè audire, ob hæreticorum conuersationẽ ab ea quæ fidelium est dissentaneam. Gala.5. Mat.7. Iaco.1.

doce-

doceátve, nec factis exprimat: aſsimilandus venit viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. At qui proſpexerit in legem perfectam, quæ eſt libertatis, & permáſerit in ea, non auditor obliuioſus factꝰ, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Quid autē vocatis me (inquit Chriſtus apud Lucam) Domine, Domine: & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſupra petram. Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit illam mouere: fundata enim erat ſupra petram. Qui autem audit, & non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domū ſuam ſupra petram ſine fundamento: in quam illiſus eſt fluuius, & continuò cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna. *Luc. 6.*

Quare ſi ſpiritu Dei viuitis, qui vos hinc tantopere effertis, ſpiritu & incedatis. Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, alios prouocantes, aliis inuidentes. Non vos vindicetis libertate Chriſtianos, vt hanc nimirum in occaſionem detis carni. Verùm potius in ea libertate, qua Chriſtus nos omnes liberauit, permanentes, per charitatem confratribus ſeruite: abnegantéſque voſmetipſos, tollite crucem Chriſti, eúmque ſequimini extra craſtra, ipſius opprobrium (vt decet ſanctos) portantes: qui vt ſanctificaret per proprium ſanguinem populum, extra

Qui Dei ſpiritu viuunt, debēt & ſpiritu ambulare. Gala. 5.

Mat 19. Hebr. 13.

portam passus est, confusione contempta, iustus pro iniustis. Hinc nobis præbens exemplum, debere suos sequaces mundo crucifigi, & sibi mundum: si quidem in nouitate vitæ ambulare perceperent: iuxta illud eiusdem: Qui non baiulat crucem suam, & venit post me: nō potest meus esse discipulus. A qua porrò cruce portanda, quam & re ipsa, & doctrina vosmet & alios quoslibet credulos arceatis, in eóq; potissimùm quod illos vsqueadeo securos redditis, vt citra, opera quantumlibet etiam sancta & pia, modò adsint, illis regnum cœlorum polliceamini, & patefaciatis: quonam tandem pacto dignè Iesum Christum & hunc crucifixum prædicare potestis? Nisi, quemadmodum de vobis similibus tradit Paulus, ex contentione & inuidia illum annuncietis, non purè tamen, nimirum in hoc toti, vt afflictionem nauiculæ Christianæ addatis, aut turbulentis vestris procellis funditus obruatis. Quod perinde esse arbitror, ac si aliquis magnanimi cuiuspiam & virtutes deprædicet, & laudibus extollat: ab eius tamen consortio & virtute abhorreat, & reliquos, vt idem præstent, re & verbo animet & adhortetur.

Gala. 6. Ro. 6. Luc. 9. 14. 17. Ioan. 12. Philip. 1. Nauicula Christiana, Ecclesia catholica.

Porrò Christus cùm, teste Paulo, sit Dei virtus & sapientia, iustitia item, & sanctificatio, & redemptio nostra: neutiquam etiam crediderim, vllos posse illum dignè referre in carne passum: ni & ipsi vicissim iuxta eandem cogitationem armentur, & alios ad idem præstan-

1. Cor. 1. 1. Pet. 4.

dum inuitent: quum vel potissimùm nusquam sit laus præclara in ore peccatoris: vetet denique Deus ipse peccatorem in suas laudes prorumpere. Quare, inquit ille, enarras, ô peccator & impie, iustitias meas, & assumis pactum meum per os tuum? Tu enim odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum obloquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc feci̇sti & tacui. Existimâsti autem quòd essem tui similis: sed vt secus esse intelligas, arguam te & statuam contra faciem tuam peccata tua. Quæ quidem prophetæ sententia, nequeunt isti significantius suis depingi coloribus. Quippe cùm ceruicosa contumaciqué mente, re & verbo Christo reclament vndequaque, ipsiúsque virtutem abnegent, veritatem peruertant, & lucem quæ in scripturæ verbis iacet obtegant, atque abscondant: nihilominus perinde quasi illorum faueat sceleribus & imposturis, nullam non diuini spiritus sibi scientiam arrogant. Viros interim cùm doctos, tum integros moribus conuitiis impetentes. Quod idem est ac si diceret: Quare tu, qui legales iustificationes narras populo, quique testamenti mei sententias atque authoritates adfers, gloriaris ceriam in lege, eam disciplinam, eámque animi moderationem odisti, quam profiteris & doces?

Eccle. 15. Psal. 49. Vetat Deꝰ peccatorẽ velut indignum suas laudes enarrare.

2. Timo. 3.

Proiicere Dei sermones retrorsum, quid.

Cur sermones meos expulisti, odisti, & proiecisti retrorsum? Repulisti autem, dum ea nõ adimplesti, quæ illi mandantur. Ore igitur ac lingua te fateris sermones meos suscipere, re autem abiicis eos prorsus, & repellis. Si videbas, inquit, furem, vel vnà conspirabas, vel lætabaris, & placebant ibi illius actiones, dum non erudiebas eũ, non castigabas, vel potius eius vitia cõtegebas. Eodem pacto communicas adulteris, scortatoribus, & impudicis, quo currebas cum fure. Quæ omnia non modò operatus es, & item reliqua quę recta sunt, & secundum virtutem: verùm sceleста etiam cogitâsti, in hoc quòd putâsti me tui sore similem, & quòd consentire & parcere deberem peccatoribus. At cõtrà, arguam te, & corripiens tua facinòra, non solùm te puniam: sed etiam qui mea benignitate abusus sis ad pœnitentiam, disponam omnia vitia tua, & in ordinem redigã, oculisque tuis spectanda in die iudicij obtrudam.

Gala. 6.

Proinde, qui (inquit Paulus) existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. Probet autem suum quisque opus, & sic in se ipso gloriabitur, & non in Spiritu sancto, quo qui priuati sunt adeò gloriantur. Qui profectò mihi haud dissimiles videntur iis, quos describit diuus Hieronimus nimirum qui cùm Græcanicas oras permeâssent exterásque lustrâssent prouincias, nouos ádiissent populos, maria denique quàm plurima transiissent, vt eos, quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent, barba pallióque raram quandam sapientiam pollicentes, atque virtutem, honesti-

Antiquorum philosophorum amentia, perfidia, versutia, atque stoliditas.

decorum, modeſtiam, temperantiã, continentiã, prudentiã, iuſtitiam, & huiuſmodi virtutũ inſignia in ore habentes: nihil tamen eorũ pleriſque fuiſſe infidius, amentius, vitioſius, inanius, nihil denique laſciuius traditur. Tales quoque apud Iudæos fuiſſe, fideli teſtimonio memoriæ produnt ſacra Euãgelia, Scribas & Phariſęos vulgò appellati, vultus triſtitia, latis phylacteriis, aliiſque huiuſmodi fucis apud imperitam plebem venantes ſanctimoniæ opinionem: nihil non interim ſcientiæ ſibi arrogantes: & perinde quaſi alij in peccatis toti nati fuiſſent, ipſi verò iuſtitiæ viuerent, eos & faſtidientes, & aſpernantes. Sed quoniam vtrique lingua tantùm virtutem circumferebant, vim interim virtutis abnegantes: idcirco à quodam duce, forti potius quàm eloquenti, rogato, quid de virtute, quam digladiando tantopere exaltabant, ſentiret, audiunt: Nihil ſupereſt, niſi vt, quod longa diſputatione elucidatis, ipſi rebus præſtetis. Hac quidem ſententia ſignificans, eos de virtute per omnem vitam nihil quàm altercando diſputare, cùm ea prorſus vacarent.

Scribæ & Phariſæi. Mat. 23.

Ioan. 9.

Apophthegma inſigne.

Quid verò de iſtis ſuarũ laudũ tibicinib*, & encomiaſtis, nihil vtique ferè aliud in ore habentibus, quàm Chriſtũ, ſpiritum, diuinam ſcripturam, Euangeliũ, Paulũ, Chriſtianam libertatẽ, charitatem, miſericordiã, pauperes, pietatẽ, mortem, & paſsionem Chriſti, & ſi qui ſint alii præclari tituli ſanæ doctrinę accedentes, iuxta Euangeliũ gloriæ beati Dei: cęterum re prorſus vacuis loquitur Chriſtus? Cauete vobis (inquit) a pſeudoprophe-

1. Timo. 1.

Cauendũ à falſis prophetis. Mat. 7.

tis,qui veniunt ad vos in vestitu ouiũ,sed intrin-
secus sunt lupi rapaces. At quo tandem signo,
bone Christe,possumus discernere,boni sint il-
an mali,probi an improbi,iusti an impij,impos-
res an veraces? A fructibus (inquit) cognoscem
eos.Nunquid etenim de spinis vuæ colligunt
Aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fru-
ctus bonos facit: putris autẽ arbor,fructus malos
facit.Non potest arbor bona, fructus malos fa-
cere:neq; arbor putris,fructus bonos facere.Igi-
tur ex fructibus ipsorũ,cognoscetis eos.Ecce qu
argumento bonę arbores à malis dignosci vale
Fructus bonæ arboris sunt(inquit Paulus) cha-
tas,gaudiũ,pax,patiẽtia,longanimitas,bonitas,b
nignitas,mansuetudo,fides,modestia, cõtinentia
castitas.Contrà malæ arboris fructus sunt, forni-
catio,immunditia,impudicitia,luxuria, idolorum
seruitus,veneficia,inimicitiæ,contentiones, æmu
lationes,iræ,rixæ,dissensiones,sectæ, inuidiæ, ho-
micidia,ebrietates,comessationes, & his similia.
Videant iam orthodoxi fideles,vtrius harum ar-
borum, nostri temporis hæretici, qui se spiritu
adeò efferunt, producant fructus. Atqui hæc
duo genera arborum,ita se habent, vt vnius fru-
ctus, irrationabilis belluæ similitudinem præ-
ferat: vtpote cuius morsus ita homines dement
tet, à se alienet, & in rabiem agat, vt in morem
rabiosorum canum,se inuicem assiduè ringentes
mordentésque, mutuò dilanient ac discerpant.
Alterius verò fructus,cordati hominis gerit ima-
ginem;nempe cuius gustus,ita illum sedare ac re-

A fructibus suis quæque arbor cognoscitur.

Fructꝰ bonæ arboris.

Malæ arboris fructus.

tigare solet, vt desideria & passiones carnis non compleat, neque perficiat. Quia quamuis aliquo concupiscentiæ impetu ad primæ arboris carpendos fructus titillari atque moueri possit: spiritu tamen ac ratione, quasi fræno quodam retẽtus, illa desideria & concupiscentias non perficit. Nam quemadmodum caro concupiscit aduersus spiritum, id est, optat & quærit omnia quæ spiritui & rationi contraria sunt: sic etiam spiritus concupiscit aduersus carnem, vt ea omnia, quæ ad carnis mortificationem facere videãtur, optet & procuret: quæ sunt hæ duæ arbores, de quibus hîc agimus, vna quidem vitæ, & spiritus opimos fructus proferens: altera verò scientiæ boni & mali, cuius fructus appetentes (inquit Paulus) errauerunt à fide, & inseruerunt se cogitationibus vanis, & inutilibus, deuiísque ac deflectentibus à rationis tramite. De illa quidẽ sic Iob loquitur: Acquiesce Deo, & habeto pacẽ, & per hæc habebis fructus optimos. Et Sapiens: Fructus iusti, lignum vitæ: & qui susci pit animas, sapiens est. De hac autem sic rursus Salomon: Opus iusti, ad vitam: fructus autem impij, ad peccatum. Confringentur (ait alibi) rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex quibus quidem facile intelligere est, quotquot ab Ecclesię statutis desciscũt, arbores infrugiferas, & (vt diuus Iudas ait) autũnales, bis mortuas, & eradicatas dici: vtpote quę cùm extremo autũno floreãt prẽter tẽporis rationẽ, inde soleat coniici, eas

Caro aduersus spiritum quemodo concupiscere dicatur.

Gene. 2. & 3.

1. Timo. 6.

Iob 22.

Pro. 11.

Sapien. 4.

Arboreo autũnales.

mox emorituras: iam enim emarcescunt. Ad hunc modum, parum florere, hoc est, vitam parum Euangelicæ doctrinæ respondentem viuere, seu marcescere illi videntur: nihil non interim exhibentes ridiculum eorum, quæ simpliciores & infirmi ingentia expectabãt, iuxta illud Pauli: Non, inquit, vltrà proficient: quia insipientia eorum manifesta erit omnibus. Propterea infructuosos eos appellat arbores. Tantum enim abest vt proximis fructuosi sint, vt ne sibi quidem prosint. Ex quo & bis mortui dicuntur: mortui imprimis ipsi Deo, deinde mortui proximo, vtpote cui nihil vitæ suæ ignauia, & crapulosa viuendi consuetudine emolumenti adferant. Optimo demum iure eradicatæ arbores appellati: vt qui sint amputati de corpore Christi, quod est Ecclesia, & delendi de libro viuentium, iuxta illud: Omnis plantatio quam non plantauerit pater meus, eradicabitur. Quò fit quidem, vt huiusmodi non aliter sint deplorati, quàm eradicatæ arbores, nullam vnquam reuirescendi spem præ se ferentes. Aut facite (inquit ille, Pharisæos, & sub eorum nomine hæreticos, cõueniens) arborem bonã, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructũ eius malum. Nam è fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cùm sitis mali? Siquidem ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo, è bono thesauro cordis sui, profert bona: & malus homo, ex malo, mala.

2. Timo. 3. Infructuosæ arbores.

Bis mortuæ.

Eradicatæ.

Mat. 15.

Ibid. 12.

Nõ esse hæreticis statim fidem adhibẽdã.

Proinde iam eorũ quisque suam attollat doctrinam quantùm velit, aut quantũ libeat: plus millies

se Spiritum sanctum habere iactitet, quo prædu-
ce genuinum sensum reddat sacris scripturis, atq;
denique illos, qui ab Apostolorũ temporibus nos
præcesserunt, velut inertes, somniatores, futiles,
insulsos, inscios, imperitósque aspernetur ac vili-
pédat, vt eius sedet animo: haudquaquã nihilomi-
nus sum illi ob idipsum fidem habiturus, nisi, ceu
arbor frugifera, fructus dignos spiritu simul cum
eius doctrina cõnexos proferat: atque ex thesau-
ro puri cordis, & conscientiæ bonæ, fideíque non *1. Timo. 1.*
simulatæ expromat. Appellent se illi fideles, Euã-
gelicos, puróſq; Christianos, cęteris oberrantibus
& eluscatis, quantùm velint: atque Spiritũ sanctũ
in se vnicè effusum asserant quantùm libuerit: ni-
si tamen ea signa, quæ Euangelij præcones conse-
cutura pollicetur Christus apud Marcum, in eis *Mar. 16.*
cõspexero, nimirum vt in eius nomine dæmones
eiiciant, linguis loquantur nouis, serpentes tollãt,
& huiusmodi, quibus nos more quõdam Gentiliũ
à via veritatis aberrare & allucinari, illos verò A-
postolicos viros, esse hinc perpẽdi possit: pro fal-
sariis, & fascinatoribus habebo: illíſq; relictis, ci-
tra vllam hæsitantiam eis credã, fidam, & inhęre-
bo, quos firma tenacíque fide his signis effulsisse
credit ac fatetur Spiritu sancto acta catholica Ec-
clesia. Sed & cũ diuo Hieronimo in ea fide (Deo
opitulãte) moriar, in qua natus sum: in qua porrò
& quotquot vnquam orthodoxi patres extitere
salutis æternæ participes, quos alioqui isti tanto-
pere despectui habent, quorumque autoritatem
suis calumniis eleuare conantur, mortui sunt. Et

quem amictum dedit venerãda illa mater nostra
1.Tim.3. Ecclesia, errare nescia, vtpote columna & stabilimentũ veritatis, retinebo, & in sui fauorẽ circumferam: nullius, quàm Christi, qui caput illius est, doctrina subnixus. Hoc persuasum habens, quòdiu hoc amictu indutus fuero, me à veritatis tramite in deuia non posse deflectere, duce vtiq; insigni illo sacræ viæ præcone, electionis vase, & magistro gentiũ Paulo: qui de cõscientia tãti hospitis in se habitãtis Christi certissimus, loquitur
2.Cor.13. An experimentũ quæritis in me loquentis Christi? Qui rursus cõcitatiore quodam animo in huiusmodi fidei Christianæ subuersores inuectus, quòd nimirũ simpliciores quosque ab Euangelij gratia in Mosaicæ legis seruitutem de integro reuocarent, illíque facili suasione relaberẽtur in Iudaismũ, vnde iam extricati erant: ita loquitur. Etsi nos, aut angelus de cœlo euãgelizet vobis, praeter quã quod euangelizauimus, anathema sit. hoc est, non minus à vobis repellatur ac separetur, quàm quippiã detestandũ atque execrabile. Sicut prædixim⁹, & nũc iterũ dico: Si quis vobis euãgelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Quæ semel atque iterum repetita sententia, quam in huiusmodi seductores & fraudulẽtos prophetas animo fuerit, satis arguit. Nec quidem immeritò: quippe nõ inscius in quod exitium ac discrimen, eos, quibus fucum fecerint, abducãt. Adeò siquidem suis præstigiis illorũ mentis aciem fascinant, vt vix vnquam hac peste infecti, ab opinione, cui semel inhæserunt, diuelli queant; donec

Qualis debeat esse pij Christiani constantia.
Gale.1.

cõtumaci animo obducti & occalleſcẽtes in tartara delabantur præcipites. Intantum firmis radicibus inimicus homo ſua ſeminat zizania inter triticum, vt ea vix cõuelli poſsint, quoad tempus meſsis aduenerit, quo imperet ſummus ille paterfamilias ſuis famulis, ea in faſciculos colligi ad combuſtionem. Qua ratione adductus ille, cui tertiò ſuas oues curandas demandauerat Chriſtus: Vos igitur (inquit) fratres, hæc præſcientes, cauete ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate: creſcite verò in gratia, & in cognitione Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Et Ioannes in prima Canonica: Vos quod audîſtis ab initio, in vobis permaneat: quia ſi in vobis permanſerit quod audîſtis ab initio, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc eſt repromiſsio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam. Hæc ſcripſi vobis de his, qui ſeducunt vos. Nunc itaque, filioli, manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Itémque diuus Iudas Chriſti Apoſtolus: Chariſsimi, inquit, omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. Vos autem

Hæreſeos zizania quã annulſu difficilia.

Mat. 13.

2. Pet. 3.

1. Ioan. 2.

Diuus Iudas Apoſtolus in principio ſuæ canonicæ.

charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ nostræ fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Quibus quidem sententiis succinit
2. Thes. 2. & Paulus, cùm in hunc modum suos Thessalonicenses hortatur: Itaque (inquit) fratres, state: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Rursumque suum
2. Tim. 3. Timothæum commonefaciens: Tu vero permane in his, quę didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quòd ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Quibus quidem sententiis admonemur firmę & inconcussæ fidei conseruandæ, quam ab Ecclesiasticis viris accepimus:
1. Cor. 15. hoc est, iuxta diui Pauli vocem, vt stabiles, & immobiles, in his quæ à maioribus nostris didicimus, & in sacro baptismate imbibimus, permaneamus: abundantes sedulò in opere Domini, scientes laborem nostrum inanem non esse in Domino.

Authoritate cõprobat quod superius pluribus aperuit.

Itaque opulentam sancti Spiritus supellectilem ostentent isti, ac sibi arrogent quantum voluerint, & pro oraculis simplici populo sua opponant dogmata. Se nihil, præter Christum & hũc crucifixum prædicare, & in ore habere assueuerent. Se eodem fonte renatos, & in eadẽ Christi verba iurâsse in sacro baptismate, atque nos, passim deprædicent. Aut denique in confirmandis suis dogmatibus, nil nisi sacros Ecclesiæ do-

ctores adducere loquantur: & quàm plurima talia suorum insignium facinorum producant. Nisi tamen suam ipsorum iustitiam abundare conspexero plusquam Scribarum, & Pharisæorum (quo nomine nos, hoc est, Papæ assectatores apellant) aut certè vt per angustam portam, & strictam viam, quæ ad vitam illam perennem ducit, introeant, eos conari persensero: haudquaquam suis imposturis, fucis, & captionibus, quibus solent omni vento doctrinę fluctuantes, à veritatis tramite in falsitatis quædam abrupta depellere, os mihi sublinient. Nimirum haud ignarus sententiæ illius percelebris, & omni acceptione digni Chrysostomi: qui spiritus diuini impulsione actus, sic eorum patefacit versutias: Omnia, inquiens, quæ sunt propriè Christi in veritate, habēt & hæreses in schismate. Similiter Ecclesias, similiter & ipsas diuinas scripturas, similiter episcopos, cæterósque ordines clericorum: similiter baptismum, similiter eucharistiam, & cætera omnia, denique ipsum Christum. Et rursus: Omnes species iustitiæ, quas habent serui Dei in veritate, possunt habere & serui diaboli in simulatione. Habet enim diabolus & mansuetos & humiles, habet castos & eleemosynarios, & ieiunos, omnem denique speciem boni, quam creauit Deus ad salutem hominum. Quas alioqui species & diabolus introduxit ad seductionem, vt per bonum verum, & bonum simulatum confusio fiat: vt simplices homines, qui boni veri, & boni simulati discrimen intelligere cautè non possunt,

Pharisæi. Mat. 5. & 7. Angusta porta, & stricta via.

Chrysost. in Matt. homil. 49.

Homil. 4.

dum quærunt bonos Dei viros, incurrãt in sectatores diaboli. Cuius nimirũ cùm illi prauas suggestiones non suscipiunt, quibus ipse in aperto aut palàm eos incitare conatur ad vitia, astutia vtitur. Incipit enim à bonis operibus, sed tandem desinit in malum. Quid ergo? Solam charitatem sancti Spiritus, non potest inuidus spiritus imitari. Omnis itaque species iustitiæ inuenitur in hæreticis: solam autem gratiam veræ charitatis sibi soli seruat Spiritus sanctus. Adeò vt per nullius iustitam & testimonium sic cognoscatur vis est Spiritus sanctus, quàm per gratiam charitatis. Hactenus ille.

Sola charitate filios Satanæ à filiis Dei secerni.

Hæretici charitatis, indéque veritatis expertes.

Cuius sanè charitatis, cùm sint tenebriones illi prorsus expertes & vacui, vel quã minimũ habeã idq; fictum ac simulatum (vt palàm esse superius satis docuimus, & experti sumus, cùm tribus ab hinc annis, eorum simulationes inuisendi gratia, Gebennam adiissemus) eos itidem per omnia veritati reclamare necessum est, & omnibus, quæ auersatur ipsa, eos fauere: vtputa, impatientiæ, liberalitati, inuidiæ, procacitati, arrogantiæ, malo, iniustitiæ, falsitati, infidelitati: quippe quæ sit illa (autore Paulo) patiens, benigna, nulli inuidens, non procax, non elata, non fastidiosa, non quærens quæ sua sunt, non alios irritans, non cogitans malum, non de iniustitia læta: sed congaudens veritati, omnia sufferens, omnia credens, omnia sperans, omnia sustinens. Quid ergo agendum? Ad Christi documentum recurramus oportet, quo illos docet à suis ipsorum fru-

Charitatis descriptio. 1. Cor. 13.

ctibus agnoscendos, non secus atque arbos quæ- dam de fructu suo: Quòd nimirum, teste Sapiẽte, omne execramẽtum erroris odiat Dominus, nec sit quidem amabile timentibus eum: at contrà e- tigat elisos, atque diligat iustos. *Eccle. 15.* *Psal. 145.*

Proinde quamuis de Dei absconditis suum vẽ- trem adimpletum iactẽt, assueréntque se linguis hominum & angelorũ loqui, & præduce Spiritu sancto nosse mysteria omnia, omnémque callere sciẽtiam: ad hæc insumant in alimoniam pauperũ omnes facultates suas: tradant deniq; corpus suũ ita vt comburi videãtur: quum tamen his virtuti- bus charitatem, earum omnium præcipuam, con- nexam non habeant, non alio loco penes me cum D. Paulo habebuntur, quàm æs aliquod resonans, aut cymbalum tinniens: hac vtique fretus Christi sentẽtia, qua de huiusmodi apud Marcum vtitur: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me. Quandoquidem, D. Bernardo di- cente, plus longè nocet falsus catholicus, quàm si verus appareat hæreticus. At verò quoniam ipsa charitas omnem detestatur simulationem & hy- pocrisim, ideo (inquit Hilarius) blãdimẽta verbo- rũ & mãsuetudinis simulationem admonet Chri- stus fructu operationis extendi oportere: vt non qualem quis verbis referat, sed qualem se rebus efficiat spectemus: quia multis vestitu ouium rabies lupina contegitur. Itémque diuus Chry- sostomus: Nulla (inquit) res sic bonum exter- minat, sicut simulatio. Nam malum sub specie boni celatum, dum nõ cognoscitur, non cauẽtur, *Mar. 7.* *Isa. 29.* *Bernard⁹.* *Simulatio.* *Hilarius.* *Chrysost.*

Lupus tamen tectus pelle ouina per vocem cognoscitur, & per actum. Ouis balat inclinata deorsum: lupus vlulat contra cœlum. Hoc superbiæ, illud humilitatis signum. Ouis herbam maducat, lupus carnem. Et rursus: Herodes deuotionem promittit, sed gladium acuit: & malitiam cordis regit colore humilitatis. Huius personam repræsentant hæretici hypocritæ: qui dum fidè Deum quærunt, illum nunquam merentur inuenire. Cui accedit & diuus Gregorius in moribus: Sæpe, inquit, vitia se ingerunt, & se esse virtutes mentiuntur. Nam dissoluta remissio, quasi mansuetudo & pietas habetur: effusio, misericordia creditur: malorum pertinacia, constantia dicitur: timor incompetens, humilitas putatur: vana superbia, vera libertas æstimatur: & pigritia quandoque, quasi quietis continentia attenditur: & inquietudo, vigilantia nominatur. Quod nec Ethnicos quoque illos quondam latuit. Ait enim Laërtius ille Diogenes, libro quem de vita Philosophorum edidit, Nullas esse occultiores insidias, quàm quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nempe quòd autore Marco Tullio, apertè odisse magis ingenui sit, quàm fronte occultare sententiam. Nam is qui palàm est aduersarius, facilè cauèdo vitari potest. At Troianus equus idcirco fefellit, quia fœtam Mineruæ mentitus est.

Lupi & ouis discrimen.

Gregorius lib. moralium 32.

Diogenes Laërtius.

Quî dum? A fructibus, inquit ille, cognoscetis eos. Ab iis vtique quos suprà retulimus, vtpote charitatis, gaudij, pacis, lenitatis, benignitatis, bo-

Fructus spiritus. Gal. 5.

nitatis,

nitatis,fidei,manſuetudinis, temperantiæ,ac ſimilium. Quibus ſi quos refertos repereris,hinc illos bonas arbores eſſe cognoſcito.Sin minus,hos infrugiferos oliuaſtros eſſe dicito: indéque maledicto proximos, quorum nimirum exitus huc tendit, vt exurantur. Quos ſanè D.Paulus,à ſuis Philippẽſibus & obſeruari & vitari peroptans, ſic illos hortabatur: Cauete canes, cauete malos operarios,cauete concisionem . Quem locum interpretãs diuus Ambroſius, Non abſque ratione,inquit,pſeudoapoſtolos vocat canes, nempe quòd canum more oblatrent, inuideant,& mordeant. Oblatrant autem doctrinæ Euangelicæ, inuident probis hominibus,qualis erat Paulus, inuident & libertati Chriſtianę:mordent alienam vitam:imò & morſum doctrinæ venenatæ infigũt ſimplicioribus.Exiſtimant deniq; neminem à peccatis purgari, aut debere recipi in populum Dei, qui ſuis dogmatibus non aſſentit: hac quidem ratione cõcidẽtes & diſcerpentes Dei eccleſiam.Vnde iterum Paulus Epheſios in eandem rem commonefaciens:Videte,ait,quomodo circunſpectè ambuletis,non vt inſipientes,ſed vt ſapientes,redimentes tempus,quia dies mali ſunt. Itémq; profecturus Ieroſolimã alligatus ſpiritu, cùm valediceret iis, quos regendæ Dei Eccleſiæ ſuffecerat epiſcopos,ſic illos hortabatur: Attendite vobis,& vniuerſo gregi,in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere Eccleſiã Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.Ego ſcio quoniam intrabũt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos,non parcentes

Hebr.6.

Philip.3.

Ambroſ. ad virginẽ deuotam.

Epheſ.5.

Act.20.

Hæretici non minus quàm lupi cauẽdi.

gregi. Et ex vobis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducãt discipulos post se. Propter quod vigilate. Quæ enim (inquit) Sapiens communicatio sancto homini ad canem? Aut quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se collisserint, ambo confringentur. Qui enim picem tetigerit, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Corrumpũt siquidem bonos mores congressus mali. Idque potissimùm, si quis magistrum ceperit ad eam rem improbum: iuxta illud Psalmographi: Cũ sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris: cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Nam, vél Ethnico quodam autore, non tam ingenerari solét hominibus mores à stirpe generis, quàm ex his rebus quæ ab ipsa natura loci & vitæ consuetudine suppeditantur.

Ecclc. 13.

2. Cor. 15.

Psal. 17.

Praui mores à vitæ consuetudine.

Quare si tibi tutũ videtur cohabitare serpentibus idem & tibi tutum videatur cum rabiosis hisce canibus, & lupis rapacibus (sic enim mihi de obloquãdi aduersus catholicos rabie, déque Dei Ecclesię cõcisione habebũtur) impuris videlicet, vafris & fallacibus, & ad omne opus bonũ reprobis hominibus morẽ trahere. Potissimùm cũm huic rei reclamet scriptura, cùm dicit, Non æmulãdos esse viros malos, nec desiderandum esse cum eis. Ne æmuleris (inquit ille) in malignãtibus neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Cur ita verò? Quia rapinas (inquit Salomon) meditatur mẽs eorũ, & fraudes labia eorũ loquuntur. Et Dauid: Quoniã qui malignãtur, exterminabũtur, & sicut herba tacitò aro-

Prou. 24.

scent,& quasi olera herbarũ citò decident, ac defluent,nulla vtiq; valida radice subnixi,qua lõgius innitantur,ac latius se expandãt,nẽpe ex adulterio exorti: iuxta vocẽ Apostoli, Adulterantes verbũ Dei.Ideóq; adulterinę plãtationes (inquit idẽ Sapiẽs)non dabũt radices altas, nec stabile firmamẽtũ collocabunt.Adeò vt si in ramis in tẽpore germinauerint,infirmiter positæ, à vẽto cõmouebũtur,& à nimietate vẽtorũ eradicabũtur:iuxta illud Isaię:Dominus,inquit,in spiritu labiorũ suorũ interficiet impiũ.Et tu tandẽ adeò nefarios,tãq; capitales Christianæ religionis hostes & refugas suscipies,miraberis, auscultabis ? Persuasio hæc (inquit Paulus) non est ex eo,qui vocat vos in admirabile lumen sui sancti Euãgelij . Sed modicũ fermẽti totam massam corrumpit. Persuasio,inquit, hęc.Quæ cedo? Nempe,vt à fide patrum nostrorũ desciscẽtes, vnius aut alterius cuiuspiã imposto ris plus tribuatis priuato iudicio,aut cœcę rationi, q̃ tot eruditorũ hominum, tot sanctorũ martyrũ, tot veterum ac recentium theologorũ,tot academiarũ, tot conciliorũ, tot episcoporũ ac summorum pontificũ,qui iam inde à Christo passo nobis tradiderunt quæ tenemus sancta dogmata,præiudiciis. Quibus, si quid tribuitur sanctimoniæ, aut spiritui Euãgelico,ingenio denique, & eruditioni ad sensus diuinę scripturæ(qui sol⁹, vt ait D.Hilarius,hæresim constituit,& crimẽ facit)elucidationẽ,nihil sanctius, nihil acutius, nihil perspicacius, nihil deniq; exercitati⁹ fuit. Quippe quos accepimus, ab eorũ editis gestibus à nostris maioribus

Radices hæreticorum, quàm inualidæ, 2.Cor.4. Sapien. 4.

Isa.11.

Gala.5.

Hæreticorum persuasio.

Veteres interpretes diuinarũ scripturarũ, quales.

Mar.16. ad nostram doctrinam scriptis, miracula, signa ne-
mirum quæ subsecutura eos qui credidissent ea-
xerat Christus, astruxisse doctrinæ, & cum Paulo
1.Cor.13. plerumque dixisse: An experimẽtum quæritis ha-
bitãtis in nobis Christi? A quibus alioqui, teste Sa-
Eccle.50. piente, templi altitudo fundata est duplex ædifi-
catio, & excelsi parietes templi: cibati vtique pa-
Hebr 5. ne vitæ & intellectus: qui (vt autor est Paulus)
perfectorum cibus est, eorum vtique, qui propter
lectionis sacræ assuetudinem, sensus habent exer-
citatos ad discretionem boni pariter ac mali, &
qua sapientię salutaris potati, quam sitientibus ab-
Ioan.4.& fatim largitur Christus, nec exprobrat. Adeò sunt
7. in eadem sapiẽtia firmati, vt nullo peregrinæ do-
Iaco.1. ctrinæ fluctu à sacra anchora abduci, aut distra-
per scopulos & deuios calles (nisi interdum aliqui
in re leuiori, vnde non magnopere penderet ho-
minum salus: & cuius etiamnum simul atq; fœdi
errorem persenserunt, palinodiam cecinerũt) po-
tuerint. Vtpote quos ita diuinus ille Spiritus con-
tinuerit, vt nõ confunderentur aut pudefierent,
aut fidem mutarent ab illo. Electi nimirum à Deo
2. Thes.2. (vt ait Paulus) ceu primitiæ credẽtium in salutem
per sanctificationem spiritus, ac fidem veritatis,
consolans corda ipsorum per gratiam, & stabilien-
eos in omni sermone & opere bono, iuxta ipsius
imperuestigabiles scientiæ diuitias. Quò sic tan-
dem hac fortitudine corroborati in interiũ ho-
Ephes.3. minem habitaret Christus per fidem in suis ipso-
rum cordibus: fixísque in charitate radicibus &
fundamento iacto, possent comprehendere cum

omnibus sanctis, quæ esset diuinarum literarum abyssi latitudo, & longitudo, & profunditas, & sublimitas: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt implerẽtur in omnem plenitudinem Dei.

Pia exhortatio, quæ nos admonet, vt à firma radice Christo, Ecclesiaque doctrina, non excidamꝰ, Cole. 2.

Nos itaque, nos, inquam, qui fidem non mutauimus ab illo, hos nostros maiores, pios vtique illos, & sanctos, & doctos insequẽtes: iuxta Pauli exhortationẽ, Quẽadmodũ accepimus Dominũ Iesum, ita in eo ambulemus: sic vt radices habeamus in illo fixas, & in eo superstruamur, cõfirmemúrq; per fidẽ, vt ab iisdẽ nostris maioribus edocti sumus, exuberãtes in ea, cũ gratiarum actione. In hoc sanè omnino persuasi, vt, si istud sit Christi Euãgeliũ (vt est) quod illi tanto cũ animi feruore sunt amplexati, per quod & rursus idẽ Paulus gloriabatur apud suos Corinthios, se illos in Christo genuisse, quod & acceperant, in quo & stabãt, per quod & salutem cõsecuti sunt, non illi solùm, sed quotquot Christum per lauacrum aquæ viuæ induerunt ab hinc quingentis quinquaginta quinq; annis supra millesimum, & firma fide tenuerunt, non aliud ascititium quæramus. Quam ob causam subinfert ille: Quòd si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate: & ne commisceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. Et rursus: Denunciamus autem, fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis.

1. Cor. 4.

Ibidem 15.

2. Thes. 3.

Quo ſanè loco apertiſsimè docet Paulus, illos, qui
à ſuſcepto ordine, & vitæ ritu, iuxta ſanctæ matris
Excõmunicati hæretici. Eccleſiæ inſtituta, ſe ſubtraxerint ac ſubduxerint,
nolentes ſubdi legibus Eccleſiæ, à fidelium con-
ſortio eliminandos eſſe.

Quare cùm firmiter atque indubitanter credat
2. Cor. 4. ſanctorum Eccleſia, iuxta quod & ambulat, nimi-
rum ſacramenta Eccleſiaſtica in Chriſti mor-
confecta eſſe, quibus regenerantur ij, qui promiſ-
Hebr. 9. ſionem accipiunt æternæ hæreditatis: haud ab-
degeneremus oportet, ſi, qui iam cõſepulti ſimul
Colo. 2. cum illo ſumus per baptiſmum, cum illo etiã re-
2. Cor. 4. ſurgere volumus per fidẽ operationis Dei. Quin-
imo magis operæpreciũ fuerit occulta dedecor
reiicere, & nõ ambulare in aſtutia, neq; adulteran-
verbũ Dei: ſed in manifeſtatione veritatis cõmen-
dare noſmetipſos ad omnem cõſcientiam homi-
Epheſ. 5. num corã Deo. Hoc prouidentes interim, ne quis
noſtrũm decipiatur inanibus verbis. Nimirum ob
inde venire ſoleat ira Dei in filios inobedientiæ.
Quò fit quidẽ vt ſummopere cauendũ veniat, ne
qui noſtrũm ſint illorum conſortes: ſed reminiſci
potius eorũ, qui ab Apoſtolorũ tẽporibus nobis
præfuerunt, quiq; nobis hucuſq; locuti ſunt verbũ
Hebr. 13. Dei: quorum intuentes exitũ conuerſationis, imi-
Ibidẽ 12. tari fidem quoq; neceſſe eſt. Summam vtiq; curã
agentes, ne quis noſtrũm variis & peregrinis do-
ctrinis abductus, deficiat à gratia Dei: ne quà radix
amarulentiæ ſurſum germinans impediat, & per
illam inquinẽtur multi. Ne quis ſit fornicator aut
prophanus: vt Eſau, qui propter vnã eſcã vendidit

primitiua ſua. Vnde poſtea cupiens hæreditare benedictionẽ, reprobatus eſt, nec inuenit pœnitẽtiæ locum: quamquã cũ lachrimis inquiſiſſet eã. *Gene. 25.*

Atqui vos (inquit alibi) non ſic didiciſtis Chriſtum: ſi quidem illum audîſtis, & in eo edocti fuiſtis, quemadmodum eſt veritas in Ieſu, deponere iuxta priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta concupiſcentias erroris: renouari verò ſpiritu mẽtis veſtræ, & induere nouum hominem, qui iuxta Deum conditus eſt per iuſtitiam, & ſanctitatem veritatis. Quibus quidem verbis nos potiſsimùm cohortatur & commonefacit ille, vt (quemadmodũ eſt apud eundem) abnegata omni impietate, mũdaníſque concupiſcentiis, ſobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc preſenti ſeculo. Obturemus inſuper aures noſtras, velut aſpides ſurdæ, ne quando audiamus vocem incantatorum ac veneficorum iſtorum, nos incantare fraudulenter cupientium. Vtpote qui in corde ſuo iniquitates operentur, & quorũ manus in terra iniuſtitias concinnẽt: quíque alienati ceu peccatores a vulua & gremio matris Eccleſię, errauerint ab eius vtero, nihil vtique quàm de illa falſa loquentes. *Quomodo diſcendus Chriſtus. Epheſ. 4. Tit. 2. Pſal. 57.*

Atqui, autore Philoſopho, nihil eſt quod magis ab ipſa veritate deterreat hominem, & ad omne flagitium impellat, quàm aſſuetudo audiendi falſa. Quò fit quidem, vt quẽadmodũ conſortes eſſe non poſſumus mẽſæ Dei & dæmoniorũ, nec duobus Dominis ſeruire, Deo videlicet & mammonæ: ita, ſi verè quid Chriſtianiſmi imbibimus, *Aſſuetudo audiẽdi falſa, quàm incõmodet. 1. Cor. 10. Mat. 6.*

vt ne quoquomodo aucamus, eorum mensa, affluentia vtique Ægyptiarum abominationum re-
fecta, contaminari. Sed potiùs, vt instar viri illius
Dani. 1. desideriorum Danielis, statuamus in animo nostro, mensa Babyloniorum (quorum vtique, teste
Iob 11. Iob, spes abominatio animæ) non pollui: neque
Deut. 32. *Psal. 10.* illorum poculo, nempe veneno aspidum insanabili ac mortifero diluto, inebriari: vtpote cuius pars (vt est in psalmis) ignis, sulphur, & spiritus procellarum esse constat. Iuxta quod etiam hinc nos abducere conatur Salomon, cùm ait: Ne de-
Pro. 23. sideres de cibis eius, in quo est panis mendacij. Nec comedas cum homine inuido, nec desideres cibos eius: quoniam in similitudinem arioli & coniectoris æstimat quod ignorat.

Mat. 15. Quinimò instar domesticorum fidei catulloru, edere studeamus de micis, quæ è mensa dominorum nostrorũ, hoc est, sanctæ matris Ecclesiæ doc-
Mat. 20. torũ, decidũt. Quò eos tãdẽ ad opus diurnũ sequentes, cũ ipsis etiã cibũ operari, qui non perit,
Ioan. 6 sed permanet in vitam æternam, possimus. Vt & nos quoque habeamus aliquãdo, vnde tribuamus
Ephes. 4. necessitatem patienti: nimirũ sedulò parati, iuxta
1. Pet. 3. diui Petri exhortationẽ, ad satisfaciẽdũ omnibus, nos postulantibus rationem de ea, quæ in nobis est, spe, cum mãsuetudine & reuerentia. Simus nũ-
Probati numularij. velut probati numularij: vt si quis nmuus adulterinus est, & Cæsaris figurã nõ præ se ferat, nec insignatus sit moneta publica, eũ reprobemus. Con-
Mat. 22. trà, qui Christi faciem non fucato ac adulterino, sed vero charactere præmonstrat, in cordis no-

ſtri marſupium recondamus. Sit denique noſtrũ cum diuo Hieronimo propoſitum, autores quoſque legere, probare ſingula, complecti verò quæ bona ſunt tantùm, & à fide Eccleſiæ catholicæ nõ recedentia: iuxta illud Apoſtolicum: Omnia probate, quod bonum eſt tenere. Hoc nempe quod Hebræis præſcribit, Spei videlicet noſtræ confeſſionem, ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem Dei, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. Nemo ſiquidem, dicente ipſamet veritate increata, ſaluus poteſt fieri, niſi qui in finem vſque in ſyncera fidei, ſpei, & charitatis profeſſione perſeuerauerit.

Hieronimus. *1. Theſ. 5.* *Heb. 4.* *Mat. 10. & 24.*

Quapropter feſtinemus ingredi per taliũ rerũ cõfeſsionem in illã Dei requiem, ne quis eodem, quo hæretici, concidat incredulitatis exemplo. Quòd ſi quis iam aut animi imbecillitate, aut incogitantia, aut eorum aſtu deluſus, in ipſorum caſſes cecidetit, prẹmaturè ſe inde eximere operam det & conetur. Hoc interim perſuaſum habens, Deum ipſum, qui poteſt etiam ex quibuſlibet lapidibus exuſcitare filios Abrahæ, poſſe viciſsim efficere, vt ille ſtet ex integro, inque mentem priſtinam reductus, tum demum confirmetur iuxta Euangelium regni Dei, & præconium Ieſu Chriſti: ſicque exuberet in omne opus bonum. Nunquid enim qui ceciderit, non adiiciet vt reſurgat? & qui auerſus eſt à Deo, non reuertetur? Maximè profectò. Viuus nempe eſt ſermo Dei, ac tam efficax, vt valeat etiã (quemadmodũ ſuprà retulim⁹) ab architectura Chriſtianæ Eccleſiæ abiectis, ac

Luc. 3. *Ro. 16.* *2. Cor. 9.* *Pſal. 49.* *Ierc. 8.* *Hebr. 4.*

propemodum reprobatis lapidibus exuſcitare filios, qui iterum fidem Abrahæ imitentur. Et penetrabilior quouis gladio vtrinque incidente, pectalium duriſsima corda penetret, exſcindat, frangat, & complanet. Pertingens denique vſque ad diuiſionem animæ in id inſaniæ incredulitatis delapſæ: & ſpiritus cupientis ſe de integro in catholicorum communionẽ attollere. Iuxta quod per Ieremiam prophetã ſe facturum pollicetur ille in hæc verba: Si conuerteris (inquit) conuertam te, & ante faciem meam ſtabis: & ſi ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris. Conuertentur ipſi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum fortem: & bellauerint aduerſum te, non præualebunt: quia ego tecum ſum, vt ſaluem te, & eruam te, dicit Dominus. Et liberabo te de manu peſsimorum, & redimam te de manu fortium. Vbi quidem ſatis videre eſt, quanto ſit Deus auxilio atque præſidio iis, qui ſi fortè hæreticorum aſtu deluſi fuerint & circumuenti, ſe nihilominus eximere quàm ociſsimè ſtudierint.

Diuina promiſsio ab hæreſeos & perfidiæ contumacia recipiſcentibus. Ierc. 15.

Superiorũ cõcluſio.

Itaque Chriſtianæ trãquillitati ac publicæ concordiæ non vulgare operæpreciũ me feciſſe arbitrabor, ſi quod propoſui perſuaſero: iſtos nimirũ impudẽtiſsimè allucinari, quibus cùm nihil frõſultius, & a ſpiritu ſancto alieni? : ſic nihilominus fronte quadã perfricta, & illotis manibus in diuinas ſcripturas ſecus interpretandas, quã patres illi tum ſanctimonia tũ eruditione præſtantiſsimi interpretati ſunt, audent irrũpere: vt iactent etiã

se solos eo spiritu donatos, quo elucidari ac patefieri habēt, reliquis omnibus cœcitate obuolutis. Verùm etiamsi illos mirè fatuos commonstrauero, qui ad omnis suæ dementiæ cumulum, non modò de diuinis scripturis indigna sentiunt: verùm etiam diffitentur prophetarum oracula non esse de diuinæ mentis adyto verè profecta. Beati sponsi delitias ita nauseantes, vt veterum interpretamenta pro somniis habeant, & captiosis quibusdam argutiis, magis quàm eruendis mysteriis dent operam. Et qui postremò in opes ditissimi Salomonis, & abditos æternæ sapientiæ thesauros irrepere conantur alia via, quàm per humile ostium Christum: non alio sanè animo illuc accedentes, nisi vt furentur, mactent, & perdant. *Ioan. 10.*

Occupatio hæreticorum.

At protinus illi, ceu ex antro suo scarabei quidam & crabrones, in medium prosilientes, tam varii, vociferabuntur: In Christianam religionem, ab hinc trecentorum annorum intersectu, inuecti sunt adinuentionum, humanarúmque traditiuncularum labyrinthi, vt nulla ratione à superstitiosa quadam venandi consuetudine, in qua iamiam quisque consenuit, abstrahi possit, & ad illam augustam pietatem reformari, in qua ab Apostolis formati sumus, citra scandali effusionem: & tu nihilominus alios a nostra consuetudine, & contubernio arces, qui iis amoliendis tantum operæ insumimus? Quasi verò non illud idem censuerit Christus ipse, cùm dicit, apud Matthæum, necesse *Mat. 18.*

Mat.18. fore, vt veniant scandala & offensiones. Et diuus
1.Cor.11. Paulus Christi accedens sententiæ, oportere hæ-
Responsio. reses esse. Haud sanè abnuo quin à Christo pas-
so & Apostolorum temporibus, multa impia de-
testandaque subrepserint, & quotidie subrepant
in hominum vitam & mores. Quinimò ita fere
natura comparatum esse conspicimus, vt quibus
ex rebus extrema manat ac proficiscitur pernici-
es, ex eisdem plerumq; nascatur & summa vilitas, & è diuerso: iuxta illud trito sermone iactatū
prouerbium, Necessarium malum: &, vbi fel, plerumque ibi mel: vbi tuber, ibi vber. Cui etiam
priori sententiæ succinens diuus Augustinus, id-
ipsum quoque, cùm vita frueretur, ægre ferebat.
Augustinus lib. 2. ad inquisitiones Ianuarij: ca. 19. Nempe quòd multa in diuinis libris saluberrima
præcepta forent, quæ minus curarentur: Contra,
tam multis præsumptionibus plena essent omnia, vt grauius suo tempore puniretur, qui per octauas suas nudo pede terram tetigisset, quàm qui
mētem suam vinolentia sepeliuisset. Vbi quidem
ille quorūdam fucosam indolet superstitionē, qui
per aliquā religionis simulationem, aliména inertiæ quærunt. Quod quidē vel quippiā simile cùm
hac ætate vel scis, vel audis, vel conspicis fieri à
fratre Christiano, & acriter obiurgas, & auersaris, facis tu quidē rectè: & ego itidem auersor &
damno. Sed ea quæ rectè christianéque fiunt, &
quæ sunt pia, sancta, salubria, & iusta, atq; demum
almi spiritus dispositione statuta: inde calumniādi ansam arripere, itidem certè detestor: Simul &
te temeritatis non modicæ taxans ammiror, cur

tuæ præsumptionis emendandæ coercendæque occasionem ex eo, quod alibi tui similibus loquitur ille, non arripis: quod alioqui consultius ac tuæ saluti conducibilius foret. Ait autem ille libro, quem aduersus Donatistas edidit, secundo, cuius titulus est de Baptismo: Aliter quippiam sapere, quàm res habet, humana tentatio est. Nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus se, vsque ad præscindendæ communionis, & condendi schismatis vel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio. In nullo autem aliter sapere, quàm se res habet, angelica perfectio est. Vita itaque homines sumus, sed spe angeli, quibus æquales in resurrectione futuri sumus. Quandiu ergo non habemus perfectionem angeli, non saltem habeamus præsumptionem diaboli. Et item in Manicheos. Dicit Apostolus, hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuitãdum esse: quia subuersus est huiusmodi, & peccat, in semetipso dãnatus. Vnde qui sententiam suam, quamuis falsam atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suę præsumptionis pepererint: sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, quum inuenerint: nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. At qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid & prauum sapiunt, si correcti vt sanum rectúmque sapiant, resistunt contumaciter: suáque pestifera & mortifera dogmata emẽdare

Aliud Augustini locus.

Tit. 3.

Qui propriè hæretici dicuntur.

Hieroni. Hæresis vnde.

nolunt, sed defensare persistunt, hæretici sunt. Rursus Hieronimus in epistolam ad Galatas: Hæresis (inquit) Græcè ab electione dicitur, quòd videlicet eam sibi quisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicunque igitur aliter scripturam intelligit, quàm sensus Spiritus sancti flagitat, à quo scripta: licèt ab Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est eligens, quæ peiora sunt. Hactenus illi.

Quum itaque sis talis, qualem hoc in loco depingunt hæreticum Augustinus & Hieronimus, vt videlicet nullius, quantumlibet eruditi ac sanctimonia præditi, consilio velis acquiescere, quo vel tandem in bonam Ecclesiæ oliuam, vnde excisus es, iterum inferaris, cur (quæso) te imprimis non consideras?

Rom. 11.

Nequicquam aliorum vitia carpit, qui eisdem vel etiam plerumque maioribus scatet.

Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Quur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Qui cordis tui domum non potes excolere, quomodo plurium curam habere poteris? Et qui peccati ingentem trabem ex tuo oculo non potes eruere, quomodo ex alterius euelles vel festucam? Hypocrita (inquit) eiice primùm trabem de oculo tuo: & tunc perspicies, vt educas festucã de oculo fratris tui. An ideo (vt diui Augustini verba accommodem) propter paleam, relinquenda venit area Domini? An propter pisces malos, rumpenda retia Domini? An propter furfures hædos, mox relinquendus, aut certè disper-

Mat. 7. Luc. 6. Luc. 3. & 5. Mat. 25.

gendus grex Domini? An propter vasa in contumeliam facta, migrãdum de domo Domini? An ideo istud est, superstitiosum, religionique Christianæ reclamantem populum (vt ais) ad purum illum ac syncerum pietatis Christianæ archetypum reuocare: atque demum, iuxta Pauli cohortationem, qua vult vnumquemlibet spiritualem (qualem te appellari desideras) si alium è suis aliquo delicto occupatum repererit, instaurare huiusmodi spiritu lenitatis: Ita quicquid est pietatis, hoc est, diuina humanaque iura, cõfundere, euertere, labefactare, diruere? An istud est ab humanarum traditiunc ularum labyrinthis & ambagibus, quibus vniuersum mundum implexum fore asseris, & ad Christi exẽplar alios reducere velle, tot implacabilis belli, loco pietatis, inuehere dissidia? tot parere contentiones? tot offendicula innectere, à quibus ille abhorret tantopere? Decreta denique Ecclesiastica, cum eorum mystagogis sic impudenter improbare? Boni rectores (inquit Hieronimus) ex sua infirmitate aliorum infirmitates metientes, solent potius per humilitatis & mansuetudinis leuamentum peccantes ab erroris laqueo eruere: quàm per austeritatem, in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde doctor Gentium, Factus sum, inquit, infirmus infirmis. Et Isidorus doctus ille & pius, libro quẽ edidit de summo bono: Qui delinquẽtem (ait) superbo vel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit. Quicquid enim proteruus vel indignãs animus protulerit, obiurgãtis furor

2. Tim. 2.

Gala. 6.

Hieronimus in Ieremiam.

1. Cor. 6.

Isidorus.

est, non dilectio corrigentis. Hæc illi.

Quomodo animadueriẽdum sit in malos, mediocres, & bonos.

Quocirca (vt hæc omnia in pauca conferam) vi, & æquis legibus malos à sua nequitia coercere, iustum esse & conducibile nemo non censuerit: quòd, autore Seneca, bonis noceat, qui malis parcit. Mediocres consulere, humanum: bonis obstrepere, diabolicum. Hi honorem promerentur, non conuitia. Mediocres adiuuandi sunt, & cohortandi, vt proficiant. Mali si sanabiles, moderatis admonitionibus, & secretis blandisque hortatibus corrigendi. Sin intolerabiles ac deplorati, aut sufferendi sunt, donec Deus, exaudito populi sui clamore, suo more eos puniat: aut senatuum ac ciuitatum consensu cohibeatur eorum impotentia, vel effrænis lasciuia retundatur. Sed interim cauendũ, ne remedia fiant grauiora morbo. Quod sanè exequi conantur isti vel maximè cùm videlicet grauissima trabe oculos grauatos habentes, nõ eam solùm negligunt: sed festucam vel tenuissimam ab aliorum oculis eruere, omnimodam dant operam. Quam dum incautius tuntur auellere, eruunt pariter & oculum, inque foueam inextricabilis erroris decidunt & labuntur. Et (vt inquit poëta) dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. Quos alioqui subnotans diuus Gregorius, Multi sunt, inquit, qui quum plus sacerdotum vitam, quàm suam discutiut, in magnum contemptus diuinorum sacramentorum crimen incurrunt. Qui certè dum hypocritarum more plus illorum famam, quàm suam ipsorum, vel propriam vitam, vel vitæ negligentiam dis-

Cauẽdum in correctione, ne remedia dolorem superent.

Grego.

dicant

dicãt, spernunt sancta monita, & spiritualia dona. Vnde fit vt non solùm ab eis dicta respuant: sed, quod deterius est, diuina etiam mysteria contemnãt, vt nec corporis nec sanguinis Domini nostri Iesu Christi eorum ministerio confectam cõmunionem assumant: putantes hanc minus esse sanctificatam, & illorum fieri officio, quorum vita eorũ oculis videtur ignobilis, & scelesta. Proh, in quẽ magnũ laqueum incidunt, vt diuina mysteria plus ab aliis sanctificari posse credant, quàm vnus idémque spiritus in Ecclesia diffusus per totũ orbem terratum, incomprehensibiliter atque inuisibiliter, ea mysteria & operando sanctificet, & benedicendo benedicat! Hęc ille. Quibus quidem verbis, nemo est qui videre non possit vel sole clarius, quàm scitè Ecclesiomastiges isti & oblocutores subnotantur. Indéque adeò cùm dixisset Christus, Væ mundo à scãdalis, necesse est autem vt veniant scãdala: signanter eos, quorum merito illa emergerent, hoc est, hæreticos taxans, subiecit: Veruntamen væ huiusmodi per quem scandalum venit. Et Paulus, simul atque ob animorũ dissidia, quibus mutuò contendebant sui Corinthij, intulisset, Oportet hæreses esse: protinus adiecit: Quò qui probati sunt, manifesti fiant inter vos. Quandoquidem nullũ est argumentum, quo euidentius dignoscere valeamus, num quis in electorum Dei ascriptus sit numerum, an execrationi perpetuę obnoxius, quàm si Ecclesiæ catholicę præscriptis obaudiat, an si eisdẽ oblucletur: si doctrinã ab ea diuersam, an si eidẽ accedentẽ sequa-

Diuinorũ sacramentorum contemptus, vnde.

Mat. 18.

1. Cor. 11.

Quo argumento cognosci possunt, qui à Deo sunt electi & probati.

tur: si exemplo boni operis aliis fiat, an si offen-
sioni, & offendiculo: si denique sub potẽti manu
Dei sese demittat, an si se efferat, & exaltet. Nam
Electi. si ita se eidem summittat, vt in auditu auris citò
Psal.17. vllam contentionem ei obediat, hunc ea ratione
cognoscito, de probatorũ electorúmque Dei so-
Eccle.2. re numero, iuxta illud Sapiẽtis: Quoniam in igne
(inquit) probatur aurum & argentum: homines
Ibid.3. verò receptibiles in camino humiliationis. Et rur-
sus: Filij sapiẽtiæ Ecclesia iustorum: & natio illo-
rum, obedientia & dilectio. Sin secus res habeat,
Reprobi. audi quid de illis dicat Christus: Qui offendent
Mat.18. (inquit) vnũ de pusillis istis, qui in me credunt, ex-
pedit illi vt suspendatur mola asinaria in collum
eius, ac demergatur in profundũ maris. Et rursus:
Luc.10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me
spernit. Qui autẽ me spernit, spernit eũ, qui misit
me. Cui priori sententiæ accedens diuus Paulus,
Soleter cauendum offendiculum. suos Corinthios maximè operam dare cupit, ne
quando cuiquam fiant offendiculo. Tales, inquit,
estote, vt sine offensione sitis Iudæis & Gẽtibus,
& Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus
1.Cor.10. placeo, nõ quærens quod mihi vtile est, sed quod
multis, vt salui fiant. Sed quam ob caussam, putas,
hæc præcipiebat ille, nisi quòd & piè, sanctèq;, &
iustè illos viuere vellet? Iuxta quòd eos alibi ex-
Ibid.15. hortabatur in hunc modum: Euigilate iusti, & no-
lite peccare: etenim ignorantiã Dei quidã habẽt.
1.Ioan.3. At qui facit iustitiam (inquit Ioannes) iustus est.
1.Cor.1. Quod perinde est ac si diceret: Qui facit exercẽ-
que fidei opera, & vita sua imitatur eũ, qui factus

est nobis sapientia,& iustificatio, & sanctificatio, & redeptio, is iustus est: non autē is, qui solo verbo iustitiam cōmendat. Iustus autem cùm fuerit, fuerit itidem & absq; offendiculo. Indéque iuxta Mosaicæ legis præscriptum nullam prębebit of- *Leuit. 22.*
fensionem cœco, hoc est, in fide cœcutienti aut parum stabili. Sed,iuxta adhortationem Paulinā, *Rom.14.*
assumet huiusmodi non ad diiudicationes disceptationum, sed in fide,& mansuetudine. Nempe *Pro. 15.*
quòd,Salomone autore,via iustorum esse debeat sine offendiculo.

Cæterum demus illis quod maximè exhorrent *Sacrificorū huius tē-poris cri-mina.*
& abhominantur (vt est etiam maximè abhominandum) nimirum pleróque huius temporis sacrificos impios esse & impuros,improbos & scelestos: quod & ex parte omnibus compertum est hominibus. Lepidos insuper compotatores,congerrones haud infestiuos, eruditos adulatores, susurronésque: nulla sanctimonia celebres, nullaque eruditione præditos, sed totos diuitiis incumbere: in his verò,quę Christi sunt, supra modum desides, & in messe pecuniaria quàm diligentissimos. Adeò vt, vel etiam Ieremiæ testi- *Iere.6.*
monio id comprobante, à prophetа vsque ad sacerdotem neminem ferè reperiri liceat, qui auaritiæ lucris non inhiet: indéque adeò idolorum serui facti magis quàm Dei. Quorsum tamen hæc ad eam, quam Christus illis largitus est,autoritatem spectat? Quid ad ea, quæ sancta illa & im- *Ephes.5.*
maculata,nullámque rugam,aut huiusmodi quippiam habens mater Ecclesia sanxit,attinet? Num

quamuis sint (vt vultis) impiissimi, sacramétis Ecclesiasticis offici potest? Alioqui æstimãdum, aut dicendum foret (quod absit) id ea conficientium merito, & non creatoris verbo, ac Spiritus sancti virtute fieri. Quo quid esse potest æquè blasphemum, nempe vt creaturæ ascribatur, quod solius creatoris est? Sic nos (inquit Paulus) existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei. Quòd si illud requiratur in dispensatoribus & œconomis, vt fidus quis reperiatur: mihi (ait) pro minimo est, vt à vobis diiudicer, aut ab humano die: sed nec meipsum iudico. Cæterũ qui me iudicat, Dominus est. Proinde ne ante tempus quicquã iudicetis, donec venerit Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. Tum quid inde sibi vellet, quod velut ænigmaticè prius loquutus fuerat: Hæc autem (inquit) fratres, per figurã transtuli in me ipsum, & in Apollo propter vos: vt in nobis disceretis, ne supra quàm scriptum est, vnus aduersus alterũ inflemur pro alio. Etenim cùm sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? Ministri eius, cui credidistis: & vnicuique ministerij officia distributa sunt, sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat & qui rigat, vnum sunt. Dei enim sumus adiutores, hoc est, coope-

Ministri Christi sunt sacerdotes. 1. Cor. 4.

Zelum & contentionem, homines carnales significare. 1. Cor. 3.

rarij,vel operis participes,ac vicarij.

Ex quibus quidem verbis Apoſtoli,facilè colligere datur, ſacrificum,idẽ quod agricola quidam in agro excolendo,aut architectus in ſtruenda domo,facere in conficiendis diſpenſandíſque ſacramẽtis Eccleſiaſticis,ſolúmq; fore miniſtrũ:Deum verò inuiſibili operatione,velut auctione quapiã & incremento, verbo per os ſacrifici prolato, eorum virtutem operari. Diſpenſatoris nempe proprium(inquit Chryſoſtomus)eſt ea,quæ ſuæ fidei commiſſa ſunt, fideliter diſpẽſare,nõ res Domini ſuas facere:ſed cõtrà,ſuas domini. Vis diſpenſatores fideles intueri? Audi quid dicat Petrus : Quid admiramini in hoc,aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut pietate fecerimus hũc ambulare?Et Cornelio:Et nos,inquit,quemadmodũ & tu homines ſumus. Et ad Chriſtũ: Ecce nos reliquimus omnia,& ſecuti ſumus te. Et Paulus,cùm dixiſſet ſe maximè laborâſſe,ſubdidit:Non ego, ſed gratia Dei, quæ in me eſt.Et alio in loco, ad hos ſermonem dirigens: Quid autem habes, inquit, quod non accepiſti?Nihil enim habes tuum, non diuitias,non rationem,non animam ipſam, quippe quæ Domini eſt.Hactenus Chryſoſtomus.

Chryſoſto.

Act. 3.

Ibid.10.

Mat. 19.

1.Cor.15.

Quocirca firma,ſolidáq;, ac ſtabili fide tenẽdũ, quòd quẽadmodũ qui baptizat,ipſemet Chriſtus eſt,cooperante,ceu vicario, ſacerdote:ita etiã ipſe ſolus eſt,eodem mediante ſacrifico Chriſti verba proferẽte,ceu agricolatione quadã,qui per Spiritũ ſanctũ,hanc ſuam efficit carnẽ,& trãsfundit in ſanguinẽ, cæteráq; Eccleſiaſtica ſacramẽta verbo

Solo Chriſti verbo, omnia ſacramenta confici.

ſuo conficit. Vt cuius prius creata ſunt imperia, illius quoque verbo recreentur in melius per ſacrifici miniſterium. Qui quantumuis deteſtandis criminibus obnoxius ſit, ea nihilominus obſiſtere nequeunt, quominus, accedente Chriſti verbo ad elemẽta, fiãt protinus ſacramẽta. Quæ tametſi obſint ea indignè & minus religiosè adminiſtrãti, proſunt nihiloſecius per eius miniſterium dignè ac religiosè ſumenti: iuxta quod Euangelicis in literis Chriſtus imperat, vt quę dicũt faciamus, at ſecundum eorum opera facere nolimus.

Mat. 23.

Saul prophetauit. 1. Reg. 10.

Alioqui velim ab eis diſcere, quonã tandẽ pacto impiiſsimũ illum regẽ Saulem, inſontẽ Dauidem occidere cupientẽ, libri Regũ prophetâſſe teſtentur: & in Euãgelicis literis legatur in extremo iudicio pleroſque dicturos iudici Chriſto, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & multas virtutes operati ſumus? quos nihilominus velut ignotos pro meritis excludẽdos idem Chriſtus aſſerit: ſi ſolis piis probíſq; liceat Eccleſiaſtica ſacramenta adminiſtrare. Quod cùm obtrectationis, maledicẽtię, ac liuoris cauſſa, eos effutire nemo nõ videat, ſciuerint orthodoxę & Apoſtolicę eccleſię candidati, hos veritatis Chriſtianæ auerſatores nõ rectè ſentire: imò neſcire quæ loquũtur, neque de quibus affirmãt, quum alioqui ſit fatendũ, impios illos, quorũ meminimus, ſpiritũ quidẽ prophetiæ habuiſſe, at meritũ non item. Nec perſonarũ merita Spiritum ſanctum attẽdere, ſed officia ſacerdotũ: nẽpe qui myſticè ſacramẽta ſua ſolus viuificans, nec bonorũ meritis diſpenſatorũ ampliatur,

Perſonarũ merita Spiritũ ſanctum non ſpectare, ſed officiũ ſacerdotũ.

nec malorum attenuatur: quia, quemadmodũ ex D. Paulo ſuprà adduximus, neq; qui plãtat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementũ dat Deus.

At mox iſti in me inſiliẽtes, Bona, inquient, verba, qui huc Saulem adducas, reliquóſve nulla ſacerdotij functione cõſpicuos, cuius ſolùm hîc inter nos ſit controuerſia: aut certè ſacramenti ſanctitate inſignes. Ad quod ego: Si nihil ſacramenti habebat Saul, quid in eo (quæſo) egregium aut inſigne Dauid venerabatur? Cur in eum manus coniicere reformidabat? Atqui quum illum Chriſtum Domini paſsim appellet, & quominus eum perfoderit haſta ad caput eius defixa, cùm in tentorio decumbentem ac dormiẽtem inueniſſet, in cauſſa fuerit metus, quòd vtique religioni duceret ſacro oleo inunctum interimere: tum præterea viuentem ſingulari quodam honore affecerit, vitáq; functũ miris modis vindicauerit: quid, rogo, hinc inſinuabat, quàm ſe venerari ſanctũ Dei ſacramentum in ſceleſto homine? Sed demus illum nullo vnctionis ſacramento inſignitũ fuiſſe (quãquam ſeeus eſſe priorem Samuelis librum legenti perſpicuum eſt) certè haudquaquam Cayphã, cuius iamiam meminimus, negare poterunt: qui etſi ſceleſtiſsimus eſſet, vtpote morti innocentis Chriſti aſſentiens: attamen quia pontifex anni illius erat, non à ſemetipſo prædicâſſe, Chriſtum morti deſtinandum pro gente, & non ſolùm pro gẽte, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, aggregaret in vnum, diuus Ioãnes aſſeuerat: ſed & diuino numine afflatum, idipſum vaticinatũ fuiſſe aſtruit.

Cur Dauid tanto honore Saulem affecerit.

1. Reg. 26.

1. Reg. 10.

Cayphas vir impius prophetat.

Ioan. 11.

Huius quidem rei documento nos erudire cupiens, non personam loquentis, non sacrificiquiuis sceleratissimi (quis enim isto Caypha scelestior?) organum, quo diuina verba produnter, metiendum: sed verba ipsa pendenda: sed Spiritus sancti vbique efficacissimam virtutem æstimandam. Aliâs mendacij reuincendus veniret (quod absit) qui, Dei sapientia & expressa eius imago cùm sit, miserit nihilominus cum reliquis suis Apostolis ad Dei regnum euulgandum, sacratum illum Iudam, quem mox se proditurum sciebat, & quem Diabolum, hoc est, calumniatorem postmodum nuncupauit. Aut certè dicendũ diuinum sermonem per os eius prolatum, minus habuisse efficaciæ, minúsque audiendum, quàm is, qui à sanctissimis illis ipsius coapostolis prolatus est. Cùm contrà hac re, luce clarius Christus demonstret, illos non minus diuinarum dotium consortes fieri, qui eas fideli pectoris armariolo recondunt (etiam si ab eis administrentur, qualis hîc ab Euangelista impius ille Iudas describitur) quàm à quouis alio defęcatorum etiam morum, vitæ, & famæ integerrimo. Vnde si Apostolus nescio cuius Epimenidis testimonium (inquit diuus Augustinus) quia verum comperit, cõprobauit, & attestatus est: cur nos itidem apud quemcunque inuenerimus quod Christi est, & inde verum (quãuis sit ille, apud quem hoc reperimus, fallax & peruersus) non statim secernimus verum à vitio, dicimúsque, Sacramentum hoc verum est, sicut Paulus ait, Testimonium hoc verũ

2. Cor. 4. Colo. 1.

Mar. 3. Luc. 9. Ioan. 6.

Epimenidis Ethnici poëtæ testimoniũ à D. Paulo susceptum. Tit. 1.

An hoc ideo dicere esset: Hic homo verax est, cũ secus res haberet, quòd diceremus, Sacramentum hoc verum est? Hæc ille.

Quò fit quidem vt confirmare audeam, sic vmbra quadam ac prætextu corrigendorum criminũ ministrorum ecclesiæ, ab eius sacramentis abhorrere, & propter hominum vitia, sic violare quæ nõ illa solùm, sed & ipsemet Christus ore proprio & sanxit, & in suam memoriam præcepit fieri: nõ procul abesse ab hæresi scelesti illius Petiliani, quẽ inter reliquas quas protulit in Deũ blasphemias, omnia illa auersatum fuisse tradunt veterum historiæ. Quare tortuosos hominũ mores corrigẽdos esse, pérque vitiorum abruptos calles euntes homines in viam rectam reducendos nemo frugi non dixerit, sed id quidem blãndis hortatibus, sed humanis suasionibus. Detegẽdum vulnus, ne deterius in Ecclesiæ membris putrescat: at non inde saluberrima illius medicamenta respuenda. Resecandæ sunt carnes putidæ, at non medicina contemnenda. Morbus denique curandus, sed medici consilio: coram quo vtique non est voluntas (vt ipsemet ait apud Matthæum) vt pereat vnus de pusillis istis, qui in eum credunt.

Petilianus hereticus.

Mat. 18.

Scio certè quid dicat diuus Ambrosius, doctus ille & pius, Nimirum grauissimum nodum ligno inhærentem expelli non posse, nisi grauissimo oppressorio. At verò quid alibi dicat, non meminisse latet: Nempe plus proficere blãdam correctionẽ, quàm turbulentã accusationem: quòd illa pudorem incutiat: hęc indignationẽ permoueat.

Ambr. in Mat. cap. 12.

Hieron. Non rursus ignoro, iuxta diuum Hieronimum, non posse præsidem Ecclesiæ aufferre malum de medio eius, qui in simile corruerit delictum: aut liberè corripere peccantem, quum tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse quæ corripit.

Gregorius. Item illud beati Gregorij: Sicut (inquit) laudabile decretum est, reuerentiam & honorem debitum exhibere maioribus: ita rectitudinis, ac Dei timoris est, si quid in eis correctione indiget, nulla dissimulatione postponere: ne totum corpus (quod absit) incipiat morbus inuadere, si lãguor nõ fuerit curatus in capite. Vt enim (idem confirmante

Chrysost. Chrysostomo) temere, & indiscussè iudicare pernicioſum est: ita manifesta opera non persequi, viam aperit ad audenda facinora. Peccantes, in-

1. Tim. 5. quit Paulus, coram omnibus argue, vt & cæteri metum habeant: hoc est, non citò decide, sed omnia diligenti inquiras indagine: vbi verò apertè didiceris, vehementer inuehere, ita vt alij resipiscant. Sicut enim, si impunè peccetur, plurimi delinquunt: ita, si peccata puniantur, complures virtuti student. Scio, inquam, hæc omnia: at etiam non clam me est id, quod suo Timotheo idem Paulus præcipit: Videlicet vt aduersus presbyterum accusatio non suscipiatur, nisi sub duobus aut tribus testibus. Haud insçius nimirum multa sæpe fieri ex suspitione: in duorum autem aut trium fideli attestatione manere omne

Deut. 17. & Hebr. 10. verbum. At quantò minus contemnenda veniet Ecclesiastica sacramenta, propter quosdam illorũ administratores, qui in Dei Ecclesia malè ver-

santur? Ij ergo obiurgandi,arguendi,increpandíque veniunt,sed humanè, ídque à spiritualibus & mansuetis: illa verò, nimirum Dei verbo confecta,omni acceptione digna existimanda.

Imperitæ plebis cæcutientia.

Demus insuper(vt volunt) pleroſque huius tẽpestatis homines tanta fascinatione occœcatos, atque præstigiis quorumdam impostorum delusos, vt quæ sunt veritatis Euangelicæ minus teneant, eorúmque nonnulli adhuc ita veterem redoleant Paganismum, vt ab ea superstitione, cui semel addicti sunt, auelli nequeant: at non ideo quæ totius Christiani populi sanxit autoritas, & cauta voluit, amolienda obliterandáque veniunt.

Monachi.

Demus postremò id quod execrantur maximè(in nullum enim hominum genus magis inuehũtur, & insæuiunt) pleroſque monachos, loco quo suæ professionis meminisse deberent, admodum scelestos & impios existere, sycophantas insuper, scortatores,ebriosos,nugatores,& auaros esse:cultu denique, ceremoniis, & fucis quibusdam plus quàm animo veram pietatem metiri: in summa in eos quàm proximè quadrare, quæ Christus in hypocritas Phariseos intorquet apud Matthæum: at non idcirco sic sunt conuellenda euertendáque (vt faciunt) statuta Ecclesiastica. Cùm alioqui idem Christus apud eundem Matthæum suos etiã (vt superius diximus)infœlicia zizania,quę inimicus homo, haud dubiè quin Satã omnis cõcordiæ osor,in suo agro inseminauit,colligere prohibeat, quoad messis tempus aduenerit: ne dum colligẽt zizania, eradicarent simul cum illis & triticũ;

Mat.23.

Ibidẽ 13.

Religio quomodo defendenda.

Vbi certè docet ille defendendam esse religionẽ, non quidem maledicendo, duráque ac turbulenta obiurgatione, sed monendo, sed blandiloquentia, sed mansuetudine: non iniuria, non vi, non seuitia, sed patientia: non probrosis compellationibus, non turpibus & indignis verbis, non denique famosis libellis, sed fide, & charitate nõ ficta, verùm è corde bono, & syncera conscientia prodeunte. Illa enim malorum sunt, hæc verò bonorum. Porrò necessum est bonum quidem in religione versari, non malum. Nam si sanguine (vt verbis Lactantij vtar) si violentia, si tormentis, si probris, si calumniis, si conuitiis, si maledictis, si contentione, si denique pertinaci opinione religionem protegere, aut defensare velis, iam non defensabitur illa, sed polluetur, contaminabitur, violabitur. Deus etenim (diuo autore Hilario) cognitionem sui docuit potius, quàm exegit: & operationis cœlestium admiratione præceptis suis cõcilians autoritatem, coactam confitendi se aspernatus est voluntatem. Deus vniuersitatis est, obsequio non eget necessario, non requirit coactam confessionẽ. Non fallẽdus est, sed promerendus. Nostra potius, non sui caussa venerandus est. Nõ potest nisi volentem recipere, nisi orantem audire, nisi profitentem signare. Simplicitate quærendus est, confessione discendus est, charitate amandus est, timore venerandus est, voluntaria probitate retinendus est. Talis nempe (teste Chrysostomo) est veritatis natura, vt cùm à multis oppugnatur, fortius inualescat: & è diuerso, mendã-

Lactantius.

Hilarius.

Chrysostomus.

cium cùm a multis adiuuatur, in seipso debilitatur. Veritas namque non indiget auxilio ex temporali potentia, & maximè Domini veritas, quæ manet in æternum.

Hæc præter institutum verbosius præfatus meritò forsan viderer, nisi illa penè magis ad rẽ pertinuisse sciuissem, quàm reliqua quæ his addi possunt. Fuit enim prius scelus detegendum, atque commonstrandũ, quàm immane, quámque detestandũ sit: vt apertè quisque videret non immeritò fieri, si iis tantis, quæ in dies suboriuntur & emergunt, affligimur rerum calamitatibus. Nisi enim, autore Hieronimo, ex comparatione virtutum, vitium non ostenditur. Tametsi non omnia, in quæ illi prolapsi sunt, fidei naufragia attigerim: quinimo operæpreciũ duxi, meam nauim quàm fieri potuit velocissimè ab eorum vorticibus educere, duas potissimùm ob caussas: Vna est, ne si ea, quæ per tot ingenuorum hominum sagacem disquisitionem satis superque peruagata sunt, consectati perseuerarem, importunæ prolixitatis garrulitate memet ac lectorem implicarem, sicque in immensam voluminis molem liber excresceret: aut certè in quippiam prolaberer, quod non omnibus arrideret, sed quod piis auribus officere posset. Non est enim rationi Christianæ conducibile, quæ scimus omnia, promiscuæ multitudinis auribus prostituere: eáque potissimùm, quæ non modò dictu inutilia sunt, verùm etiam pernitiosa. Solet nempe Camarina multoties exagitata fœtorem quẽdam olfacientium naribus pa-

Morbus prius aperiendus, quàm illius vis & origo cognosci valeat.

Duas tradit causas cur hæreticorũ dogmata altius repetere noluit.

rere. Sed & scabies illa solet ei sedulò prurire quem semel inuaserit. Altera caussa est, quòd me potissimùm instituti non fuerit impręsentiarum hæreticorum persequi & refellere dogmata, sed eorum quædam capita obiter attingere, commonstraréque illos non melius sacras literas intellexisse, quàm nostri maiores. Non inscius vtique eius Chrysostomi sentētiæ, qua asserit omnem correptionem similem esse cæteris tentationibus. Sicut enim (ait) omnis tentatio fideles quidem ædificat magis, infideles autem amplius destruit: sic & omnis increpatio religiosum hominem facit meliorem: irrisorem autem & malum contumbat, & ad deteriora ire compellit: iuxta illud Salomonis, Qui erudit derisorē, ipse sibi iniuriā facit: & qui arguit impiū, sibi maculam generat.

Chrysostomus.

Pro. 9.

Ex quo quidem rectius existimaui, in imo gurgite, in quē prolapsi sunt, & in suæ turpitudinis ac fœditatis volutabro eos relinquere, quàm vltra prosequi: vt si iter rectum quod illis a complurimbus sinceræ fidei iampridē cōmonstratū est sequi renuant, & veritatem audire nolint, quā resipiscant à laqueo diaboli, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem, sed malint potius eam detinere in iniustitia, & in mendacium commutare: sic tandem, iuxta vocem angeli, qui nocent, noceant adhuc: & qui sordidi sunt, sordescāt adhuc, donec eorum peccata perueniāt vsque ad cœlum, atque recordetur Deus iniquitatū ipsorum: reddatque tandem illis idem quòd aliis reddiderūt, ac duplicentur eis duplicia, secundū opera illorum. In po-

2. Tim. 2.
Ro. 1.
Apoc. 18. & 22.

culo quo suum mortiferum virus orbi propinauerunt miscuerúntque, misceatur & illis duplum. Et quantum glorificauerunt se, & in deliciis fuerunt, tantum misceatur illis tormenti & luctus. Quos alioqui si putarē (vt verbis Lactantij vtar) satis idoneos ad benè christianéque viuendum duces esse, & ipse sequerer: & alios, vt sequerentur, hortarer. Sed cùm inter se magna concertatione disideant, secumque ipsi plerumque discordent, apparet eorum iter nequaquam esse directum. Siquidem sibi quique, vt est libitum, proprias vias impresserunt, confusionémque magnā quærentibus veritatem reliquerunt. Nobis autē, qui sacramētum veræ religionis accepimus, cùm sit veritas reuelata diuinitus nostris maioribus, cùm doctorem sapientiæ, ducémque veritatis Deum sequamur, qui, teste Paulo, manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria: vniuersos sine vllo discrimine vel sexus vel ætatis ad cœleste pabulum conuocamus. Nullus enim suauior animo cibus est, quàm cognitio veritatis.

Lactant.

1. Tim. 3.

Itaque vis tandem nosse, ob grassantem hac tē testate hæresim, fieri vt tot tantísque in dies exagitemur rerum calamitatibus, & miseriis? Perpende primùm, quid hinc dicat Ieremias prophe ta: quanta inde assumat lamentorū genera, quàm dirè eiulet, quàm denique studiosè vnumquemque cordatū ad hæc nostra deploranda secula, ob id ipsum in extrema redacta discrimina, inuitet.

Calamitatum quas quotidie perferimus, haereseos pestem incausa esse.

Iere. 9.

Quis dabit, inquit, capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? O vtinam haberem casulam aliquam in deserto, vbi diuersantur peregrini, vt derelinquerem populum meum, & recederem ab eis! At quamobrem hæc, quæso, ô vir Dei? Quia omnes (respondet) adulteri sunt, & cœtus præuaricatorum. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. Quapropter vnusquisque se à proximo suo custodiat: & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantãs supplantabit: & omnis amicus fraudulenter incedet. Et vir fratrem suum decipiet, & veritatem non loquetur: docuerunt enim linguam suam mendacium: vt iniquè agerẽt, laborauerunt. Quod sanè quam diuinitus de huius tempestatis hæreticis sit loquutus propheta, tecum (quæso) expẽde superiora, quæ de eis à nobis tradita sunt, & videbis. Diligenter considera, quam ob causſam tam exactè, in diuinas perueſtigandas scripturas, celebresque Ecclesiæ doctores legendos incumbunt ac inuigilant: & nullam ob rationem in id conari solos intueberis, nisi vt aliquid inuenire valeant, quod deprauando suæ falsæ opinioni accedat, cui semel se addixerunt. Detruncantes interim quandam verbula, aut sententiolas, quæ sibi videantur facere ad statuenda sua ipsorum dogmata: rebus quentes interim quæ germanũ scripturę sensum explicant.

Hæreticorum lingua.

Cauendũ à falsis prophetis.

Hæreticorum prauitas.

explicant. Quò tandem eas quibusdam sciolis, qui alioqui necdum sciuerunt quid sit scire, nec quidem quomodo discere oporteat, intrudentes, illi facilè his retiaculis implicentur. Qui vtique in omni re si quid est mali, facili excerpunt negotio: si quid boni, aut deprauant, aut dissimulant: aut certè pro arbitrio contemnunt. Etenim, teste Ethnico, nihil peius est iis, qui, paulùm aliquid vltra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. Nam & credere præcipiendi peritis indignãtur, & suam stultitiam vbique perdocẽt. Errantes porrò (vt verbis Sapientis vtar) à via veritatis: vtpote quibus iustitiæ lumen non lucet, & sol iustitiæ non oritur: sed in via perditionis lassati, ambulant frustra vias difficiles: viam autem Domini rectam ignorant. Quò fit quidem (inquit Lactantius) vt Dei summi cultores, hoc est, iustos homines, aut odio prosequantur aut fallere conentur, aut torqueant, aut molestia afficiant, nec causas odiorum ipsi reddere possint, qui tam vehementer oderunt: nisi quòd ipsi errant, & egreferunt illos, qui viam veram sequuntur, non errare, quemadmodum & ipsi. Vnde mala, quæ hinc orbi quotidie obueniunt, subinferens Ieremias: Propterea, inquit, hæc dicit Dominus exercituũ: Ecce ego conflabo, & probabo eos: quid enim aliud faciam cum filia populi mei? Sagitta namque vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Nunquid ego super his non visitabo, dicit Do-

1. Co. 8.

Quorundam sciolorum arrogantia.

Sapien. 5.

Ierr. 9.

Hæreticorum insidiæ ac proditiones.

minus? aut in gente huiusmodi non vlciscetur anima mea?

Rursus quòd istud obsit, quominus hoc tempore nostræ preces nõ acceptẽtur à Deo nostro, sed velut impuræ ab eo repudientur, his verbis liquidò demonstrat Isaias, Ecce, inquit, non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat: sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. At verò quæ sint iniquitates illæ & peccata, quæ hoc præstant, apertè subindicat. Nẽpe quod labia vestra (inquit) locuta sunt mendacium, & quòd lingua vestra iniquitatem fatur. Quo enim (credis) obstaculo, quóve obice lõgiori à Deo nostro abesse possumus, quam ita gloriati (vt faciunt) & mendaces esse aduersus veritatẽ? quàm nõ solùm temere affirmare quod nesciunt: sed & detestanda quadam impudentia inuertere rerum merita, & ad sibi credendem alios pellicere, ac abducere à simplicitate quæ est in Christo? Quo contrà monet Sapiens, ne velimus contradicere verbis veritatis vllo pacto, ne de mẽdacio ineruditionis nostræ confundamur. Sed quid de illis infert propheta? Non est (inquit) inter eos, qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè: sed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Ouа aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Aspis namque vt veneno nocentissimo quæque viuentia concitè in-

Isa. 59.

Iaco. 3.

Eccle. 4.

Hæreticorum descriptio.

Isai. 59.

Aspidis natura.

terimit, idque tam profundo somno percussis priùs immisso, vt eum mors absque sensu dolotis mox consequatur: ita & oua progignit, ex quibus filij procreantur. Quæ profectò oua rumpere, ac inde pullos excludere dicuntur huius ætatis hæretici, dum cuiusdam libertatis Euangelicæ prætextu, omni aspide nocentius virus infligunt: ex cuius tandem conceptu, nouos quotidie ac recentes fœtus progignunt & exuscitant, qui suorum parentum assentientes factioni, eorum mores subinde referunt. Et cùm lætalem morsum exceperint, mox itidem graui somno suæ salutis sepulti, prius intereant, quàm plagam persenserint, aut à sua stultitia pedem retulerint. Quotidie (inquit Paulus) proficientes in peius, errantes, & in errorem mittentes. Quos taxat & Christus sub Pharisæorum nomine, cùm apud Matthæum progenies viperarum illos appellat. Sed & vulgari iactatur sermone, ex malo coruo nasci malum ouum: iniquitatem denique (vt est in Regum libris) ab impiis egredi. Hinc etenim quotidie animarum strages promanat: inde miseranda lues impiorum dogmatum scatet: incendia denique dissidiorum omnium, non sine graui totius generis humani calamitate. Vnde sequitur: Qui comederit de ouis eorum, hoc est, qui in eorum sententiam manibus ierit, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum. Regulo porrò tam præsentaneã vim inesse asserunt, vt oculis noceat & morsu: & quod momorderit membrũ, ni protinus ampures,

Hæresis pullulatio.

2. *Tim.* 3.

Mat. 3. 12. 23.

1. *Reg.* 24.

Regulus quæ natura.

nulla sit futura vitæ spes. Id sanè præstant hæretici, qui cùm ore canoro ac sympsalmate Deum
Psal. 150. in sanctis suis collaudare deberent, iuxta regij Psaltis cohortationem: atque conseruorum Dei & fratrum suorum habentium testimonium Iesu (vt est in diui Ioannis Apocalypsi) gratiæ congratulari, qui modò ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt, quo & vocãdi sumus, si quidem eam viã
Apo. 9. tenuerimus, quam illi nobis præiuerunt: è diuerso nihilominus eorum famæ & doctrinæ morsum addunt cuiusuis basiliſci morsu nocentiorẽdum & arrodunt & carpunt, quæ ab eis rectissimè & gesta & scripta sunt: ibi crimẽ plerumque intendentes, vbi fuerat pietas laudanda: proditionis denique & impostura illos insimulantes, vbi fuerat salubre consilium approbandum. O innocentem ergo & salutiferum regulum, si cum
Exod. 7. huiusmodi cõferatur hominibus. Quemadmodũ
2. Tim. 3. autem (inquit Paulus) Iamnes & Iambres resistebant Moysi: ita & isti resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Sed quid tidem? Non proficient (inquit) amplius, licèt aranearum more, laxos casses in foribus cunctis animæ fidelis prætexant. Nam, autore Isaia, illi-
Isa. 59. rum telæ non erunt vltra in vestimẽtum: sed nec quidem operientur eorum operibus, qui valentioris instar animalis, illis validè fortes in fide restiterint: vel si aliquantulum iisdem ipsis telis fuerint intricati, eisdem quoque se veloces exemerint. Si quidem constanti firmáque mente tenuerint, illorum opera, opera esse inutilia, & opus

iniquitatis in manibus eorũ. Quorum pedes (inquit ille) ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocentem. Et quorum cogitationes, cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum. Viam pacis nescierunt, & non est iudiciũ in gressibus eorum. Semitæ eorum incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Hactenus Isaias.

Hæreticorum pulchra descriptio.

Ab hoc rursus audiendum quanta inde rerum incõmoda orbi subscaturiãt. Propter hoc (ait) elõgatum est iudicium à nobis, & non apprehendit nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. Expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est a nobis. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram Deo nostro, & peccata nostra accusant nos. Quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognoscimus, peccare & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde verba mẽdacij. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prædæ patuit. Et vidit Dominus, & malum ap-

Peccata nostra causſa sũt excœcationis nostræ.

patuit in oculis eius. Et item reliqua quæ subnectit idem Propheta. Vbi quidem docet ille non mirum videri, si qui tot dissensiones & schismata fouemus, multas itidem perpetiamur calamitates & rerum dispendia: infinitis denique tenebris inuoluamur. Id quod & Sapiens hac confirmat sententia, cùm ait: Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. Iustorum autem semita, quasi lux splendens procedit, & lucet vsque ad perfectam diem.

Prou. 4.

Habes iam ex duorum illustrium prophetarum oraculis, fide dignissimum ac probabile testimonium: quo facilè perpendere valeas, vnde scaturigo manet eorum, quæ nos in dies tot modis vexant, discriminum. Vis item aliud oraculum ex non minus illustri propheta depromptum, quod idem complectatur: vt vel tandem in ore trium amplissimorum hominum stare facetis omne verbum? Proinde tu quoque sacerdos sancte Ezechiel, prodi in medium, & ratione præfige, ob quam tantis quotidie calamitatibus & miseriis degrauemur. Væ (inquit) qui consuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt cupicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas: & cùm caperent animas populi mei, viuificabant eas. Et contaminabant me ad populũ meũ, propter pugillũ hordei, & fragmẽ panis, vt interficerẽt animas, quæ nõ moriũtur, & viuificarẽt eas, quæ nõ viuunt, mẽtiẽtes populo meo credẽti mendaciis. Quibus quidem verbis nemo ambigere potest, quin ille huius ætatis subdolos

In pseudo prophetas cõsilia cordis sui populum docentes.

Ezech. 13.

fallacésque operarios spiritu prophetico subindicet. Puluillos namque & ceruicalia, quæ instrumenta sunt delicatorum ceruicibus confouendis, & quę scabellis imponuntur quò mollior fiat sessio, dicuntur consuere hæretici decipiendarum animarum gratia: dum molli quadam philosophia, vinóque secularis sapientiæ, hoc est, blandis sermonibus, verborum lenocinio, & sublimi ventosáque loquacitate, & (vt verbis Pauli vtar) humilitate & superstitione angelorum, id est, affectatione humilitatis, & simulatæ cuiusdam religionis, in iis quæ non viderunt nec sciunt fastuosi incedentes, frustra inflati à mente carnis suæ, instabilem populum in errorem rapiunt, & inde in discrimen vocant. Dum simplicibus palmam anteuertunt, & ex præposteris opinionibus præpostera rerum vocabula cudentes, quod excelsum est, humile appellant: quod amarum, dulce: quod precioſum, vile: quod vita, mortem: quod denique mors, vitam nominant. Dum postremò, quæ sunt crassissima, & statim oculis obuia, vnmquemque maximè sectari ac suscipere: quæ secus habent, aut omnino negligere, aut certè postremo loco ponere docent & exhortantur. Veterem interim hominem rursus induentes iuxta priorem paganorum conuersationem, qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris. In hoc sanè longè à Christo, quem tantopere ore deprædicant, factis autem negant, dissidi: cui vtique, Paulo teste, visum est per stul-

Puluillos & ceruicalia consuere, quid.

Colo. 2.

Ex præposteris opinionibus præpostera rerum vocabula hæreticos excudere.

Ephe. 4.

titiam prædicationis ſaluos facere credentes.

1. Cor. 1. Eorum verò animas dicuntur interficere, quum pugillo hordei, & panis fragmine, hoc eſt, turpi lucro ducti, iuſtificant (vt verbis Iſaiæ vtar) impium pro muneribus, & iuſtitiam à iuſto auferunt. In errorem vtique, vt eſt apud Matthæum, pro viribus electos Dei rapere, ſi fieri poſsit, adnitentes: & minus naſutos quouis mucrone nocentius confodere. Sicarij quandoquidem vulgò appellantur illi, qui ferro necant ac perimunt hominem, non habentes (inquit Chriſtus) vltrà quid faciant: & ij qui corpus & animam doloſis quibuſdam ſuaſionibus peſtilentique doctrina perenni gehennæ adigunt, num meritò ſicariis quibuſlibet ſceleratiores adiudicandi veniunt? Veniunt profectò. Vnde tales à ſuis quàm maximè obſeruari volebat ille, cùm in hunc modum eos hortabatur: Cauete vobis ipſis à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Cuius rei rationem ſubindicans Paulus, Quia, inquit, paulum fermenti totam conſperſionem fermentat. Cæterùm quid aufert ſpiculator, aut carnifex, præterquàm corporis vitam? Quid porrò hæreticus? Non corpus ſolùm, ſed & animam quoque perpetuæ flammæ deuouet. Crudelius itaque, quis, nedum cæcus, non videat, animam ſemper victuram ſeductione peccati interimi, quàm moribundum corpus? Quis verò non hunc crudeliſsimum iure cenſuerit, qui vtrũque & corpus & animã interimat? Atqui id impiis conatibus ſedulò molitur, qui-

Interficere animas ſemper victuras, quid.

Iſa 5.

Mat. 24.

Ibid. 10.

Luc. 12.

1. Cor. 5.

quis hæretica lue infectus est : inde nimirum dictus immortales animas perimere, dum simplices quosque & credulos suis imposturis abducit in exitium.

Quid sit viuificare animas interficiẽdas. 2. Pet. 2.

Rursus interficiendas animas viuificare dicuntur hæretici, quum illos, qui (vt verbis diui Petri vtar) carnem suam sequentes, in concupiscentia pollutionis ambulant, ac dominationem cõtemnunt, audaces, præfracti, gloria præcellentes, non verentur conuiciis incessere, inescant: libertatem illis pollicentes, quum ipsi serui sint corruptionis. Sicque (vt est apud Ezechielem) linientes parietẽ absque temperamento in suam ipsorum sententiam pertrahunt. Quid porrò est paries, nisi fides, sine qua fieri non potest, vt quis Deo placeat? Quid temperamentum, nisi fidei opera: citra quę alioqui illa manet inanis & euanida? Atqui hunc parietem absque temperamento liniunt hæretici, quum libertatis cuiusdam malæ prætextu, variisque pollicitationibus, ac regni cœlestis magnificis promissis, eos, qui in errore versantur, & in sua incrudescunt perfidia (vti iam diximus) securos efficiunt, spésque amplissimas de Christi redemptione, qua nos à morte æterna asseruit, per scripturæ sacræ deprauationem ostentant, & quas nos manere astruunt, citra cuiusuis etiam operis executionem, modò fide stemus firmissima: quòd nihil eo promereri possimus, sed ille satis nobis promeruerit: non intelligentes miseri, fidem absque operibus inanem & mortuam esse. In hoc profectò Eunomianis hæ-

Ezech. 13. & 22.

Iacob. 2.

Eunomiani hæretici.

reticis non dissimiles, qui præter detestandã blasphemiam, qua asserebãt dissimilem patri filium, & filio Spiritum sanctum, in ea quoque fuerunt hæresi, vt nullum imputari dicerent peccatum in fide manentibus. In quos inuehitur scriptura in hunc modum. Vis scire (inquit diuus Iacobus) ô homo inanis, quòd fides sine operibus mortua sit? Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, offerẽs Isaac filium suum super altare? Vides quòd fides adiuméto fuerit operibus illius, & ex eisdem fides perfecta fuerit? Et quæ subsequuntur reliqua. Itaque quemadmodum corpus absque spiritu mortuum est: ita & fides absque operibus mortua est. Cui sententiæ accedens Theophilactus in Ioannem, Considera, inquit, quomodo dixerit, quòd si cultor Dei fuerit, mox apposuerit, & voluntatem eius fecerit. Multi enim cultores quidem Dei sunt, Dei tamẽ voluntatem non faciunt. Oportet autem vtraque adesse, Dei cultum, & voluntatis diuinę adimpletionem, hoc est, fidem & opera: vel, vt Paulus nominat, fidem & bonam conscientiam: vel, breuius dicendo, theoriam & praxim. Tum enim reuera viuit fides, quando opera habet Deo placentia: è quibus bona conscientia nascitur, sicut à malis operibus mala. Hactenus ille.

Theophilactus.

Absque bonis operibus, Deo placere nequẽ posse.

Quid ergo sibi volunt isti, qui pertinaci contentione audent asserere, nos in Christo fiduciam habere posse, & accessum per fidem eius, cùm ab eo dissentimus opere? Sed & tantum hoc pacto ipsius meritis inniti nos oportere, vt

credamus nos è vita migrãtes, mox cœlum rectà petituros, absque bonorum, Deóque placentium operum executione, tantisper dum hîc vitam degimus? Nemini (inquit Paulus) consenseritis. Gala. 5.
Persuasio hæc, non est ex eo qui vocat vos. Quid verò persuadet is, qui vocat nos è tenebris, ac redemit de potestate tenebrarum, vt trãsferat in regnum suum? Nempe vt quisquis volet eum sequi, semet abneget ipsum, & tollat crucem suam quotidie, atque sequatur eum: mortificationem ipsius sedulò in corde suo circumferens: quò eius vita manifestetur in corde suo. Quandoquidem, Paulo teste, eũ qui viuit oportet semper in mortem tradi propter Iesum, vt vita Iesu manifestetur in carne sua mortali: hoc est, vt virtus vitæ illius appareat, non permittentis carnem mortalem à multitudine vitiorum superari. Hos itaque iisdem verbis compellare licet, quibus in actis Paulus Elymam Magum compellauit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, nõ desinis subuertere vias Domini rectas? Et quibus diuus Hilarius Constantium Arrianum aggreditur: Audi verborum sanctam intelligẽtiam: audi Ecclesiæ imperturbatam constitutionem: audi patris tui Constantini professam fidem: audi humanæ spei confidentem securitatem: audi hæreticæ damnationis publicum sensum, & intellige te diuinę religionis hostem, & inimicum memoriis sanctorum, & paternæ pietatis hæredem rebellem. O tu scelẽste, quod ludibriũ de Ecclesia facis? Receptos iam in æternam Ephes. 3. Luc. 9. 2. Cor. 4. Act. 13.

requiem patres nostros lacessis, & in decreta eorum peruersus irrumpis. Sed quô rursus nostra defluit oratio? Nostri iamdudum obliti septa iterum trãsilimus. Nam nostrum institutum in hoc potissimùm versari prædixeramus, vt causas patefaceremus eorum quibus afficimur malorum. Sed huc delapsi sumus, dum istorum explodere conamur erroneam sententiam, qua fidem nudam adstruunt ad promerendam salutem sufficere citra vlla opera. Ergo ad institutum iter redeuntes, obiter videamus, quid eius rei gratia calamitatis & miseriæ, se illaturum illis cõminetur Dominus. Propter hoc (inquit) dicit Dominus Deus: Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas volantes: dirumpam eos de brachiis vestris, & liberas faciam animas quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam cerulicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra: neque erunt vltra in manibus vestris ad prædandum: & scietis quia ego Dominus. Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mẽdaciter, quẽ ego non contristaui, & confortâstis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret: propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius: & eruam populum meũ de manu vestra, & scietis quia ego Dominus. Hactenus propheta. Vbi quidem docet ille, hæreticorum conatus mox diruendos, celerémque eorum perditionem proximè futuram. Quod & subsequentia sole clarius indicant. Et erumpere faciam (inquit) spiritum tempestatum in indi-

Prophetica cõminatio in pseudoprophetas. Ezech. 13.

gnatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandinis in ira in consumptionem. Et destruam parietem quem linîstis absque temperatura & firmitate, & adæquabo eum terræ, & discooperietur fundamẽtum eius, & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum Dominus. Et complebo indignationem meã in parietem, & in eos qui liniũt eum absque temperatura, dicámq; eis: Non est paries, & non sunt qui liniunt eum.

Diuina vltio in hæreticos, & in eos, qui eorũ assentiunt dogmatibus.

Vis & aliam sententiam tibi depromam ex propheticis oraculis, quæ iterum rationem aperiat eorum incommodorum, quæ nos quotidie sollicitos habent? Tametsi quid opus est, eorum causſam à veteribus prophetis petere, quum iam tota vita huius tempestatis mortalium, sit nobis oraculi vice? Verùmtamen vt facilius & rebus & dictis fides habeatur, sciatúrque apertius hinc fieri, quòd (vt verbis Amos prophetæ vtar) visitet Dominus noster super nos iniquitates nostras, nimirum quòd tantummodò nos cognoscat ex omnibus cognationibus terræ, indéque adeò tanquam rebellibus & immorigeris filiis in nos pater ille cœlestis acrius desæuiat, hoc rursus subiicere non absurdum duxi. Ad quod subinde probandum & manifestius & efficacius, fidelissimum illum Micheam, vel ad hoc postremò nobis relictum, vt per eũ interrogare super hac re Dominum possemus, adhibebo in testẽ. Dic itaque, rogo, ô Michea integerrime, quas ob res in tot quotidie miserias coniicimur, tantis inuoluimur

Amos 3.

3. Reg. 22.

calamitatibus, tot denique nobis occurſant in dies ſingulos infortunia. Dic quî fiat, vt nunc Chriſtianus orbis, tot bellis & cædibus ita miſceatur noſtræ res nullo pactò nobis hoc tempore ſuccedant ex animi ſententia: ſed contrà ferè ſemper à ſpe decidamus inanes. Dic inſuper rationem, cur preces noſtræ non perinde ac pridem à Deo noſto exaudiantur, ſed nobis plerúmque plus mali quàm boni præſagiant: atque, iuxta dictum regij Pſaltis, ſæpe fiant nobis in peccatum. Nunquid (ait) abbreuiatus eſt ſpiritus Domini: aut tales ſunt cogitationes eius? Quod perinde valet, ac ſi diceret: Nunquid potentia imbecillior Deus nunc eſt effectus, quàm olim quum clamarent ad eum veteres illi ſanctimonia percelebres, quos protinus ad ſe clamãtes pro ſua ipſorũ reuerentia exaudiebat? Aut tales ſunt ſui conceptus, vt nolit nos ab incommodorum incurſibus, velut quondam illos, eximere? aut ſuam illam immenſam miſericordiã ita contineat vt in nos ſtillare non velit, ſicut pridem? aut certè quæ nobis immittit, citra meritum immittat? Abſit hoc à clementiſsimo illo totius miſericordiæ & conſolationis patre. Verùm potius (inquit) ad hoc impellor veſtris adinuentionibus: vtpote quibus veſtrorum pſeudoprophetarum ſuaſu mei ſermones nauſeam pariant, & in vobis capere nequeant. Porrò nónne verba mea bona ſunt ei, qui rectè graditur? An putatis meam duritiam adauctam eſſe? Nónne eadem mens, idémque animus erga vos eſt ac quondam fuit, tam-

Pſal. 108.

Mich. 2.

Peccata noſtra obeſſe, quominus preces noſtræ ad Deum pertingãt.

tisper dum quod vos addecet præstetis? At è contrario (inquit) populus meus in aduersarium consurrexit. Sed id quonam tandem pacto? Eò quòd (ait) desuper tunicam pallium sustulistis, & eos, qui transibant simpliciter, in bellum conuertistis.

Quid porrò agunt aliud sycophantæ isti ac quadruplatores, dum vulpium more simpliciores quosque, eximioris cuiusdam rei prætextu, ac fraudulenta fascinatione à Christo abducunt, & alienant, frigidámque (vt est in prouerbio) ad omnem nequitiam suffundunt, quàm quod à tunica pallium auferunt? Quid nempe aliud est à tunica pallium detrahere, quàm cum ipsa innocentia reliquas etiam virtutes ab animo cuiusque fidelis tollere? & incautos quoslibet ac doli ignaros eò adducere perfidiæ, vt cùm (iuxta vocem diui Pauli) spiritu cœperint, carne tandem consummentur? Si quidem tunicæ nomine, innocentiam significari, familiare est diuinæ scripturæ. Nam quemadmodum illa astrictione quadam & breuitate corpus tuetur humanum, à tuendo vtique corpore dicta: ita hæc animum ab omni Satanæ infestationum incursu munit ac tutatur, & quemlibet ea præditum Deo proximum reddit, iuxta illud Dauidis: Me, inquit, propter innocentiam sustentâsti, & confirmâsti me in conspectu tuo inæternum.

Tunicam à pallio tollere, quid.

Gala. 5.

Tunica in sacris scripturis, quid.

Innocentia.

Psal. 40.

Pallium verò virtutum omnium cumulum ac perfectionem significare, ex eius etymologia li-

Pallium quid.

quidò conſtat. Nam quemadmodum tunicæ appoſitum, ſuper eam longè latéque diffunditur, ob vtique ſic dictum, autore Diomede, quod palam ſit & foris geſtetur: ita quoque virtutum congeries in quem ſemel inſederit (inſidere autem alleI*ſa.66.* ler, teſte Iſaia, ſuper pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ad ſermones Dei) tam ampla latáque in Deum & proximum charitate ilE*phes.3.* lius diffundit animum, ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, vt facilè aſſequi valeat cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum: ſcire quoque ſuperemminentem ſcientiæ charitatem Chriſti: ſicque tandem impleri in omnem plenitudinem Dei. Quorum quidem vocabulorum pallij & tunicæ, hoc ſignificatu frequens eſt mentio in arcanis literis: quibus alioqui nihil aliud myſticè commendatur, quàm innocentiæ ac ſimplicitatis ſynceritas, cunctarúmque virtutum eminentia. Quas certè à corde cuiuſque fidelis detrahere iſti mendacij aſſertores dicuntur, cùm vnitatis Chriſtianæ vinculum diſſecare nitentes, nullas non diſſenſiones & offendicula præter Chriſti doctrinam atque orthodoxorum patrum ſanctiones faciunt & exuſcitant: atque per blandiloquentiam & aſſentationẽ, velut quadam naturalia delinimenta, corda innocentium in bellum ac rebellionem perducunt. Quò tandem & ipſi, inſtar Euæ calliditate aſtúque ſerpentis deluſæ, ſenſibus corrupti, atque demum à ſimplicitate, quę eſt erga Chriſtum, abducti, & ſibi aſcititiorum ſodalium cõmercio roborati, magna hæ

Quemodo hæretici dicantur detrahere tunicam à pallio.

2. Cor. 11.

fiat inter molles (vt verbo vtar Satyrico) concordia: & cõmune naufragiũ sit omnibus solatium: mali denique cum malis colliquescant voluptate. Ad postremum, aduersus Deum, aduersus pietatem, aduersus ius & æquum Gigantea arrogantia armati, omnia quæ perfecerat ille, qui in virtute consummatus est, destruant. *Psal.10.*

Vnde à propheta subinfertur: Insuper (ait) mulieres populi mei eieciſtis de Domo deliciarum suarum, & à paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum. Hoc profectò fit ab hæreticis, quum illi (vt est apud Paulum) omnes domos subeunt, quò hinc captiuas abducant mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. *2.Tim.3.*

Alioqui quid sibi volunt tot libri earum gratia in vernaculam linguam ab illis non solùm editi, sed è Græca, Latináque versi? Quid quòd nunc in huius generis quæstionibus adeò pertinaciter cõtendunt illæ (quid enim muliere vel peius, vel audacius?) quæ Christianam lædunt citius, ac labefactant concordiam, quàm pietatem adiuuent? Quid quòd plerumque argutiores videntur sibi mouere quæstiones, quàm vt qui in perdiscẽdis rimãdisq; arcanis totius Theologiæ, totum vitæ tempus contriuerit, vix possit enodare, ac soluere? *Vanæ ac stultæ mulierũ quæstiones.*

Non tamen hoc dixerim, vt quis me hinc existimet tã hebetis esse animi, vt hac ratione astruere velim idiotas ac mulieres submouendas esse *Idiotas oportere diuinas scripturas perdiscere.*

à diuinis lectitandis, ac addiscendis scripturis: aut quòd religionis Christianę præsidium in hoc collocatum aut situm esse quoquomodo arbitrer, si nesciantur. Qui contrà in hoc totus sim, vt pro ingenij sui captu vnumquemque cupiam, diuina nosse mysteria, quò iuxta ea vitam suam exploret & instituat: idémque (vt diuus admonet Paulus) præstet studium ad plenam spei certitudinem vsque ad perfectionem, ne sit imbecillis, sed imitator eorum, qui per fidem ac patientiã, hæreditatem acceperunt promissionis. Non enim professionem omnibus communem ad paucos contrahi censuerim: quin arbitrarer potius, ex diuinarum literarum ignorantia, simul & incuria, nunc vbique locorum grassantem cœcitatem ex parte spirituali Israëli contigisse, vt videlicet videntes plerique hoc tempore nõ videant, audientésque non audiant. Alij circunferantur quibuslibet doctrinæ fluctibus: alij verò, qui sani sunt doctrina, nequeant alios exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes conuincere. Quò spectat & locus ille grauissimus diui Augustini, dilectitantis ideo diuinam prouidentiam permittere multos esse diuersi erroris hæreticos, vt cùm nos interrogant ea quæ nescimus, tum demum discutiamus pigritiam, & diuinas scripturas cupiamus.

Hebr. 6.

Diuinarũ literarum ignorãtia. Rom. 11. Mat. 13. Tit. 1.

Quare Deus finat varios hæreticos esse.

Quo fit vt concludendum sit cum Archangelo Raphaële, bonum quidem esse, sacramentum regis celare: opera verò diuina reuelare atque con-

fiteri, honorificum. Velim itaque quoſcunque Chriſticolas, diuinas ſcripuras ita ſcire, vt, iuxta diui Pauli adhortationem, ſint omnes in bono ſapientes, & in malo ſimplices: non altum ſapiant, ſed timeant ne, qui naturalibus ramis non pepercit, forſan illis non parcat, ſi peccauerint. Hácque tandem cogitatione armati, Deo pacis præduce, velociter Satanam ſub pedibus ſuis conterant. Sint denique ſine querela, & ſimplices filij Dei ſine reprehenſione, in medio nationis prauæ atque peruerſæ: verbum vitæ continentes ad gloriam & laudem Chriſti: iuxta quod etiamnum Chriſtus ipſe apud Matthæum hortatur, vt prudentes ſimus ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ: caueamúſque ab hominibus qui veniunt ad nos in veſtibus ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Ad hoc profectò cupio quoſcunque ſacras literas diſcere, legere Euangelia, legere Paulinas epiſtolas: vt aliquid ex eiſdem excerptum ad ſtiuam decantet agricola: hinc nonnihil ad radios ſuos moduletur textor: his fabularum loco itineris tædium leuet viator: ex his denique ſint omnia Chriſtianorum colloquia: dummodo eas quiſque cautè, circunſpectè, ac prudenter legat, ſibíque caueat (vt iam præmiſimus) ab hominibus, quorum os loquitur vanitatem, & quorum dextera, dextera iniquitatis. Non enim ſum adeò rationis inſcius, vt ignorem eſſe cõſentaneum, vt quẽadmodum baptiſmus ex æquo communis eſt

Rom. 16. *Ibidem 11.*

Philip. 2.

Mat. 10.

Pſal. 143.

Christianorum omnium (ex quo alioqui prima Christianæ philosophiæ pendet professio (cæteráque sacramenta, denique præmium illud immortalitatis ad omnes pertinet: ita quoq; decere vnumquemlibet eiusdem sacræ philosophiæ professorẽ, vel etiam eius professionis autore Christo exhortante, scrutari scripturas: quippe quæ de illo testificentur, qui solus est vita omnium. Quò vel tandem non solùm materiali pane viuamus, sed omni verbo, quod egreditur ex ore Dei: atque demum per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus, eámque teneamus firmissimam. Præterea vt per easdem, spiritu sapientiæ & reuelationis, agnitionisque patris gloriæ donemur, illuminatis oculis mentis nostræ: vt sciamus quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuinæ gloriæ hæreditas eius in sanctis: & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Decet, inquam, ea ratione diuinas perdiscere ac rimari scripturas, quò tales tandem fiamus, quales fuerint nostræ quotidianæ confabulationes.

Ioan.5.

Deut.8.
Mat.4.
Rom.15.

Quid sacrarũ scripturarum lectio suppeditat.
Ephes.1.

Docere mulieri non permittit Paulus.
1.Tim.2.

Cæterùm mulieri docere non permittit Paulus, neque autoritatem vsurpare in viros: sed in si-

lentio discere, cum omni subiectione. Cuius rei caussa ex his, quæ subinfert, facilè colligi potest. Adam etenim (inquit) prior formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus: mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Itaque nemo sanè mentis negârit, quin ab vtroque sexu sint literæ sacræ addiscendæ, sed id quidem cum Dei timore & pura conscientia. At tam irreligiosa curiositate verius quàm pietate (vt plerique faciũt) ad illa retrusa, ne dicam superuacanea, irrumpere: & infinitis se ita immiscere quæstionibus, quæ magis pugnas quàm ædificationem, quæ est per fidem, exuscitant, veterum quidem illorum est inanium, & ex diametro assiduè dissidentium philosophorum: non mentis synceritate ac puritate conscientiæ, suum iconismum referentium Christianorum. Quandoquidem Dei seruum non decet ita impudenter (vt ij faciunt) scrutari diuinam maiestatem: nequando, teste Sapiente, opprimatur à gloria. Altiora te (inquit ille) ne quæsieris, & fortiora te, ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illà cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: non est enim tibi necessarium, ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Quapropter in superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos autem supplantauit suspicio illorum, & in vanitate sensus illorum detinuit. Sed

1. Tim. 1
2. Timo. 2.
Tit. 3.

Prou. 25.
Eccle. 3.

hæc rursus præter institutum dicta fuerint. Subsequitur:

Quomodo dicuntur hæretici diuinas laudes auferre à filiis mulierum populi Dei. Psal. 8.

Et à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Hoc quando vel quomodo præstant hæretici? Dum profectò eam, quam Deus ipse ex ore infantium ac lactantium perfecit laudem, prorsum destruunt: hoc est, quoslibet musicos concentus à sanctis patribus ad Dei gloriam celebrandam editos, & ab eis iuxta morem, quem pius ille rex Dauid Hebræos quondam docuerat, in templis cantari iussos, atque institutos, omnino tollunt, dum canonicis horis decantandis dicendisve, frustra tempus teri asserunt. Dum denique (quod horridius est) sacras ædes, in contumeliam vtique illius cui dicatæ sunt, sacrilegis manibus solo tenus diruunt, prophanãt, commaculant, demoliuntur. Quò fit quidem vt de eorum exitio ac perditione sic à propheta dicatur: Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorũ quippiam, sanctificãt, aut (vt scholiastes habet) præparant super eum prælium. Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. Quo sanè loco eorum quàm maximè signatur irreuocabile, celerúmque, licèt id minus perpendãt, exitium, in die Domini (vt est apud Paulum) & declarandum, & in igne reuelandum,

Mich. 3.

In quod vtique, ne id putes accidentarium, eos impellendos iam olim edixerat spiritu prophetico Amos ille propheta, cùm typicè super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor, & super totidem Moab, nunquàm Dominum eos conuersurum prædicit: eáque potissimũ de caussa (inquit) quòd illi triturârint in plaustris ferreis Galaad: hic verò incenderit ossa regis Idumeæ vsque ad cinerem. Quam vtramque comminationẽ in idẽ recidere nemo non dixerit, qui nominum etymologiam intellixerit. Damascus etenim, diuo interprete Hieronimo, sanguinem bibens dicitur. Moab verò, phrasi Hebraica, ex patre significat. Quibus sanè nominibus, nullũ rectius hominũ genus significare voluisse Spiritũ sanctũ per prophetam arbitror, quàm viros istos sanguinum & dolosos: qui cùm ex patre diabolo existant, nulli etiam rei alij incumbunt, quàm vt illius opera faciant. Nempe in cuius verba adeò iurârint, vt ab eis resilire nolint: quò vel tandem cõuersos sanet eos Dominus, atque pristinæ saluti restituat. Sed quid tandem? Extendet (inquit) ille ea de caussa in eos manum suam in retribuendo, & humiliabit illos, qui est ante secula. Vt hinc etiam facilè colligere valeas, quicquid deblaterãt atque obganniunt isti nugatores & furciferi, ab arrogantia defluere. A quibus sanè erui summis votis regius ille Psaltes Dauid quõdam efflagitans, hoc pacto Ecclesiæ nomine, vitæ suæ protectorem exorabat: Eripe me, inquiẽs, de inimicis meis De⁹

Vix fierì posse vt hæretici aliquando cõuertãtur. Amos. 1.

Damasc⁹ quid.

Moab, quid.

Psal. 54.

Ioan. 8.

Psal.58. meus, & ab insurgentibus in me libera me. Erip
me rursus de operantibus iniquitatem, & de vi
ris sanguinum salua me. Et iterum: Ne simul tra
Psal.27. das me cum peccatoribus: & cum operantibus
iniquitatem ne perdas me, qui loquuntur pacem
cũproximo, suo mala autem in cordibus eorum.
Et item quantum ab eorum commercio abhor
reret indicans: Non sedi, inquit, cum concilio
Psal. 25. vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introi
bo. Odiui siquidem Ecclesiam malignantium,
& cum impiis non sedebo. Verùm quamobrem
ab iis tantopere se liberatum iri postularet, eo
que horreret eorum commercium, his verbis in
dicat: Nempe quòd insidiati sunt (inquit) animæ
Hæreticorum ingenium. meæ, & tanquam fortes irruerunt in me, atque
instar famelicorum canum circumeunt ciuitatẽ,
quærentes quem deuorent, aut cui tendant in
sidias: gladium porrò bicipitem in labiis suis ha
bentes, quo simpliciores quosque iugulent. Ecce
ratio, qua adducitur potissimùm ad auersandam
talium contubernium.

Galaad quid. Hi porrò Galaad in plaustris ferreis triturare di
cuntur (quod vocabulum aceruus testimonij in
terpretatum, Christi sacrosancto cruore redẽpti
populũ indicat) atque incẽdere ossa regis Idume
(quæ terrena Latino sermone appellatur) vsque
ad cinerem: dum nullum non piè docentem, mo
nentem, exhortantem, sacrificantem, ac cete
ris sacerdotalibus officiis fungẽtẽ, quo triturandi
nomine hęc oĩa in sacris literis, interprete Chryso

stomo subnotantur officia, contemnunt, labefactant, conculcant, dissecãt. Nedum hoc, sed & suo plaustro eos adnectunt, quod omni vitiorum genere refertum, his quatuor rotis circumuoluitur: vtputa, ventris ingluuie, quemadmodum in huius caussæ initio plus satis docuimus. Superbia vitæ, iuxta illud Isaiæ: Circumuoluetur in superbia fumi. Concupiscentia carnis, nimirum quòd, teste Sapiẽte, fascinatio nugacitatis obscuret bona, & inconstantia concupiscentiæ, transuertat sensum. Ocij denique langorísque obreptione, iuxta quod ab Ezechiele ꝓpheta ꝓbro datur Sodomæ, quòd suæ iniquitatis caussa fuerit superbia, saturitas panis, abundantia, & otium: sed &, eodem Sapiente autore, quòd multam malitiam docere soleat ociositas.

Plaustrũ hæreseos quatuor rotis circumuolutum.

Isa. 9.

Sapien. 4.

Ezech. 16.

Trahitur verò duobus valentissimis equis: fornicatione videlicet, iuxta quod illos à spiritu fornicationum deceptos astruit Ozee propheta, & quòd item fornicati sint à Deo suo: nam fornicatio, inquit, vinum, & ebrietas auferunt cor. Deinde auaritia, quæ, teste Paulo, est idolorum seruitus.

Equi quibus trahitur plaustrum hæreseos.

Ozee. 4.

Ephes. 5.

Equorum verò assessores, sunt, ignauiæ torpor, & infida securitas, de quibus suprà pluribus actum est.

Habes itaque, quibus rotis, equis, & eorum assessoribus, hæreseos plaustrum volui, & regi consueuit. Ex quo datur perpendere, quàm arte subdola pij illis impostores, & hostes iusti so-

leant simplicioribus & minus prouidis negocium facessere: & quum os capistro prębere sua technis eos impulerint, quàm facilè huc illuc que pro ipsorum arbitratu abducant à simplicitate quæ est erga Christum. Sicque tandem quis per deuia currentibus, vel ad miserendum Phaetonteos exitium inducantur illi, vel instar Hyppoliti cuiuspiam ab huiusmodi indomitis & pernicibus equis discerpantur: aut denique Pha-
Exod. 15. raonis in morem, cum suis curribus & equitibus demergantur in profundum maris, ruantque in infernum viuentes. Percipientes interim vtique vice auctoramenti & arrabonis diram illam
Isa. 5. Prophetæ execrationem, qua per eum Dominus in eos ita inuehitur: Væ, inquit, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. A qua tandem execratione si eximi volumus, nos quoque à fermento Pha-
Mat. 16. risæorum, quod est hypocrisis, totam vtique Chri-
1. Cor. 5. stianæ pacis & concordiæ massam corrumpente, caueamus oportet, ne quis videlicet nostrum eodem concidat incredulitatis exemplo, quo illi conciderunt: & semetipsos perenni gehennæ vitro deuouerunt.

Epilogus. His itaq; sic diductis, & prophetarũ piorúmque Dei Ecclesiæ institutorum testimoniis ad liquidũ cõprobatis (vt quæ fusius disserta sunt, in epilogum contrahamus) nemo posthac esse poterit, nedum animi cœcus, qui iure possit ambigere, aut meritò conqueri de his, quibus hoc tem-

pore afficimur calamitatibus & miseriis: quum alioqui nostris sceleribus nos eas accersere nobis ipsis liquidissimè constet. Sed de his hactenus.

Quartum signũ, quo possimus coniicere, extremum finem seculorum nõ procul abesse.

Supereſt vt hanc nunc vbique locorum grassantem hæreseos colluuionem signum esse commonstremus, quo seculorum finem non longè abfuturum nosse valeamus. De hac profectò regius Psaltes in admirationem altitudinis diuitiarum sapientiæ & gratiæ diuinæ homini collatæ raptus, Deique inscrutabilia iudicia & eius imperuestigabiles vias mente volutans, quondam vaticinatus est in hunc modum: Quàm magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Sed vir insipiens illas non cognoscet, & stultus eas non intelliget. Idque maximè cùm exorti fuerint peccatores, sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, vt intereant, & exterminentur in seculum seculi. Quam porrò sententiam nequando dubites de hac temporum ætate, diuini Spiritus ductu & inspiratione, à regio Psalte Dauide prolatam: audi Danielem prophetam id ipsum confirmantem. Is vbi præmisit signa, quæ sunt extremum Dei iudicium anteceſſura & præuentura, & tempus quoddam haud absimile ei, quo nunc degimus, hoc est, quale non fuit ex quo gentes esse cœperunt vsque nunc, circiter calcem duodecimi capitis suæ prophetiæ addit;

Psal. 91.

Insipientes, stulti, & peccatores hæretici dicti.

Danie. 12.

Tunc eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impiè agent impij, neque intelligent omnes impij: porrò docti intelligent. Impij verò ementita veritate plurimos peruertent. Nedum hoc, sed & ciuitatem, & sanctuarium populi ducis venturi: haud dubiè, quin filij perditionis Antichristi præcones, dissipabunt. At finis eius vastitas: quippe quem Dominus Iesus (vt ait Paulus) interfecturus est spiritu oris sui, & destructurus illustratione aduentus sui. Et post finem belli (inquit) erit statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, haud dubiè quin venerandum illud Eucharistiæ sacramentum, quo in suæ passionis memoriam nos Christus donauit: in quod nihilominus isti mendacij assertores tantopere inuehuntur, in suam ipsorum perditionem. Et erit rursus in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem seculi perseuerabit desolatio. Et à tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Hactenus Daniel. Sed quia de hac sententia ab eruditissimis illis Eusebio, Africano chronographo, Tertulliano, Hippolyto, Apollinario Laodiceno, Clemente presbytero Ecclesiæ Alexãdrinæ, Origene, & diuo Hieronimo, variè affatimque dissertum est, asserés eorum

Hæretici, populus ducis venturi, id est, Antichristi, dicti. Dan. 9. 2. Thes. 2.

quilibet pro captu ingenij sui quod sentit: ea de caussa illos cũ sua sententia omittendos duximus, ne videlicet in immẽsum liber excresceret: indéque adeò ad verum illum & infallibilẽ interpretẽ Christum recurrimus: qui à suis discipulis rogatus signa extremæ seculorum consummationis, illa omnia fusissimè explicat apud Matthæum, in hęc verba: Audituri estis (inquit) imprimis prælia, & opiniones præliorum. Deinde surget gens in gẽtem, & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ & fames, & terræmotus per loca. Quæ sanè omnia iam non solùm præcesserunt, sed & quotidie nostro maximo malo experimur. Quò fit quidẽ vt ille initia, motúsque dolorum omnium appellet: & diuus Paulus iniquitatis mysteria, quemaddũ plus satis suprà docuim⁹. Quid deinde? Et multi (ait) pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Hoc quidem de huius temporis hæreticis dictum fuisse, nemo sanæ mentis potest inficiari: vtpote quibus, teste Paulo, misit Deus efficaciam seductionis, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, sed credant mendacio: vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Ex quo & futuram asserit Christus tribulatoinẽ magnam, qualis (inquit) non fuit ab initio mundi, neque fiet. Quibus quidem verbis prænotabat ille ea tempora, in quibus nunc degimus, vbi nimirum in eas calamitates & miserias coniiceremur, in quæ quotidie ruimus & labimur: indéque adeò dans

Mat. 24. Prælia, pestilentiæ, fames, atque terræ motus, dolorũ initia. 2. Thes. 2.

conijcere rebus humanis exitum breui impendere, cum eò delapsi essemus.

Aliud argumentum cōsummationis seculi.

Postremò, cùm videritis, inquit, abominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui in Iudæa sunt, fugient ad montes: hoc est, diuo Hieronimo interprete, dimissa occidente litera, & Iudaica prauitate, appropinquabunt montibus æternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus fugientes à facie inimici & persequentis, à facie Antichristi, & pseudoprophetarum surgentium, & seducētium multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

Fugere ad montes, quid.

Sed videndum est, quid de hac desolationis abominatione dicāt illi, qui Spiritum Christi proximè retulerunt, déque eius gratiæ plenitudine largissimè hauserunt. Eam itaque in hunc modum diuus Hilarius in Matthæum diffinit. Abominatio (ait) ex eo dicta, quòd aduersus Deum veniens, honorem Dei sibi vendicet. Desolationis autem abominatio, quia bellis & cædibus terram cum piaculo desolatura sit. Qua sanè desolatione, quid (rogo) propius signatur, quàm huius temporis, iam olim in hac velut defatigati (vt verbis Lactantij vtar) & delabentis mundi vltima senectute, iuxtà sanctorum Dei propheratum præfinitionem præscripti hæretici? Qui in hunc vtique orbem ex Orcho emergentes, suis mortiferis dogmatibus, ceu validissimo quodam exercitu, nihil non depopularentur? honorem

Abominatio desolationis, quid.

denique Deo debitum, quantum illis suppeteret facultas, cum suo duce Antichristo, imminuerent, & amolirentur? Vnde diuus Ioannes Chrysostomus, in hunc Matthæi locum, Cùm videritis abominationem desolationis, Homilia 49. hoc est (ait) cùm videritis ea prælia iam stantia circa Ierusalem, quæ antè audiebatis. Similiter & in fine mundi, & in Antichristo intelligendum est spiritualiter, quando & hæreses, & fames, & pestilentiæ, & illa omnia, quæ paulò antè præcesserunt, emergent exercitus Antichristi dicta, multorum quidem animas redditurus desolatas à Deo: vtpote sese efferens supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. *Chrysost.* *2. Thes. 2.*

Quo quàm sit verè de nostris temporibus, in quæ vtique fines seculorum deuenerunt, locutus Chrysostomus, vide quomodo surrepserint hæretici, & iudicabis facillimè. Primò sub vulpina vafricie delitescentes (vt iam pluribus superius ediſſeruimus) sua simplici popello promulgauere dogmata, prima quidem fronte columbinam simplicitatem præ se ferentia. Deinde simul atque ea conspexerunt, à doli ignaris, & curiosa, inaníque, & incõdita plebe acceptari, atque hinc tandem pedetentim in suam sententiam varios abire, qui ea probarent, indéque multiplicî satellitio roboratos esse ac circũseptos: tũ protinus aperto Marte (quod dicitur) furentes, in orthodoxam Ecclesiam subruendã, eiúsq; cõuellẽda

sacramenta sese conuerterunt. Eóque confiſto-
res tandem progressa est, vt non solùm eiusdem
Ecclesiæ percelebri & doctrina & sanctitate sa-
ctorum suffulta atque comprobata statuta diuer-
re & amoliri contenderint: verùm etiam (quod
exhorrendum ac detestandum est magis) in Eu-
charisticum sacramentum debacchari fuerint au-
si. Quæ omnia quis, nedũ impos animi, deſola-
tionis abominationẽ quãdam innuere meritò nõ
censeat: imò eorum prodigio vel ad perpendi-
culum dignoscere non valeat, extremum orbis
excidium haud procul abfuturum? Maximè cùm
Danielis prophetæ vaticinio confirmemur, id
venturum præsagientis, cùm à Dei templo in-
sacrificium auferri, & contemni, & in eius loco
abominationem desolationis stare & recipi, hoc
est, cuncta desolantem hæresim, videremus? Vi-
de Origenes in illud Matthæi, Exurgent pseudo-
christi, &c. Homilia 3. Omnia, inquit, persuaso-
ria, quæ proferuntur ad defensionem Antichristi
verbi, signa sunt Antichristi, & prodigia: quæ-
cunque verò suggeruntur à sapientissimo omnium
bestiarum terræ serpente, & à magno sensu prin-
cipe Assyriorum, signa sunt magna & prodigia,
vt in errorem inducantur, si possibile est, etiam
electi. Et rursus de desolationis abominatione
stante in lòco sancto, Homilia 29. Debet, inquit,
qui legit diligens esse, & intelligere, vt non scan-
catur à desolationis abominatione. Locus igitur
sanctus intelligẽdus est esse omnis dictio scriptu-
ræ sacræ.

Ab ablatione è tẽplo Dei, iugis sacrificij, hoc est Eucharistiæ sacramenti, signum consummationis seculi perpendẽdum.

Origenes. Signa Antichristi.

Locus sanctus, quid.

tæ sacræ, quam locuti sunt sancti prophetæ, qui fuerunt à seculo, Moyses videlicet, & post eum cæteri. Nedum hoc, sed etiam dictio Euangelistarum, vel Apostolorum Christi. In hoc ergo sancto loco omnium scripturarum tam veteris, quàm noui testamenti, Antichristus, hoc est, falsum verbũ stetit frequenter, per hoc ipsum quòd stare videretur in scripturis diuinis, ostendens se quasi esset Deus, & Christus Dei verbum, cùm ipse esset desolatio abominationis. Hactenus ille.

Falsa doctrina dicta Antichristus.

Christus item ipse, quo doctore non est verior neque certior, suis ostendere cupiens, in extremis temporibus, in quibus nos esse nemo inficiari potest, quàm minimũ luminis fidei mortalium pectoribus inhæsurum, sic apud Lucam loquitur, Nunquid filius hominis cùm venerit, inueniet fidem in terra? Qua profectò interrogationis figura (inquit Theophilactus) raros innuit in tempore consummationis seculi inueniri fideles. Intantum enim (ait) inualescet filius iniquitatis, vt possibile sit etiam eum seducere electos. In raris enim solet huiusmodi interrogationis figura vti, sicut & quum dicit: Quis, putas, est fidelis & prudens seruus, quem constituit Dominus super familiam suam? Atque hoc loco idem significans, quòd videlicet pauci numero erunt, qui erga Deum, & inter se fidem seruaturi sint, hac interrogatione vsus est. Hæc Theophilactus.

Luc. 18.

Theophilactus.

At quæ alia, quæso, à Christo subnotata fuisse tempora iure dixeris, in quibus emergere deberent quæ illic pandit, quàm hæc nostra (si ea in-

timius perpendas) quibus hanc miseram vitam trahimus? In quibus vtique tanta quotidie subnascuntur & pullulant à catholica fide aberrantia monstrorum genera? In quibus denique aliis offendiculo tanti sunt (quæ mala & ille his temporibus emersura præmonuerat) tótque se inuicem hostiliter produnt, odio prosequuntur, mordent, corrodunt, ac dilacerant? Quòd enim hæc (inquit Chrysostomus) de Apostolorum tempore Sion dicantur, quando scilicet Ierusalem capienda, & à Romanis euertenda fuit, ex eo patescit, quòd tunc pauci scandalizabantur, pauci Christiani inuicem se tradebant, quia nec se odio prosequebantur mutuò: sed erat cor omnium credentium vnum, & anima vna. Sed de nostris dicit temporibus, in quibus plures scandalizati sunt, & in dies scandalizantur à fide, quàm firmentur in ea. Hoc tempore alterutrum & tradiderunt & quotidie tradunt, & odiunt se mutuò: ita vt nec in duobus synceram inuenias charitatem, ne dicam in multis.

Chrisostomus

Atqui si iam Chrysostomi tempore, hoc est, à Christo passo plus minus quadringentesimo anno hæc fiebant, quę & deflebat ipse: quid nunc eum dicturum putares, quot lamentationes assumpturum, si in viuis esset, cùm tot scelera nunc grassantia conspiceret? Num diceres eum dubitaturum, quin hæc signa forent vel apertissima, vnde colligendum esset extremum seculorum finem non procul abfuturum? Diceret profectò, vel hac impulsus Pauli sententia, qua de his tẽporibus quan-

dam vaticinatus, sic ad suum Timothæum scribit: Spiritus manifestè dicit, quòd in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis, qui cognouerũt veritatem. Et diuus Petrus: Fuerunt & pseudoprophetæ in populo, haud dubiè quin Israëlitico, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Deum negent: superinducẽtes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.

Nouissimorum, hoc est, nostrorum temporũ germana descriptio.

1. *Timo.* 4.

2. *Pet.* 2.

Quibus quidem sententiis non alia putauerit sanæ mentis aliquis, apertius significari tempora (vel ipsum etiam experientia docente) in quibus, quæ hîc enumerantur, locum habitura ab Apostolis olim prædicta fuere, quàm hæc ipsa, quibus tam misera sorte degimus: & ex quo possimus facilius coniicere, haud procul abesse tempus illud, quo (vt est in diui Ioannis reuelatione) septimus angelus incipere debeat tuba canere, vt consummatum denunciet mysterium Dei, sicut euãgelizauit ille per seruos suos propheras. Quãdoquidem & iam solutum esse draconem illum serpẽtem antiquum, qui est Diabolus & Satanas,

Septimus angelus.

Apoc. 10.

Satanas in membris suis solutus. Apoc. 20.

in membris suis nemo nō videt, cuius vtique persuasione seducantur gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ: vt vel hinc facili perpendamus negotio breui futurum, vt sedeat ille super thronum suum, à cuius cōspectu fugitura est terra & cœlum: & liber ille aperiatur, qui est vitæ, quo iudicentur mortui ex his, quæ scripta sunt in eo, secundum opera ipsorum. Nam quemadmodum (inquit Lactantius) quondam non pauca signa facta sunt, atque multiplicia prodigia exhibita, quibus futura clades Ægypti ostenderetur (erat autem ea præsignificatio quædam, & figura maioris rei, quam pariter se facturum in extrema seculorum consummatione hinc pollicebatur Dominus) ita & tunc, hoc est, in fine seculi, mirandi fieri prodigia conspicientur: ea videlicet, quæ tum sancti Dei prophetæ suis vaticiniis, tum Christus ipsa veritatis declaratione expresserunt: vt quum illa fieri viderint nostri posteri, hinc demum intelligant, humanis rebus exitum imminere. Cum enim Hebræi, diutius in Ægypto commorantes, in gentem magnam creuissent, & graui atque intolerando seruitutis iugo premerentur, percussit Ægyptum Deus insanabili plaga: & populum suum liberauit traductum medio mari, discissis fluctibus, & in vtramque partem dimotis, vt per siccum populus graderetur. Conatúsq; rex Ægyptiorum profugos insequi, coeunte in statum suum pelago, cum omnibus copiis interceptus est. Sed quoniam tunc vna plebs Dei, & apud vnam gentem fuit, Ægyptus tunc sola percussa. Nunc au-

Signa futuræ consummationis seculorum, ex Lactantio.

tem quia populus Dei ex omnibus linguis apud omnes gentes commoratur, & ab iis dominantibus premitur, necesse est vniuersas nationes, id est, totum orbem, cœlestibus & à Deo immissis plagis, in vindictam immensi quotidie oborientis criminis verberari, quò tandem iustus & cultor Dei populus liberetur. Hactenus Lactantius.

Conclusio

Quum itaque ex his omnibus, signa patentissima colligere liceat, hanc orbis machinam propediem dissoluendam esse: videamus itidem, quęso, quales nos esse conueniat in sanctis conuersationibus, ac pietatibus, tantisper dum expectamus ac properamus in aduentum diei Domini, per quem haud procul (vt coniicere licet) cœli ardentes soluendi sunt, & elementa ignis ardore tabefienda. Propter quod, charissimi (vt cum Dominicarum ouium indefesso custode cõcludam) hæc præscientes operam demus quàm sagacissimã, ne insipientium errore traducti excidamus à propria firmitate: crescentes verò in gratia & cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, satagamus immaculati & inuiolati ei inueniri in pace. Ipsius interim longanimitatem, nostram salutem arbitrantes, qui neminem vult perire, sed ad veritatis cognitionem venire. Nõ enim (teste Paulo) nos Deus cõstituit, vt iram nobis concitemus: sed vt salutem cõsequamur, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Amen.

2. Pet. 3.


Peroratio.

1. Timo. 2.

1. Thes. 5.


Errata sic corrigito.

Folio 2. *pagina* 2. *versu* 18. *lege*, *nutabundus*. 4. 1. 8. *pietat.* 7. 2. 13. *Nunc verò quotumquemque*. 15. 1. 27. *Ecce inter sanctos*. 18. 1. 2. *filiorum infidelium &*. 19. 1. 13. *fide dignorum testium*. 20. 1. *tam leni*. 22. 2. 6. *itaque fore*. 23. 2. 8. *divina exitium*. 24. 2. 18. *sine lege fidei, sine*. 29. 1. 10. *suæ cautionis*. 32. 2. 22. *asciscerem*. 45. 2. 26. *ad munus regium*. 49. 2. 10. *nisi alia*. 54. 1. 6. *geminus*. 59. 2. 2. *monere & moneri*. 65. 2. 10. *incrudesat*. 68. 1. 3. *semper*. 70. 1. 4 *subnotatur*. 71. 1 13. *à quorum*. 75. 2. 5. *Deus & homo*. 76. 1. 14. *omnimoda potestas*. 77. 1. 7. *ad fruendum*. 78. 1. 1. *sunt enim*. 82. 1. 14. *& iudicium*. 83 1. 8. *non deleret. ibidem*, 2. 26. *mirabilitium cœtus*. 84. 1. 20. *per octonos dies*. 93 1 6. *quæsitissimi*. 97. 1. 17. *non discederent ibidem*, 2. 2. *tam immanem*. 100. 1. 20. *sui cruciat*. 104. 1. 10. *obsecrabat*. 106. 2. 4. *fidei lumina*. 162. 2. 1. *Tam pertinus*. 163 1. 23 *eiusdem constitutoris* 196. 1. 24. *portum salutis huius*. 221. 1. 20. *Est præterea*. 234. 2. 2. *retrorsum*. 246. 1. 13 *quidam viuendi consuetudine*.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
2957